URKUNDENBUCH DES LANDES OB DER ENNS

Oberösterreichisches Landesmuseum




CORNELL UNIVERSITY
FOUNDED BY EZRA CORNELL





URKUNDEN-BUCH

DES

LANDES OB DER ENNS.

HERAUSGEGEBEN

VOM

VERWALTUNGS-AUSSCHUSS DES MUSEUMS FRANCISCO CAROLINUM

ZU LINZ.

DRITTER BAND.



URKUNDEN-BUCH

DES

LANDES OB DER ENNS.

HERAUSGEGEBEN

VOM

VERWALTUNGS-AUSSCHUSS DES MUSEUMS FRANCISCO-CAROLINUM

ZU LINZ.

DRITTER BAND.

WIEN.

AUS DER K. K. HOF- UND STAATSDRUCKEREI.

1862.

URKUNDEN-BUCH

DES

LANDES OB DER ENNS.

I.

1231. 7. März. In domo S. Floriani. — *Gebhard, Bischof von Passau, beurkundet einen Vertrag zwischen St. Florian und Hermann, dem Sohne Dietmar's von Porsenbrunn, wegen des Hofes zu Raffoltingen.*

G. dei gratia *Pataviensis ecclesie episcopus* omnibus christi fidelibus in perpetuum. Amen. Pastoralis officii debitum nos admonet, ut ecclesiarum indempnitati paterna sollicitudine prouidere curemus, et ne uiri religiosi dampnum in suis contractibus incurrant, nostro studio precaueamus. Vniuersis igitur hanc paginam inspecturis presentium testimonio declaramus, quod prepositus de *domo S. Floriani* ad peticionem nostram *Hermanno filio Dietmari de Porsinbrvnne* curiam in *Raffoltingen* ad ius tantummodo coloni concessit, uidelicet ut annuam inde sibi persoluat pensionem, unum talentum in natiuitate sancte Marie pro seruicio et dimidium talentum pro stiura uernali, et cum capitulum episcopale contingeret haberi in Everdingen, dictus H. preposito, qui pro tempore fuerit, aut seruicium exhibeat aut unum talentum persoluat. Fuit quoque ex parte prepositi exactum et ex parte predicti H. nobis mediantibus firmissime promissum, ut nullus heredum uel propinquorum sepedicti H. ipso decedente uel alias amoto aliquid sibi iuris in predicta curia uendicare presumat et si prefatus H. inpositam sibi pensionem suo tempore persoluere neglexerit, ipso a suo iure penitus cadente ex tunc ipsa curia uacet et liberum sit preposito alium in eo colonum instituere. Et ut prepositus ac ecclesia sua super predictis plena gaudeat securitate, ne aliquid promissionum sibi factarum et hic expressarum inmutetur, talis pena ipsis adiecta est promissionibus, quod *Marquardus de Pvocheimen* per manum nostram obligauit preposito predium suum in *Pvocheimen* pro XV. talentis et *Wernhardus frater ipsius Hermanni* etiam per manum nostram curiam suam in *Lintheimen* pro XV. talentis preposito et ecclesie sue persoluendis, nisi omnia, que promissa sunt, rata et inconuulsa permaneant. Ceterum ne lapsu

temporis super his, que prediximus, aliqua dubitacio uel contentio possit oboriri, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Huius rei testes sunt *Chvnradus tvomplebanus Pataviensis, Dietricus decanus in sancta Agatha, Magister Albertus Pitshilin, Wernhardus de Shovmberch, Rvogerus et Sighardus castores, Wernhardus de Hage, Wernhardus et Marquardus de Pvocheimen, Herbordus de Widach, Vlricus de Slvzilberch, Vlricus de Hartheimen, Otto de Terinbach, Heinricus et Heinricus coloni ecclesie in Imzinstorf, Walchvonus de Hofstetin, Otto bi dem gatirn.*

Acta sunt hec *in domo S. Floriani* Anno ab incarnatione domini MCCXXXI. Nonas martii Anno pontificatus nostri X.

Orig. auf Perg. mit beschädigtem Siegel im Archive des Klosters St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian 305.

II.

1231. 3. August. — *Eberhard, Erzbischof von Salzburg, kauft dem Ludwig von Hagenau seine Ansprüche an die Vogtei von Reichersberg ab und vereinigt sie auf ewig mit seiner Kirche.*

† In nomine sancte et indiuidue trinitatis *eberhardus* dei gratia *salzeburgensis* archiepiscopus apostolice sedis legatus in perpetuum. Cvm Transcursus temporum a memoria hominum cognitionem actorum in perniciosa future posteritatis dispendia plerumque expellat, obliuionis malo istius modi sollers antiquorum prudentia scripturarum remedium adinuenit, ut, quociens de ueritate gestorum ab aliquo dubitatur, scripta super his confecta simplicitatem ueri edoceant, que nescitur, sicque fiunt noticie posterorum recentia multa gesta, que alias etiam a recordatione prioris etatis fortasse delesset uetustas. Hoc edoctj presenti scripto notum facimus universis, quod, cum olim Nobilis uir *Werenherus de Richersberge* in eodem loco in honore beati Michahelis fundauerit monasterium, conuentum canonicorum regularium inibj ordinando proprietatem eiusdem fundj ecclesie *Salzburgensi* contulit sub hoc modo, ut aduocatus granariorum eiusdem Salzburgensis ecclesie, quj castenvogt uulgariter nuncupatur, sine omni emolumento aduocatiam monasterij predictj tenendo defensor ei existeret diligens et deuotus non expectato tamen defensionis huiusmodi ratione aliquo conmodo temporalj inhibito ipsi etiam et precluso, ne aduocatiam eandem posset alij cuipiam infeudare, cuius ueritas

patet ex donationis autenticis instrumentis, que postmodum per Priuilegia felicis recordationis Reuerendorum patrum *Chunradi*, *Eberhardj*, *Adelbertj* archiepiscoporum Salzburgensium antecessorum nostrorum confirmata fuerunt, quemadmodum in eorumdem scripturis autenticis reperitur. Uerum Cum Salzburgensis ecclesia nostris temporibus talem habere desierit aduocatum et ita aduocatia dicta et defensio inmediate pertineant ad ecclesiam Salzburgensem, quia tamen *Lodewicus nobilis de Hagenowe* aduocatiam ipsam iniuste et temere in nostram et predicti Monasterij iniuriam uendicans litem mouebat tam nobis quam dicte Richersbergensi ecclesie super illa, nos, etsi contra dictum Nobilem potuissemus in iudicio ex certo iuris nostri beneficio optinere, uexationem tamen, que ex litium fit dispendio, partis redemimus utriusque. Nam Septuaginta libras dicto nobilj dedimus, ut cederet ipsi liti ac jdem Lodewicus Nobilis de Hagenowe coram curia nostra, uidelicet venerabili fratre nostro *Rudegero Kimensi* Episcopo et Dilectis fratribus *Friderico Berthersgadmensi*, Magistro *Marquarldo Oetingiarum*, Magistro *Heinrico de Graece Soliensi* Prepositis, *Gerhoho de Percheim*, *Ekchardo de Tanne*, *Libardo de Tegerwac*, *Gerhoho de Salzburc Marescalco* Ministerialibus nostris ac coram Dilecto amico nostro domino *Lodewico Comite Palatino Rheni Duceque Bawariorum* Illustri ac eius curia scilicet *Ottone Comite de Grv̊nenpah*, *Perngero comite de Levwenberc*, *Werenhardo de Vtendorf*, *Chunrado de Geren*, *Hoholdo de Wolmvtscha Nobilibus Perhtoldo de Oede pincerna*, *Heinrico de Rore* et aliis pluribus, qui in obsidione castri *Werde* apud *Liubenbrvkke* iuxta ecclesiam in *Horreo* tractatuj fuere presentes eidem, liti renunciauit omnino et aduocatiam iam dicte Richerspergensis ecclesie in nostris manibus resignauit. Cvm igitur Richerspergense Capitulum, sicut et alie ecclesie nostre terre ex iniuste potestatis abusu per aduocatos suos conqueratur frequenter se graues iniurias et dampna grandia sustinere, nos pro libertate ecclesiarum pacifica et quieta pronam immo et sollicitam intentionem gerentes de Capituli et Ministerialium nostrorum consensu aduocatiam ipsam, prout est, absque emolumento potestati nostre decreuimus reseruandam ac sic manibus nostris super altare beati Ruberti patroni nostrj coram positis aduocatiam eandem affiximus ecclesie potestatem nobis nostrisque successoribus adimentes alienandi eam ab ecclesia seu alicuj infeudandj, uolumus enim predictam Richersbergensem ecclesiam defendere per nos ipsos. Ne

autem hec uel a nobis uel a successoribus nostris inposterum infringi ualeant seu quomodolibet immutarj, presens instrumentum super ijs confectum, quo omnis presumptionis temeritas et quod super hoc oriri possit dubium elidantur, sigillo nostro mandauimus insignirj. Testes sunt *Chuno Decanus* Totumque Capitulum Salzburgense videlicet *Hoholdus Custos, Magister Heinricus Sub-Decanus, Vlricus Cantor, Wolframmus Plebanus, Heinricus Hospitalarius, Fridericus Schrallo, Perhtoldus Franco Presbiteri, Hermannus, Heinricus Diaconi, Heinricus, Otto, Hartwicus Subdiaconi, Liebhardus de Tegernwac, Rudgerus de Percheim, Gerhohus Marschalcus, Vlricus de Wisbah, Rudgerus de Saluelden, Heinricus de vcelingen et Heinricus filius ejus, Chunradus Tisingaer iudex, Heinricus uicedominus, Vlricus Mornarius, Isengrimus, Meinhardus in porta, Chunradus Mornarius, Siboto plaello et Chunradus filius eius* et alii quam plures.

Acta sunt hec Anno ab Incarnatione Domini M. CC. XXXI. Indictione iiii. Datum per manum Magistri *Heinrici* iii. Nonas Augusti.

Orig. auf Perg. mit Siegel im Archive des Klosters Reichersberg. — Mon. boic. IV. 437.

III.

Erzbischof Eberhard wendete sich um Bestätigung dieser seiner Einverleibung der Schutzvogtei über Reichersberg an den Papst in folgender Weise.

Sanctissimo Patri et domino G. (regorio) sacrosancte et vniuersalis Ecclesie summo Pontifici E. dei gratia Salzburgensis Archiepiscopus cum debita reuerentia pedum Oscula beatorum. Quia ex aduocatorum malicia in partibus Alamanie Ecclesie multipliciter oprimuntur, nos *Rycherspergensis* Ecclesie, que ad Salzburgensem Ecclesiam ratione fundi dinoscitur pertinere, propter religionem, que tranquillitatis tempore pre multis aliis Ecclesiis vigebat in illa, miserie et calamitatibus condolentes et ab huiusmodi aduocatorum exactionibus cupientes liberare, de conmuni consilio Capituli et Consensu Ministerialium nostrorum libertatis ipsi priuilegium contulimus sub hac forma. (Die Urkunde, welche voransteht, wörtlich.)

Hoc itaque Priuilegium rescriptum vniuersaliter et in toto sanctitati uestre dirigimus supplicantes hvmiliter et deuote, quatenus id auctoritate apostolica dignemini confirmare.

Orig. auf Pergam. mit rückwärts aufgedrucktem Siegel im Archive des Klosters Reichersberg.

IV.

1231. 17. December. Velden. — *Vertrag des Bischofes Gebhard von Passau und des edlen Witigo aus Böhmen in Betreff der Einlösung des Lehens, welches dieser von der Kirche hatte.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. *Gebhardus* dei gratia *patauiensis Episcopus* Omnibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Ad noticiam perueniat omnium presentem paginam intuentium, quod nos uolentes absoluere feodum illud, quod *Witigo nobilis homo de Boemia* a nobis et patauiensi possidet ecclesia, in hoc cum ipso conuenimus, quod ei cectas marcas argenti patauiensis ponderis pro quadam parte feodi solueremus, que protenditur a fluuio illo, qui dicitur *Rveschemuhel*, in inferiori parte usque ad *danubium*, quicquid ipse in dictis terminis a patauiensi ecclesia dinoscitur possidere homines, agros, cultos et incultos, infeodata et non infeodata tali condicione interposita, quod ei in festo purificationis beate uirginis proximo uenturo c. marcas persoluamus, In pentecoste c., In festo beati Martini similiter c. hoc tamen pacto interposito, quodsi in secunda solutione in festo uidelicet pentecostes c. marcas persoluere negligamus, prima solutio c. marcarum sit deperdita et si tercia solutio uidelicet in festo beati Martini neglecta fuerit, ex tunc solutiones sint deperdite precedentes. predictus etiam nobilis Witigo prefatum feodum, quod, sicut diximus, A ruschmvhel in inferiori parte usque ad danubium protenditur, nobis tali pacto obligauit, quod, quando nos ei predictam pecuniam persoluamus siue in terminis constitutis siue ante, ex tunc predictum feodum nobis et ecclesie uacabit libere et penitus absolute. Quodsi prefatam pecuniam terminis constitutis neglexerimus, quidam ministeriales nostri, quos inferius subscribemus, fide data promiserunt, quod ei possessionem predicti feodi, quod nobis obligauit, restituant et resignent. Si uero predictam conuentionem ratam habere nollemus, *Otto de Tegernbach et Waltherus de Tannberch ministeriales nostri* in dominica Inuocauit ad villam predicti nobilis, que predal dicitur, accedent et inde non recedent, quousque quinquaginta marce predicto uiro nobili persoluantur. Prefatus quoque nobilis fide data uice sacramenti firmiter compromisit, omnia feoda sua, que a patauiensi possedit et possidet ecclesia, in manus nostras obligando, quod ipse in iudicio illo, quod in bonis a nobis comparatis a duce austrie habere dinoscitur, iuxta peticionem nostram et instructionem facere debeat, ut nostre ecclesie

conseruetur et si aliquis nos in dicto iudicio gravare presumpserit, ipse per ius et potentiam nobis et ecclesie illud tenebitur defensare. Quod si facere non poterit uel uoluerit, de predictis ccctis Marcis L. nobis tenebitur relaxare. Et ne aliquis tali facto per aliquam calumpniam ualeat contraire, presentem paginam tam sigillo nostro quam sigillo predicti nobilis decreuimus communire. Huius rei testes sunt *Waltherus de Tannberch, Heinricus de Winspach, Chunradus Zachhalm, Heinricus de Monte, Wernhardus et Irnfridus fratres de Pogesruke, Siboto et Heinricus fratres de sancto Vlrico, Fridericus de hengestslage, Wernhardus de Jovchenberge, Heinricus de Griezperge* et alii quam plures. Datum apud *Velden* anno dominice incarnationis M. CC. XXXI. XVI. Kalendas Januarii. Indictione. IIII.

Mon. boic. XXVIII. II. 334. Cf. l. c. 336.

V.

1231. Act. in domo Pilgrimi de Tannenberge. — *Heinrich und Otto von Marsbach vermachen im Gefängnisse der Herren von Tannberg dem Kloster Reichersberg den Hof zu Wilhalmingen mit einigen Vogteien.*

Presenti scripto confitemur universis, quod nos *Heinricus et Otto fratres de Morspach filii domini Ottonis*, cum a dominis de *Thannberch* captivati fuissemus, Deum habentes pre oculis tale fecimus testamentum. Predium nostrum in *Wilhalmingen*, quod nos attingit, exclusa tertia parte fratris nostri *Wernhardi Clerici* cum molendino et silva ac mansum, quod volgariter dicitur das *Zerstet*, contradimus fratribus in *Richersperg* tali interposito laudamento, quod, si Deus liberaverit nos a vinculis, quibus tunc temporis innodati fuimus, iam dicta tradicio redeat in usus nostros et iam dictis fratribus redditus ad dimidium talentum annuatim persolvemus, post mortem vero nostram integraliter cedet Ecclesie. Preterea omnem advocaciam dimisimus memoratis fratribus liberam, videlicet bey der *Ahe*, unum apud *Apgot*, duos Daz *ederstete*, preterea advocatiam prediorum videlicet in *Wilhalmingen* et *Anderstet* liberam ab omni vexacione predictis fratribus dimisimus. Insuper quicquid habemus vadimonii ab Episcopatu, quod dicitur Satzunge, dimidietatem dimisimus liberam, reliquam vero partem tradimus uxoribus nostris et quicquid habemus prediorum hic et in Austria, similiter cedet uxoribus nostris. Preterea fratribus in *Suben* tradidimus dimidium mansum *an der Oede* cum advocacia et hominibus et advocaciam alterius mansi in eodem loco

eisdem fratribus dimisimus liberam. Preterea fratribus in *Vornpach* advocaciam duorum mansorum in *Dureshoven* dimisimus liberam. Ut autem hec tradicio firma sit et ne possit in posterum revocari, presens scriptum Sigilli nostri appensione fecimus roborari. Testes sunt *Wernhardus de Pach Sacerdos et Waltherus Dyaconus Canonicus Ecclesie Richerspergensis,* qui eidem tradicioni interfuerunt et *frater Wernhardus de Suben,* qui eciam interfuit. Testes: *Hainricus de Chunratsdorf, Chunradus de Chunenperge, Leo de Lebingen milites, item Retherus, Fridericus de Glasingen, Ulricus de Azelingsperge, Orthwinus de Gunthersperge, Engelperge de Ybenperge, Fridericus de Tunendorf, Fridericus de Aphespach, Ulricus de Holdelingen, Rudgerus, item dominus Pilgrimus et filius suus de Tannenberge,* in cuius domo hec tradicio celebrata est anno Domini MCCXXXI.

Monum. boic. IV. 435.

VI.

1232. 2. Februar. Pataulæ. — *Gebhard, Bischof von Passau, übergibt dem Passauer Bürger Engelschalk und seinem Sohne Christian ein durch Siboto von St. Ulrich erledigtes Lehen für 200 Mark.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. *Gebhardus* dei gratia *Patauiensis Episcopus* Omnibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui est uera salus. Notum esse uolumus vniuersis, quod, cum nos partem feodi *nobilis uiri Witegonis,* que protenditur a fluuio, qui dicitur *Rveschemvhel,* in inferiori parte usque ad danubium, quam ipse a nobis et a patauiensi ecclesia possidebat, pro cectis Marcis argenti redimere uellemus et cum etiam alie necessitates nobis et Patauiensi ecclesie inminerent, quoddam feodum, quod nobis uacabat a quodam *Sibotone de sancto Vdalrico, Engelschalco Ciui nostro Patauiensi* et filio ipsius *Christiano* pro ducentis Marcis argenti iure feodali contulimus, ut talis pecunia in solutionem predicti debiti uerteretur, tali condicione interposita, ut tam ipse Engelschalcus quam filius suus predictum feodum nullo genere alienacionis aut uendendo aut obligando aut infeodando ab ecclesia aliquatenus alienent. Si uero necessitate aliqua compulsi predictum feodum uoluerint obligare, nobis aut successori nostro, qui pro tempore fuerit, dictum feodum tenentur offerre, ut nos idipsum ab eis, prout pro tempore competens fuerit, absoluamus. Si uero idipsum redimendi non habueri-

mus uoluntatem, tali persone de consilio nostro uel nostri successoris ipsis predictum feodum liceat obligare, per quam ecclesia nostra in predicto feodo in posterum non sentiat aliquam lesionem. Et ne aliquis in posterum tali facto per aliquam calumpniam ualeat obuiare, presentem paginam sigilli nostri inpressione et testium subscriptione decreuimus communire. Huius rei testes sunt *Heinricus prepositus, Chunradus decanus, Chalhohus archidiaconus, Chunradus plebanus et archidiaconus, Albertus de Possemunster archidiaconus, Eberhardus de Vivhtenbach, Rudegerus de Lonsdorf, perhtoldus de Povmgarten* canonici patauienses. Ex ministerialibus *Hademarus de Wesen, Waltherus de Tannenberch, Otto de Morspach, Heinricus de Waldeke, Alramus et Albertus nobiles de Halse, Fridericus de Peschinge, Albertus Vlisarius, Wernherus de Anzenchirchen*. Ex ciuibus *Waltherus Isnaer, Chunradus filius Vzonis, Heinricus aureus lapis, Westerburgarius, Rudegerus Euerdingarius, Duringus sartor, Chunradus gener suus, Chunradus de Marchgazzen, Otto Chloesenarius, Burchardus* et alii quam plures. Datum *Patauie* anno dominice incarnationis M. CC. XXXII. Quarto Nonas februarii, Indictione V.

Monum. boic. XXVIII. II. 336. — Cf. l. c. 449.

VII.

1232. 26. September. Wien. — *Friedrich II., Herzog von Österreich, bestätiget die Vogtfreiheit des Klosters Lambach.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *) *Fridericus dej gratia Dux Austrie et Stirie* jn perpetuum. Quoniam nobis cedit, ut credimus, ad salutem, ut gratiam, si quam diuine remunerationis intuitu ecclesiis et religiosis personis impendendam duxerimus, litterarum nostrarum confirmemus robore, ne propter antiquitatem temporis seu propter maliciam hominum infringi hec ipsa possit gratia uel turbari, ad presentium noticiam et futurorum memoriam cupimus peruenire, quod, cum pater noster pie memorie Monasterio in *Lambach* hanc fecerit gratiam, ut remiserit ei omnem pensionem, exactionem et alia queque seruicia, quocunque censeantur nomine, que ex aduocatia ipsius Monasterij in Lambach in hominibus, redditibus et bonis quibus-

---

*) Bis dahin verlängerte Schrift.

cunque poterunt prouenire ita, ut nil utilitatis ipse in hac aduocatia sibj reseruauerit excepto, quod triginta talenta ej aduocatie illius nomine in festo beatj Georij annis singulis soluerentur, nos ipsi monasterio eandem gratiam innouauimus et etiam confirmauimus ita, ut ipsum Monasterium ex nostra donatione gaudeat in perpetuum libertate predicta hoc addito, quod uidelicet ipsa aduocatia ad alias manus per nos ud per heredes nostros nullomodo conferatur, sed nobis et heredibus nostris reseruetur nomen aduocatj in ipso monasterio sic, quod nec nos nec nostrj officiales uel iudices aliquj aduocatie iure uel nomine in hominibus aut quibuscunque bonis ipsius Monasterij exactionem faciamus aliquam uel ullum exinde percipiamus emolumentum aut seruicium sed tantum triginta talenta, sicut soluebantur patri nostro, nobis in festo beatj Georij annis singulis persoluantur. Sed et viginti talentorum redditus, quos patri nostro donauit, predictum Monasterium pro huiusmodj libertate, abbas et conuentus ipsius Monasterij nobis donauit (sic) similiter et etiam confirmauit. Vt igitur hec omnia, ut predicta sunt, permaneant inconuulsa, presentem paginam nostri impressione sigillj signatam sepedicto Monasterio uoluimus exhibere. Hujus rej testes sunt: *Heinricus Marscalcus de Chunringen, Otto de Berhtoldestorf, Hermannus de Chranhperch, Heinricus de Prvnne, Irnfridus de Hintperch, Albero de Pollenheim, Chunradus de La, Livtoldus de Pernove, Livtoldus de Pivrove, Chunradus de Asperch, Alrammus de Schœrnsteine* et alij plures. Actum apud *wiennam Ottone* existente abbate in ipso Monasterio Lambach VI. Kalendas Octobris Anno dominj M. CC. xxx. ii. Indictione tercia.

Orig. auf Perg. mit Siegel im Archive des Klosters Lambach. Abgedruckt bei Kurz, Beiträge II. 453.

VIII.

1232 — 1246. — *Friedrich II., Herzog von Österreich, erklärt das Kloster Wilhering zufolge der Freiheiten des Cistercienser-Ordens frei von jeder Vogtei.*

Fridericus Dei gratia Dux Austriae et stiriae et Dominus Carniolae iudicibus et omnibus, quibus litterae istae monstratae fuerint, gratiam suam et omne bonum. Cum ordo Cisterciensis alium praeter nos habere non debeat aduocatum, ipsos fratres et bona eorum in protectionem nostram et gratiam nostram recipimus specialem mandantes districte, ut nullus eosdem grauet per exactiones indebitas aut molestet in hominibus aut in bonis Scientes, quicunque transgressor

nostri mandati extiterit, quod eundem non solum in rebus, uerum etiam in persona uehementissime puniemus. Quod mandatum in hominibus Claustri de *Wilheringen* et in ipso Claustro firmiter et districte sub obtentu gratiae nostrae praecipimus obseruari, Homines uero eiusdem claustri exemptos esse uolumus a generalibus placitis seu priuatis, nisi propria uenerint uoluntate.

Aus der Pancharte des Klosters Wilhering vom 24. October 1680. Abgedruckt bei Stülz, Wilhering 514.

IX.

1233. 12. Februar. — Datum im Schlosse Senftenberg. — *Karl von Gutra. bezeugt, dass Tuta von Zebingen, seine Grossschwiegermutter, dem Kloster Reichersberg ihre Besitzung in Grub verkauft habe.*

In nomine domine Amen. Ego ***Karolus de Gutrat Salzeburgensis*** ecclesie uassallus confiteor et presenti scripto sigillo meo signato protestor, quod Domina ***Tuta de Zebingen*** prosocrus mea predia quedam in uilla, que dicitur ***superius Grube***, sita, que ipsa iure hereditatis et proprietatis a suis sibi auis et proauis derelictum libere, utpote liberum predium diebus suis tenuit et possedit, per manum meam et uxoris mee ***Margarete***, que prefate T. ex filio neptis extat queque eidem in predictis prediis cum meis et suis paruulis hereditatis iure fuerat successura, in manus dominj ***Vlrici Richerspergensis*** prepositi suorumque confratrum, uidelicet ***Hartwicj***, ***Chunonis*** sacerdotum super altare beatj Michaelis archangeli patroni Richerspergensis cenobii in ius et proprietatem eiusdem loci perpetuo delegandum tradidit uniuersa uno beneficio duntaxat excepto, quod quidam nomine ***Rapoto*** in feudum retinet ab eadem. Que quia propriis non possunt nominibus, aliis utcunque indiciis exprimuntur, ***Vlricus*** colonus auunculus ***Heinrici***, ***Fridericj Alberti*** tenet locatum sibi beneficium et dimidium, vineam unam instructam agris et curtili, Heinricus fratruelis eiusdem beneficium et dimidium, Sigehardus dimidium beneficium, Gotfridus uineam, Heinricus uineam ambe instructe ut prima, Juger agri soluens VI denarios, quod habet Chunrat et mater sua. Tradidit autem sepedictum predium prefato Richerspergensi cenobio uenditionis titulo pro L. talentis wienensis monete, ueruntamen non tam pro pecunia, quam inde recepit, quam pro sua (sic) suorumque progenitorum remedio animarum, cum pro eisdem prediis pecuniam habere poterat ampliorem, transferens inquam illud

in Richerspergense sepedictum cenobium cum omnj integritate et libertate, qua ipsa et progenitores suj idem per centum annos et amplius pacifice possederant et quiete, Siquidem memoratum predium ab omnj exactione, quocunque nomine censeatur, omnj tempore preterito absolutum nec habet nec umquam habuit aduocatum, sed est, ut uulgariter solet dici, liberum predium a liberis manibus deriuatum non habens salmannum, non dominj Ducis nec alicuius alterius iuri est addictum uel aliqualiter obligatum. Vt autem forma et terre consuetudo, que in huiusmodi contractibus et traditionibus solet obseruari, penitus seruaretur, memoratus Richerspergensis Prepositus denarios, quj uulgariter dicuntur Salpfenninge, quibus debuit, distribuit manu sua scilicet vxori mee pregnate pro se et quam in uentre portabat sobole, dimidium talentum, duobus aliis paruulis utrique LX. denarios. Acta sunt hec omnia in castro meo *Senftenberc* anno dominj M. CC. XXXIII. predie Idus februarii, Indictione VI. multis presentibus, qui huius rei testes sunt tracti per aurem, quorum hec sunt nomina: *Chunradus Salzpurgensis Canonicus cognomine Purcrauius, Magister Johannes plebanus de Odespach, Hirza sacerdos de Zebingen, Heidenricus de Stiven, Chunradus de Chalhesperge, Fridericus de Elsarn, Albero de Wolfsteine*, Milites, *Vlricus de Ybse, Albero de Olsinshouen, Herbordus de Zebinge affinis eiusdem, Dietricus, Chunradus, Hugo serui dominj H. de Stiuen, Otto de Fornbach, Edicho, Pertholdus pellifex salzburgensis.* De familia Richerspergensi *Chunradus hospes, Wernhardus pellifex, Sifridus, Ekehardus, Heinricus venefica, Heinricus cursor prepositj, vlricus uinitor de Chrems, Otto Huze, Siboto de Nodespach, Ortolfus filius fabri, Waltherus de Graben* et alij quam plures.

Orig. auf Perg., zu Reichersberg, das Siegel abgefallen. Abgedruckt in Mon. boic. IV. 440.

X.

1233. 12. März. Werfen. — *Eberhart, Erzbischof von Salzburg, bewilligt auf Lebenszeit dem Kloster Reichersberg, das er vom Drucke der Vögte befreit, zur Unterstützung desselben 20 Pfund; wogegen ihm die Chorherren jährlich drei Jahrtage versprechen.*

† In nomine sancte et indiuidue Trinitatis *Eberhardvs* dei gratia *salzburgensis archiepiscopus* apostolice sedis legatus In perpetuum. Maiestati diuine fiducialiter obsequimur, cum quieti et utilitati eorum inuigilamus, quos a fundatore ecclesie nostre nouimus recepisse

incrementum siue illorum, quorum defensioni sumus specialiter obligati. Cum igitur ecclesiam *Richerspergensem* luce clarius constet de corpore ecclesie nostre fundatam, ipsi paterne uolentes consulere oppressionem, qua premebatur a *Ludewico nobili de Hagenowe*, pia consideratione cupientes releuare, aduocatiam, quam sibi contra iusticiam usurpabat, manu nostra redemimus dantes ipsi l. xx libras Ratisponensis monete, cuj etiam integraliter multis presentibus in manus nostras renunciauit promittens firmiter, quod prefatum ecclesiam in nullo super hiis de cetero molestaret. Adtendentes igitur pericula ecclesie memorate iacentis in paupertate de nostro amplius adhuc uolentes cumulare, ut aliquatenus resurgere ualeret, annuatim in festo beati Georgij xx libras Salzburgensis monete tempore uite nostre dare ipsis promisimus sperantes ob id diuinam nobis clementiam propiciari. Cum autem beniuolentie nostre largitatem fratres ecclesie prefate intelligerent, conmunj consilio predium a domina Diemv̊de de Zebinge uidua existente in loco, qui dicitur Grůbe, pro l. libris wiennensis monete conparauerunt *Karolo de Gv̊trat* ministeriale nostro, uxore ac pueris eius ipsi predio renunciantibus ac receptis denariis, qui Salphenninge nuncupantur, ordinantes ex eodem predio ter in anno nostri memoriam agi, proxima die post festum Assumptionis beate Marie et item proxima die post Natiuitatem ejusdem et tercio in nostro anniuersario et interius eisdem diebus nostram memoriam inter uiuos celebrari, in quibus etiam diebus XII pauperes reficientur, in quibus similiter fratribus et sororibus in uigiliis et orationibus laborantibus statuerunt consolationem sollempnem ministrari. Ne autem hec nostra donatio siue predij a fratribus predictis conparatio uel etiam memorie nostre ordinatio a quoquam ualeat in posterum uiolari, auctoritate dei et nostra firmiter prohibemus statuentes, ut si prefatus Karolus uel ipsius heredes uenditionem factam irritare uoluerint aut eos indebite grauare, presens scriptum metropolitano, qui pro tempore fuerit, exhibeatur, ut ipsorum insolentia censura ecclesiastica conpescatur. Vt autem predicta in futurum non negligantur, ea conscribi et appensione nostri sigilli precepimus roborarj. Data apud *Werven* IIII^ta^ Idus Martii Anno incarnationis domini M°.CC°.XXX°.III°. Indictione v^ta^.

Orig. auf Perg. zu Reichersberg. Das Siegel verloren.

XI.

1233. 24. April. Salzburg. — *Eberhard, Erzbischof von Salzburg, bestimmt, dass die Chorherren von Reichersberg, welchen die Seelsorge zu Bramberg und Edlitz übertragen wird, nicht mehr präsentirt werden dürfen zur Einsetzung.*

✝ In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Eberhardus* dei gratia *Salzburgensis archiepiscopus* apostolice sedis legatus in perpetuum. Cum plantatores ac fautores religiosorum a domino remunerari non dubitemus, ad eorum plantationem eo copiosius intendimus, quo denarii diurni brauium fiducialius exoptamus. Cum igitur in dando facilis fuerit caritas, facilior esse debet in concedendo, quod minus est sancta largitas; nam cum pridem a sancte memorie uenerabili Eberhardo predecessore nostro ecclesie parrochiales in *Pramberch* et in *Ediliz* in subsidium domino famulantium fratrum in *Richersperge* pleno fuerint iure collate, quia tamen hactenus, cum persona ad easdem ecclesias fuerat instituenda, nobis presentari consuevit et ob hoc aliqua prouenire in futurum poterant impedimenta, maturiorj consilio prouidere uolentes ecclesie prelibate statuimus et concedimus in perpetuum, ut cum persona ibidem fuerit secundum arbitrium prepositi, qui pro tempore fuerit, instituenda, liberam habeat potestatem unum de concanonicis suis, quemcunque uoluerit, ibidem instituendi nostra et successorum nostrorum super hoc inuestitura minime requisita. Quia uero jus archidiaconj in nullo uolumus deminui, precipimus, ut in eis, in quibus alie Parrochie ad suum spectant officium, in istis similiter gaudeat pleno iure eo dumtaxat excepto, quod in presentatione sacerdotis sua presentia nullo modo requiratur. Vt autem hec nostre benignitatis collatio rata perpetuis temporibus perseueret, conscribi et sigilli nostri appensione iussimus conmuniri (sic). Data *salzburge* Anno Incarnationis domini M°CC°XXX°III° Indictione VI, VIII. Kalendas Maij.

Orig. auf Perg. mit Siegel zu Reichersberg. Mon. boic. IV. 439.

XII.

1233 im April. — *Die vom Papste bestellten Richter in dem Streite zwischen Waldhausen und der Gräfin von Peilstein bezeugen, dass diese ihren Ansprüchen an den Zehent zu Simonfelden entsagt habe etc.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Nos *de domo S. Floriani et de aneso decani* ab apostolica sede iudices delegati

Constitutis in presencia nostra *preposito de Waldhausen* et *nobili domina Comitissa de Peylnstain super decimis in Sinibelueld* legi fecimus litteras, quibus tercius coniudex noster *Abbas de Pomgartenberg* absenciam suam racionabiliter excusavit. Unde nos in negocio de iure debuimus procedere. Prepositus itaque in audiencia nostra proposuit et tam per testes quam per instrumenta probavit, quod per alios iudices dudum missus fuerat in possessionem causa rei servande ac postmodum per nos verus fuit possessor declaratus et quod domina comitissa se non defendendo prioribus iudicibus nec nobis excomunicationis vinculo fuerit innodata. Ipsa quoque comitissa in iure confessa est, se fuisse excomunicatam et petendo absolutionem iuratoriam cautionem prestitisse, quod coram nobis iusticie pareret. Nos igitur auditis et intellectis et diligenter examinatis, que dicta sunt et lecta, quod euidenter constitit nobis prepositum verum de iure existere possessorem, dicte comitisse sub debito prestiti iuramenti mandauimus, quatenus dicto preposito possessionem predictarum decimarum dimitteret et illa prehabita deliberacione mandatum nostrum humiliter suscepit sepedicte renuncians possessioni. Auctoritate ergo, qua fungimur, confirmamus preposito sepedictam possessionem illarum decimarum impendentes ei canonicam defensionem et excomunicantes omnem, qui eum in eadem possessione inquietare presumpserit. Huius rei testes sunt *Abbas de Sitensteten*, *Magister Ulricus de Gersten*, *Marquardus Canonicus de Waldhausen*, *Magister Gotschalcus de Munspach*, *Magister Fridericus de Nerden* et quam plures alii testes fide digni. Data . . . . Aprilis Anno ab incarnatione domini Millesimo CC. XXXIII.

Aus einem Codex tradit. zu Waldhausen.

Hierüber schrieb die Gräfin von Peilstein dem Albero von Arnstein nachstehenden Brief.

E. comitissa de Pilesteine Al. de Arnsteine salutem et omne bonum. Scire te uolo, quod dominus papa . . . . *(unum verbum legi non postet, videtur tamen suppleri debere iudices.)* dedit contra me super *decimis in Sinwelden* duabus vicibus et ego citata ab illis feci, quod . . . *(duo verba legi non possunt.)* et quod persuasum est mihi ab illis, quos consului super hoc verbo tandem excomunicata fui et multo tempore carui diuinis. Timens autem periculum anime mee absolucionem tandem pecii ab excomunicatione, qua fueram ligata, et compulsa sum iurare, quod coram iudicibus parerem iusticie. Iudices

ergo sub debito prefati iuramenti auctoritate domini pape mandauerunt mihi, ut preposito de Walthusen dimitterem possessionem predictarum decimarum, quam coram primis iudicibus obtinuit et secundis, quod ego tam de consilio bonorum et prudentum uirorum, qui mecum fuerant, quam de mandato iudicum facere sum compulsa. Scias ergo, quod ego ab ipsa possessione cessi et quod non debes meo verbo nec meo nomine dictum prepositum in possessione dictarum decimarum aliquatenus inquietare.

Der Brief mit einem hängenden Siegel aus dem Originale zu Waldhausen.

XIII.

1233. 1. Mai. Wien. *Friedrich, Herzog von Österreich und Steier, genehmigt und bestätigt die Schenkung der Pfarre Dietach an das Kloster Gleink durch seinen Grossvater den Herzog Leopold.*

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Patris et Filij et spiritus sancti. Amen. (Keine verlängerten Buchstaben.) ***Fridericus dei gracia Dux Austrie et Stirie et Dominvs Carniole*** Vniuersis fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos scriptum hoc deuenire contigerit, salutem in domino iesu christo. Plurima beneficia precedentium aput posteros aboleret obliuio, nisi scripture memorialibus uideretur (sic), quod attendentes nosse volumus vniuersos, ad quos hec pagina deuenerit, quod Venerabilis dominus ***Pilgerimus Abbas ecclesie Gleunicensis*** aui et patris nostri jllustrium Ducum Avstrie et Styrie nobis instrumenta presentans, simul rationabilibus precibus et deuotis humiliter nos induxit, ut pruilegia a memoratis principibus Glevnicensi collata Monasterio renouare consensu legitimo dignaremur. Cujus reuerentie meritum nos induxit, vt omnem graciam, quam aut auus aut pater noster memorato cenobio contulerunt, non artandam sed ampliandam liberaliter censeremus. Proinde sufficienter coram nobis ostenso (sic) legitimis instrumentis, quia auus noster ***Liupoldus Dux*** felicis memorie ***Ecclesiam Tvdich*** pro anime sue remedio memorato cenobio dederit et contulerit cum omnibus, que iure pertinent ad eandem, Nos tam pium factum aui et patris nostri plena ratihabitione laudantes et approbantes duximus presentibus confirmandum volentes, ut supra dictus Abbas ac omnes successores eiusdem iam dicte Ecclesie quieta possessione perpetuo gaudeant et fruantur. Nullique hominum nostram concessionem quolibet modo liceat infirmare, cum nostra interesse noscatur, quod ecclesie

nostro iurj specialiter adtinentes inperturbabilorj per nos florere debeant libertate tanquam sub alis nostre defensionis ab omnibus impetitionum turbinibvs familiariorj quiete et requie potientes. Igitur ut a nullo hominum in dicta ecclesia memoratus Abbas suique successores aliqualiter perturbentur, sigilli nostri eandem duximvs testimonio roborandam Testibus subnotatis, Ipse dominus noster *Eckebertus Babenbergensis Episcopus, Waltherus Abbas de Medelico, Vlricus Abbas de Gersten, Liutoldus Comes de Hardecke, Chunradus Comes de Hardecke, Anshelmus de Justinge, Wernhardus, Heinricus fratres de Schoumberch, Hademarus de Chunringe, Heinricus frater suus, Wichardus de Arnstein, Heinricvs de prvnne, Chvnradus, Irnfridus fratres de Hintperch, Vlricus de pilhiltdorf, Heinricus de Hakenberch, Heinricus de Lihtenstein, Heinricus de Merswanch, Otto de Haselowe, Bertoldvs de Engelschalsvelde et frater suus Wichardus, Liutoldus, Chunradus fratres de hohenstouf, Otto de Walchunschirchen, Prvnricus de Tobelich, Albertus de Symenning, Ebran de Ernsprvnne, Ditricus de Witmarcht, Hertnidus ouf der hohstraze, Paltramus an dem hohenmarcht, Giselherus, Vazen, Erlolfus, Chunradus Chamber* et alii multi.

Actum apud Ciuitatem *Wiennam* Anno domini M°CC°XXXIIJ° kalendis May, Regnante domino iesu christo in eternum feliciter Amen.

Orig. auf Pergam. mit einem hängenden Doppelsiegel im Archive des Klosters Gleink. — Kurz, Beiträge III. 338.

XIV.

1233. 1. Juni. Lateran. — *Papst Gregor IX. bestätigt das Übereinkommen des Klosters Reichersberg mit Ludwig von Hagenau wegen der Vogtei.*

Gregorius episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis . . . Preposito et Capitulo ecclesie sancti Michaelis in *Richesperge* ordinis sancti augustini salutem et apostolicam benedictionem. Ea, que iudicio uel concordia terminantur, firma debent et illibata persistere et ne in recidiue contentionis scrupulum relabantur, apostolico conuenit presidio communirj. Ea propter dilecti in domino filii uestris iustis precibus inclinatj Compositionem, que inter uos ex parte una et nobilem virum *Ludewicum de Hagenauue* pataviensis diocesis ex altera super aduocatia, quam dictus Nobilis se obtinere in uestra ecclesia proponebat, mediante venerabili fratre nostro.. Salzburgensi archiepiscopo Metropolitano Loci amicabiliter intercessit, prout in

instrumento exinde confecto dicitur plenius continerj, sicut sine prauitate prouide facta est et ab utraque parte sponte recepta et hactenus pacifice obseruata, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio ommunimus. Nullj ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ej ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Data *Laterani* Kalendis Junij. Pontificatus nostri anno Septimo.

Orig. auf Perg., im Kloster zu Reichersberg. Bulle.

XV.

1233. — *Abt und Convent zu Garsten bestätigen die Stiftung eines Mönches Gerung, der einige Güter anwies zur Besserung der Pfründe der Brüder.*

Quoniam generationum aliis transeuntibus aliis succedentibus tamquam penalitas quedam humanis sensibus inflicta est obliuio, merito prouidens sibi humana ratio ad sue recordationis auxilium scripture congruum adinuenit remedium. Presenti igitur scripto vniuersorum tam presentium quam futurorum clareat memorie in posterum, qualiter *Gerungus sacerdos* et monachus ecclesie *Gerstensis* eiusdemque loci tunc temporis prepositus rationabili consideratione ductus cum consensu et plena prelati et fratrum suorum uoluntate possessiones subscriptas conparauit intendens salubriter, ut de earundem possessionum annuis prouentibus annua procuratio conuentui Gerstensi in die Natali beate Katharine in cibis et potibus sollempniter exhibeatur. Quarum possessionum duo prediola in territorio Gerstensi sita venerabilis *Bertholdus abbas* vna cum prefato Gerungo a domino *Rudolpho de Heimburch* pro XXVIII talentis conparauit, que prediola VII solidos denariorum usualis monete absque stiura annuatim persoluere consueuerunt. Preterea prediolum in *Enstal* de uilla *Edlinge* duabus Marcis conparatum fuit, cuius annuus prouentus per omnia sunt lx denarii frisacensis monete. Insuper domus quedam in *Můnde*, quam *Marquardus de Adelwanc vir* nobilis precio iiii[or] talentorum uendidit, tradita per manus filiorum suorum ad annuum censum v solidorum stat locata. Testes autem horum contractuum, qui presentialiter interfuerunt, videlicet milites, ciues et diuerse conditionis homines quam plurimi, cum distinctionibus nominum et integra tocius rei serie in autentico Gerstensis ecclesie Registro plenius

adnotati repperientur. Harum itaque possessionum prouentus tam minores quam maiores predictus venerabilis B. abbas vna cum concordi fratrum fauore ad opus prelibate capelle, sicut superius expressum est, irreuocabiliter et quasi cum decreto constituit, humiliter et sub inprecatione diuine vltionis supplicans, ne quis successorum suorum tam salubre institutum ausu temerario in irritum audeat reuocare. Actum anno dominice incarnationis M°CC°XXXIII° prememorato uenerabili Bertholdo abbate Gerstensi ecclesie feliciter presidente, *Yringo priore*, *Vlrico hospitalario, wolphero plebano, Wigando custode* existentibus, cum aliis venerabilibus eiusdem ecclesie sacerdotibus et diaconibus, videlicet *Marquardo, Duringo, heinrico de prvel, heinrico de Enstal, heinrico de Moln, heinrico cauda, Friderico, Růdolfo, Rudwino, johanne* et ceteris omnibvs.

Orig. auf Perg. mit zwei Siegeln, im Kloster Garsten.

XVI.

1234. 5. Febr. Gleink. — *Otto von Ror und Otto von Volkensdorf schenken dem Kloster Gleink zu einem Seelgeräthe, ersterer einen Hof gelegen in Stadeln mit Vorbehalt der Advocatie, der andere ein Gut in Spitzenburg.*

Otto de Ror et *Otto de Volkinsdorf* omnibus christi fidelibus inperpetuum. (Verlängerte Schrift.) Vniuersis hanc paginam inspecturis presentium testimonio innotescat, quod uxore mea apud *Glůnich* sepulta Ego Otto de Ror et filii mej recepti sumus in fraternitatem ipsius congregationis et pro remedio anime mee parentumque meorum et karissime coniugis mee tradidi super altare sancti Andree legitima donatione curiam sitam in *Stadelen* cum omnibus pertinentiis suis presentibus fratribus ipsius uxoris mee et donationem meam adprobantibus retento tamen mihi iure aduocati tali interposita conditione, quod ego et heredes mei eandem curiam defendere teneamur absque omni conmodo temporali et precium laboris nostri solum sit, quod habeamus conmunionem et plenam fraternitatem in missis et orationibus prefate congregationis. Similiter Ego Otto de Volkinstorf pro remedio anime sororis mee iam sepulte fratre meo *Ditrico* presente et adprobante tradidi super altare sancti Andree legitima etiam donatione predium situm in Spitzenburch ad annuam pensionem dimidii talenti. Huius rei testes sunt *Bernhardus plebanvs de Halle, Ditricus de Vokenstorf (sic), Fridericus chressilinch, Ditmarus*

de chaersperch et filii eius Ortolfus et Heinricus, Vlricus de lanzenperge, Poppo, Heinricus de Egendorf, Heinricus svnil, Vlricus de grillinperge, Walchunus de stiria officialis ducis, Renhardus de Sinzenperge et filii eius, Rudgerus, Heinricus, Vlricus de Sinzenperge, Wecelo de hell, Vlricus můlhart, Sifridus et Wolfel de glevzze, Ditricus hecko, Gotshalcus de assha, Magins de dorf, Heinricus de Ode, Heinricus gallus, Heinricus de aeich, Fridericus de fonte, Diepoldus sagittarius, Vlricus mettze, Chunradus scriba, Herwicus de heninge, Chunradus de Asperch, Heinricus filius purchardi. De Glunich *Bruno, Pitrolfus, Chunradus, Albero, Livpoldus, Chunradus, Heinricus, Otto, Chunradus, Siboto* et allii (sic) quam plures. Acta sunt hec jn *Glunich* anno ab incarnatione domini. M. CC. XXX. IIII. Nonis februarii Indictione septima.

Orig. auf Perg. mit zwei Siegeln im Kloster Gleink.

XVII.

1234. 20. Febr. Dat. apud Wazzerberch. — *Graf Chunrat von Wasserburg gibt zum Seelgeräthe für sich und seine Gemahlin Kunigunde den Hof Ahaim nach Reichersberg.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Chunradus Dei gracia Comes de Wazzerberch* in perpetuum. Quia frequenter ab humana labitur memoria, quod ad promerendam eternam vitam cuiusque fidelium pia ordinaverit industria, et quia hec presens brevis vita brevitati semper est amica, idcirco ne factum nostrum fluxibilitate temporum labi possit in futurum, presenti scripto notioni omnium fidelium decrevimus relinquendum, quod nos ob remedium anime nostre necnon consortis thori nostri *Chunigundis* contradimus ob reverenciam Domini nostri Jesu Christi et sancti Michaelis in *Reichersperge curtem Ahaim* ad supplementum prebende fratrum et sororum ibidem deo serviencium post obitum nostrum uxorisque nostre, si sine heredibus decedere nos contingat ita, ut singulis annis anniversarium nostrum tam oracionibus quam vigiliis celebretur, Si vero predicta Chunigundis uxor nostra nobis decedente supervixerit et virum alterum non duxerit, eedem possessiones, quoadusque vixerit, ad usus suos libere cedant absolute. Virum siquidem alterum si duxerit, tradicionem nostram predicto claustro factam in continenti ratam esse volumus et perpetuam. Et ne ipsum factum nostrum aliquo modo commutari possit vel infringi, presentem paginam cum

subscriptione testium sigilli nostri impressione fecimus roborari Et ad confirmandam huius rei veritatem hij testes attracti subnotati sunt: *Dominus Hainricus Abbas de Rote, Dominus Ulricus Abbas de Atile, Dominus Hainricus Scriba de Atile, Dominus Heinricus de Lürtlingen, Dominus Otto de Sundermaringen, Dominus Ortolfus et Dominus Gerungus et Hainricus de Laymingen, Dominus Siboto et Dominus Gebhardus de Schoenstet, Dominus Meingotus de Raute, Dominus Hermannus de Karnyngen, Plancho Marschalcus, Hainricus Scriba Comitis.* Anno Incarnacionis Domini MCCXXXIIII. datum est hoc privilegium apud *Wazzerberch* sub die vero decimo Kalendas Marcij.

Monum. boic. IV. 442.

XVIII.

1234. 5. April. Lateran. — *Papst Gregor IX. bestätigt dem Erlakloster das Patronatsrecht der Kirchen St. Valentin, Oftering, der Capelle Winchelarn und überhaupt alle seine Besitzungen.*

Gregorius episcopus seruus seruorum dej Dilectis in christo filiabus . . Abbatisse et conuentuj Monasterij sancti Petri apostoli in *Herla* ordinis sancti Benedicti Patauiensis diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecte in Christo filie uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu Jus patronatus, quod in *sanctj Valentinj* et in *Oftheringen* Ecclesijs ac in Capella de *Vinchelaren* ex concessione patronorum ipsarum de consensu diocesanorum canonice proponitis uos adeptas nec non decimas, terras, possessiones, redditus et alia bona uestra sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uobis et per uos Monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ej auso temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dej et beatorum Petrj et Paulj apostolorum ejus se nouerit incursurum. Datum *Laterani* Nonis Aprilis Pontificatus nostri anno Octavo.

Orig. auf Perg. in der k. k. n. ö. Regierung. Bulle abgefallen.

XIX.

1234. 28. Juni. Ertpuorch. — *Friedrich II., Herzog von Österreich, genehmigt einen Gütertausch zwischen dem Stifte St. Florian und seinem Lehensmann Ulrich von Zierberg.*

† In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Fridericus* dei gratia *dux Austrie ac Stirie* omnibus christi fidelibus in perpetuum. Amen.

Notum sit omnibus hanc paginam inspecturis, quod nos concambium quoddam inter prepositum de *domo sancti Floriani* ab una parte et *Vlricum de Zierberch* ab altera parte celebratum peticione utriusque partis duximus confirmandum. *Vlricus* siquidem *de Zierberch* ivs quoddam, quod *Wisoede* dicitur, in prediis ecclesie a nobis habuit in pheodo, unde ipsi annuatim decem et octo solidi soluebantur, quod nobis resignauit, et nos ipsum ivs ad peticionem dicti *Vlrici* prefate *ecclesie beati Floriani* contulimus. Prepositus quoque predicte ecclesie cum communi consilio et consensu fratrum suorum tria predia in *Rvodolfingen* sita ecclesie sue libere a liberis hominibus tradita nobis contulit, que nos in reconpensationem ivris supradicti *V̊lrico de Zierberch* ivre pheodali concessimus. Igitur ne hanc permutacionem tam rationabiliter factam quisquam postmodum infringere debeat, presentem paginam sigilli nostri inpressione fecimus roborari nominibus testium, qui presentes aderant, annotatis. Testes hii sunt: *Livpoldus scriba, Heinricus plebanus in Ertpůrch, Otakarus de Graece, Heinricus pincerna de Chrvmpach, Vlricus camerarius de Hittendorf, Willehalmus de Persinpivge, Ebirhardus et Herwicus milites de Mistelbach, Shroto de Lettin* et alii quam plures.

Acta sunt hec in *Ertpůrch* Anno ab incarnatione domini MCCXXXIIII. Indictione VII. In vigilia apostolorum Petri et Pauli.

Stülz, St. Florian p. 307.

XX.

1234. 25. Juli. Gneusendorf. — *Otto von Sleunz stellt zufolge eines richterlichen Spruches des Herzogs von Österreich dem Kloster Baumgartenberg das Gut Pullingin wieder zurück.*

In nomine dei summi. *Otto de Sleunz* nobiliter natus omnibus presens scriptum inspecturis in perpetuum. Quia effrenata cupiditas sui prodiga, mater litium ac pacis emula noua frequenter litigia generat et inducit, ea propter quicquid a fidelibus ad subsidium

locorum uenerabilium confertur, non immerito scriptis et testibus memorie hominum tenacius commendatur. Nouerit igitur presens etas et futura posteritas, quod nobilis matrona felicis memorie domna *Elysabeth proaua mea, mater uidelicet domni Pabonis de Sleunz* pie intentionis intuitu et pro remedio anime sue dominicale quoddam, quod situm est in *Pullingin*, ecclesie et fratribus in *Pomgartenberge* contulit rationabiliter ac deuote. Postmodum uero progenitores mei, qui dicte matrone iure hereditario succedebant, talem donationem nec gratam nec ratam habere uolentes memoratum predium in preiudicium dictorum fratrum pro suo commodo reseruarunt. Verum cum idem predium ratione hereditarie successionis ad me tandem deuolueretur, premissi fratres iniuriam, quam a meis progenitoribus pertulerant, grauiter et moleste ferentes et me pro detentione predii in causam trahentes in presentia nobilissimi principis pie recordationis *Ducis Liupoldi* suum ius prudenter et constanter cum ualidis querimoniis allegabant; at ego uice uersa pro me rationes, quas ualebam, studiosius assignaui. Discusso siquidem negotio et hinc inde diligentius uentilato tandem ad ipsius principis et aliorum prudentum uirorum examen me in causa cadente predicti fratres potiores in iure, prout ipsis sententia dictabat, sibi possessionem memorati predii uendicabant. Quod factum licet iusto iudicio fuerit limitatum, tamen ego non ferens animo ipsos modis omnibus inquietans diuersis grauaminibus, minis uidelicet et terroribus impulsaui. Qui tandem ad nimiam inportunitatem et instantiam meam licet inuiti cedentes, sed a iure suo nullatenus recedentes tamen de consensu ipsorum qualicunque predictum predium in preiudicium mee salutis meis usibus mancipaui. Sane processu temporis pro iniuria premissis fratribus irrogata diuinam metuens ultionem postulata et accepta ab eis summa quinquaginta marcarum puri argenti, que pro expensa eo tempore michi necessaria extitit ad soluendum uidelicet uotum, quod pro mea meorumque salute ad partes transmarinas uoueram Jesu Christo, non solum tamen pro pecunia pretaxata sed etiam pro remedio anime mee et pie memorie *Chunigundis* coniugis mee et omnium parentum meorum tam uiuorum quam defunctorum ius eorum ipsis ex integro recognoscens dominicale in Pullingin, quod male usurpaueram et contra iusticiam aliquanto tempore possederam, ecclesie et fratribus in Pomgartenberge cum omni integritate restitui pleno iure perpetuo possidendum. Verum ut omnis calumpniandi materia et litis occasio

posteris auferatur et ne rem gestam in futurum tollat obliuio, meritum facti sigilli mei robore communiui. Nomina uero illorum subscripta sunt ad cautelam, qui facto, dum fieret, astiterunt. Prioris siquidem donationis facte a domna Elysabeth testes sunt hii: *Otto de Hardech, Piligrinus de Crotendal et filius eius Ascwinus, Wolfirius et Henricus frater eius de blasenstein, Albertus de Timnich, Poppo de Naerden, Henricus de hohenberge* et alii quam plures. Nomina uero testium sequentis tam donationis quam conuentionis a me facte sunt hec: *Botto de durrenpach, Henricus de Neuendorf, Erbo de regelstorf, Rudolfus plebanus de Sleunz, Lupoldus bolcil de sleunz, Urlengus de Egenburch, Rudgerus aurifex de Egenburch, Henricus Zhirtil, Henricus Zveiman, Otto de Manswerde et Otto filius ipsius, Ekebertus de Chrems, Lupoldus de lilenueld, Rudgerus filius eius, Geroldus et nycolaus, Dietmarus de Steina, Dietricus frater ipsius, Herwicus de Clame, Heinricus Holcil frater eius, Ulricus de fridehalmstorf, Wezelo, Dietricus de prant, Herbordus plebanus de Shessen, Marquardus de sancto Oswaldo, Chunradus de Mitterberch, Baldwinus de chreberlingen, Wichardus de Goningen, Chunradus et Henricus fratres de husen, Chunradus Heuger, Henricus Waldboto, Marquardus de chirsteten, Ulricus de Harde, Chunradus filius eius, Chunradus de Ylendorf, Chunradus Harlungus, Henricus de stadel, Shroth de Shessen, Albertus de priulinsberge* et alii quam plures uiri nobiles et ueraces. Actum in *Gneusendorf* Anno ab incarnatione domini M. CC. XXXIIII. VIII. Kal. Augusti *Friderico duce* nobilissimo principe Austriam feliciter gubernante. Amen.

Kurz, Beiträge III. 417.

XXI.

1234. 2. August. — *Bernhard, Propst zu St. Florian, beendet durch einen friedlichen Vergleich den Zwist zwischen dem Kloster Garsten und dem Pfarrer von Tauersheim wegen der Capelle in Haselbach.*

Bernhardus *) dei gratia Prepositus in *domo sancti Floriani* domini patauiensis Episcopi delegatus omnibus christi fidelibus Amen.

Cum super *Capella in Haselbach* et eius dote inter monasterium *Gærstense* ex una parte et *Hæinricum plebanum de Tavershæim*

---

*) Verlängerte Schrift.

ex altera diutina questio moueretur, post multos tractatus inde habitos causa tandem per querimoniam perlata est ad audientiam domini nostri *Rûdegeri patauiensis Episcopi*, qui de consensu partium eandem causam nobis conmisit debito fine terminandam. Cum igitur super hoc partes coram nobis conparuissent, Plebanus asserebat dictam Capellam ad suum plebanatum pertinere et petebat a monasterio supradicto Octo predia, que dicebat dotem esse eiusdem Capelle; ad quod Abbas dicti monasterij respondebat, quod eadem Capella a iure parrochiali exempta ad suum libere pertineret monasterium et ad hoc probandum priuilegia sua exhibuit, quibus inspectis et continentia eorum diligenter notata ad pacificam inter eos conpositionem faciendam diligentiam nostram interposuimus. Et quia in ipsis priuilegiis euidenter fuit expressum, quod eadem Capella a iure parrochiali per *Vlricvm* uenerabilem Patauiensem Episcopum fuit exempta et monasterio Gærstensi legitime tradita cum dote eius expressa, ubi illorum viij[to] prediorum, que plebanus petebat, mentio nulla fiebat, partes tandem ad talem formam conpositionis inclinauimus, quod plebanus recognouit monasterio ius et proprietatem ipsius Capelle et eam de manu abbatis recepit et Abbas nomine monasterij de consensu Capituli sui contulit plebano duo predia ad annuam pensionem quinque solidorum, unum iuxta ecclesiam Franchenperge et aliud infra strata, (sic), quatenus ipsa Capella a predicto plebano nec non ab vniuersis suis successoribus plebanis in Tavershaeim sub eadem perpetuo conpositionis forma diligentius inofficiaretur. Conpromissum etiam fuit, quod quicumque in Tauersheim amodo in antea institueretur Plebanus, abbas de Gærsten absque contradictione qualibet predictam Capellam eidem concedere teneatur et ille eam ab ipso humiliter debeat petere. Vt autem huiuscemodi conpositio, cum sit a partibus recepta et adprobata, rata et inconuulsa in posterum permaneat, eam auctoritate domini nostri R. venerabilis Patauiensis Episcopi, cuius uice fungimur, confirmamus et sigilli nostri inpressione conmunimus. Huius rei testes sunt *Heinricus de Chremsmvnster*, *Otto de Sitansteten*, *Pilgrimus de Glunich abbates. Altmannus decanus in domo sancti Floriani, Vvernhardus decanus in Aneso, Poppo de Hedershoven, Hœinricus de Syrnich, Perhtolt de cella, Rycherus de Wartperch plebani, Walchunus scolasticus de domo sancti Floriani, Herman deusal.* Ego Ulricus dei gratia abbas de Gersten cum consensu Capituli mei hanc conpositionem recipio et eam sigillj mei ymagine confirmo.

Ego quoque Heinricus plebanus de Tauersheim pro me et pro meis successoribus hanc conpositionem recipio et eam sigilli mei karactere confirmo.

Datum iiij[to] Nonas Augusti Anno ab incarnatione domini M°. CC°. XXXiiij°. [to]

Orig. im Kloster Garsten. Die drei Hängesiegel abgefallen. — Abgedruckt bei Kurz, Beiträge II. 480.

XXII.

1234. — *Udalrich, Abt von Garsten, verleiht seinem Dienstmanne Chunrat Champ und seinen Erben den Hof zu Leonding mit drei andern herumgelegenen Sitzen zu immerwährendem Burgrecht.*

In nomine domini. Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod nos *Odalricus* dei gratia abbas *Gerstensis* et totus eiusdem ecclesie conuentus locauimus fideli nostro *Chůnrado* cognomine *champ* curiam nostram in *levntinge* cum tribus aliis circumpositis mansionibus sibi et vxori sue et heredibus suis eo iure, quod uulgo purchrecht vocatur, perpetvo possidenda (sic) ad censum duorum talentorum annuatim (in) Natiuitate sancte Marie persoluendum, hoc etiam condicionaliter interposito, vt si predictus Chůnradus legitimo herede carens decesserit, vxor ipsius *Alhæidis* prenominatas possessiones diebus uite sue eodem iure possideat ita tamen, quod preter censum duorvm talentorum etiam in lx. denariis amplius tentatur (sic pro teneatur) annuatim persoluere, et post mortem eiusdem, etiam si ad secunda vota transierit, dicte possessiones rursus in ius redeant ecclesie. Si vero superstite uiro vxor prior obierit, vir pretaxatum duorum talentorum censum in dimidio talento annvatim excrescere faciat ita dumtaxat, ut annvo in xx. solidis teneatur obnoxius, ac demum ipso decedente, nisi legitimus subsequatur heres, sepedicte mansiones cum suis contentis absque contradictione devoluantur rursus in proprietatem ecclesie. Quandocumque possessiones iste redierint in pristinum usum ecclesie, pecuniam pro eis datam recipimus quasi nomine elemosine, vt pro eis teneamur perpetvo orare, qui eam nobis contvlerunt. Ad cuius rei seriem perpetvo irrefragabiliter confirmandam placuit presens scriptum per alphabetum diuisum sigilli nostri inpressione et fratrum nostrorum, qui presentes interfuerunt, corrobare testimonio, quorum hec sunt nomina: *Yringus prior, Gerungus prepositus, Marquardus hospitalarius, Wolpherus*

plebanus, Wigandus custos, Fridericus cellerarius, Hernricus (sic), henricus et dvo alii henricj, Rv̊dolphus, Chůnradus et alii iiii[or]· chŏnradi, Rudwinus, Johannes, duringus, Stephanus, Ortolphus, Hrgo, Vlricus et albero. Actum anno dominice incarnationis. M°CC°XXX°IIII.

Orig. auf Perg., mit einem Hängesiegel im Kloster Garsten.

XXIII.

1235. 20. Jänner. — *Propst Chuno und das Capitel zu Reichersberg verkaufen an St. Florian das Prädium in Prantstätten um 60 Pfund Wienerpfennige.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. *Chv̊no* dei gratia prepositus et Capitulum in *Rycherspergœ* (sic) vniuersis christi fidelibus in perpetuum. Quoniam de iuris equitate possessiones ecclesiarum in eo casu licite possunt alienari, ut utiliora prouideantur, vniuersis christi fidelibus hanc paginam inspecturis presentium testimonio declaramus, quod cum haberemus predium in *Prantstæten* situm uicinum ecclesie, que dicitur domus sancti ffloriani, et nobis remotum, vniuersitas nostra cum fratribus iam dicte domus diligenti deliberatione prehabita post frequentes tractatus ad hoc tandem habito vniversitatis consensu conmuniter conuenit, quod predictum predium videlicet in Prantstæten mediante domino *Bernhardo venerabili preposito domus S. Floriani* fratribus ipsius domus titulo emptionis uendidimus pro certa summa pecunie videlicet pro lx libris wiennensis monete, quas ab ipsis pro conmutatione dicti predii recepimus certam habentes confidentiam, quod per illam pecuniam domino adiuuante ecclesie nostre utiliora predia conquiramus. Vt autem factum nostrum posteritatis conmendetur memorie et super eo omnis materia litigandi in posterum efficaciter conquiescat, ad perpetuum memoriale hanc paginam de vniuersitatis nostre conmuni consensu conscriptam et sigilli nostri inpressione munitam super uenditione prefata predictis fratribus videlicet conuentui in domo S. Floriani cum testimonio presentium tradidimus. Huius rei testes sunt *Otaker de lapide et Rudgerus officialis eius, Herbort de dvrstelpergœ, Rudolfus alban, Chv̊nrat prvkkslegil, Livpoldus et Herwicus de pircharn decimatores, Walchŏn de Hofsteten, Otto de Katern, Mengoz hirtel, Walchvn de S. Johanne, Mœingoz gastmœister, Chunradus et Otto filii Gerwici, Walther cocus, Vlricus de Monte, Wergandus, Heinricus vultur, Rapoto seruus plebani, Herman de Prantstœtœn* et alii quam plures.

Datum Anno ab incarnatione domini M°CC°XXX^{mo} V^{to} Xiii kalendas februarii Indictione VIII.

Orig. auf Perg. mit Siegel im Kloster St. Florian.

XXIV.

1235. 28. Jänner. Wien. — *Poppo von Pecach gibt dem Kloster Reichersberg seine Besitzungen zu Ober- und Mittelgrub (im Lande unter der Enns), die er von seiner Mutter ererbt.*

Presenti scripto pateat vniuersis, quod ego *Poppo de pecach* consilio et voluntate patris mei *Levtoldi de Pecach* accedente totum predium meum in *Grůbe* superiori et medio cum vniuersis hominibus et omnibus aliis eidem predio adtinentibus tam dominicalia quam infevdata, quocunque nomine censeantur, quod a matre mea maternisque genitoribus iure hereditario possedi, pro mea patrisque ac matris et omnium progenitorum nostrorum remedio animarum *Richerspergensi* cenobio cum omni iuris integritate et libertate, qua ad me spectabat, obtuli tradens illud in manus domini *Chunonis* eiusdem ecclesie *prepositi* super altare beatj Michaelis prefati loci patroni uice mea fixis (fratris?) manibus iure perpetuo delegandum. Verum quia idem predium *Techano iudeo* et quibusdam ciuibus Winnensibus pro centum XX libris winnensis monete fuerat obligatum, oportebat, ut eandem pecuniam prefata ecclesia persolueret, mihi quoque sepedicti loci prepositus ex sua potius liberalitate quam ex mea instantia obtulit decem libras. Acta sunt hec aput *winnam* in domo Techani iudei anno M°CC°XXXV° V° kalendas Februarii, Indictione VIII. Testes huius mee donationis sunt hii: *Techanus iudeus, quo mediante et procurante hec omnia facta sunt, Ortolfus, Ortolf, Ortlibus (milites) mei, Rudolfus de frisach, Rudolfus de Pecach, Vlricus, Heinricus seruientes mei, Heinricus de grube, Otto, Chunradus, Gerungus, Ortolfůs* omnes de familia Richerspergensi, *Wernhardus de grube.*

Orig. auf Perg. mit beschädigtem Siegel im Kloster Reichersberg.

XXV.

1235. 15. Mai. — *Rudiger, Bischof von Passau, weiset dem herabgekommenen Kloster Mondsee die Einkünfte der Kirchen zu Wieselburg und Steinenkirchen zu.*

Rudigerus dei gratia *patauiensis episcopus* omnibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. ad noticiam uestram cupimus peruenire, quod cum Monasterium in *Månnsee* propter malum statum terre et rapinas multiplices in temporalibus pene foret dilapsum et ad nihilum redactum, nos eidem Monasterio succurere cupientes prouentus duarum ecclesiarum in *Wiselpurch* et in *Staynachirchen* Abbati et Conuentui prefato Monasterio (sic) indulgendo contulimus ita tamen, vt sacerdotibus ministrantibus in eisdem ecclesijs nobis presentatis ad easdem in prebendis competentibus debeat prouideri; cum enim jus predictarum ecclesiarum ad Monasterium Månnsee ratione fundi dinoscatur pertinere, congruum nobis videbatur, vt per ipsas prefato deberet Monasterio subueniri. et ne collationi nostre tam racionabili in posterum aliquis contraire presumat, presentem paginam sigilli nostri inpressione decreuimus conmunire. Datum ydus maij Anno dominice incarnacionis M°CC°XXX°v° pontificatus nostri Anno secundo.

Aus einem Copialbuche des Klosters Mondsee (15. Jahrhdt.). Abgedruckt im Chronico Lunælac I. 146.

XXVI.

1235. Juni. Wels. — *Kaiser Friedrich II. bestätigt die von den Herzogen Österreichs dem Kloster Kremsmünster verliehenen Vergünstigungen in Rücksicht auf die Vogtei über dasselbe und die darauf bezüglichen Bestimmungen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Fridericus* secundus diuina fauente clemencia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sycilie rex. Si iustas peticiones fidelium nostrorum et eorum maxime, qui diuinis intendunt obsequiis, clementer admittimus, excellencie nostre duplici commoditate consulimus, dum per id apud regem regum in futuro speremus meritum et hic apud homines laudum preconia mereamur. Vniuersis igitur fidelibus nostri imperii tam presentibus quam futuris uolumus fore notum, quod H. uenerabilis abbas monasterii Chremsmonasteriensis fidelis noster maiestati nostre supplicauit attente, ut innouacionem atque confirmacionem, quam *Fridericus dux austrie et Styrie* dilectus princeps noster ipsi monasterio fecerat super remissione facta eidem a L. dilecto prin-

cipe nostro quondam patre suo uidelicet de omni pensione, exactione et aliis seruiciis quibuscunque, quocumque nomine censeantur, que ex aduocacia ipsi monasterio in *Chremsmvnster* in hominibus, redditibus et bonis quibuscumque poterunt prouenire ita, ut nil utilitatis ipse in eadem aduocacia sibi reseruauerit excepto, quod . . . . . talenta ei nomine dicte aduocacie in purificacione beate uirginis Marie annis singulis soluerentur, hoc eciam addito ab eodem, quod aduocacia predicta ad alias manus per se vel per alios heredes nullo modo conferatur, sed sibi et heredibus suis reseruetur nomen aduocati in ipso monasterio ita, quod nec ipse nec officiales sui uel iudices aliqui aduocacionis iure uel nomine in hominibus aut quibuscunque bonis monasterii ipsius exactionem faciant aliquam uel ullum exinde percipiant emolumentum aut seruicium, sed tantum soluantur ei . . . . talenta in Purificacione beate Marie singulis annis, sicut dicto quondam patri suo hactenus soluebantur, secundum quod in priuilegiis inde confectis ab eisdem principibus nostris plenius continetur, ratam habere et ea omnia, secundum quod dicta priuilegia continent, concedere et confirmare de nostra gracia dignaremur. Nos igitur supplicacionibus eiusdem abbatis pie et fauorabiliter inclinati dictam innouacionem et confirmacionem a predicto Fr. ipsi monasterio factam super remissione pensionis et exactionis et aliorum seruiciorum, ut supra dictum est et in prefatis priuilegiis continetur, ratam et firmam habentes ea omnia, que dicta priuilegia continent, eidem monasterio de gracia nostra concedimus et perpetuo confirmamus salua imperiali iusticia. Statuimus igitur et imperiali sanctimus edicto, quatenus nulla decetero persona alta vel humilis, ecclesiastica uel mundana sepedictum abbatem et monasterium contra presentem concessionem et confirmacionem nostram aliquatenus audeat molestare. Quod qui presumpserit, triginta libras auri pro pena componat medietate fisco nostro et medietate parti lese soluenda. Ad huius autem concessionis et confirmacionis nostre memoriam et robur perpetuo ualiturum presens priuilegium fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Huius rei testes sunt: S. Ratisponensis episcopus imperialis aule cancellarius, frater H. magister domus theotonicorum, Comes *Heinricus de Greifespach*, Comes *Chvnradus de Wazzerpurch*, Comes de *Svlze, Heinricus marschalcus Bapenhaim, Ramvngus de Leamerstain, Heinricus de Rosenstain, Eberhardus de Waltse, Heinricus de Ror*, comes *Hermannus de Orlamvnd*

et alii quam plures. C. Signum (L. M.) domini Fr. secundi dei gracia Romanorum imperatoris et semper augusti, ierusalem et Sycilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnacionis M°CC°XXX°V. mense Junij, indictionis vjjj, imperante domino nostro Fr. dei gracia inuictissimo Romanorum imperatore semper augusto, ierusalem et Sycilie rege, anno imperii eius XV° regni ierusalem X. regni vero sycilie XXX°vjjj. feliciter Amen. Datum apud Wels anno, mense et indictione prescriptis.

Aus dem Urkundenbuche des Stiftes Kremsmünster, Nr. 63.

XXVII.

1235. Juni. Wels. — *Kaiser Friedrich II. erneuert sein am 14. Juni 1217 zu Passau ausgefertigtes, die Exemtion des Stiftes Kremsmünster von weltlicher Gerichtsbarkeit betreffendes Bestätigungs-Diplom.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Fridericus* secundus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper augustus, Jerusalem et sicilie rex. Dignum ducit nostra serenitas liberalitati sociare clemenciam et monasteriis ac locis deo dicatis nos fauorabiles exibere, ut tanto quietius diuini cultus religio conseruetur in eis, quanto bona, que possident, fauoris nostri robore munientur. Hinc est itaque, quod presentis scripti serie notum fieri uolumus vniuersis Imperij fidelibus tam presentibus quam futuris, quod *Henricus* venerabilis chremonasteriensis abbas, fidelis noster, nostre celsitudini presentauit quoddam priuilegium nostrum indultum olim monasterio suo tempore Regni nostri, cuius tenor talis est: In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Fridericus etc. (wie Dat. Passau am 14. Juni 1217). Verum quia dictus abbas nostro culmini supplicauit, ut ipsum priuilegium de uerbo ad uerbum transcriptum innouare mandare et Imperiali auctoritate confirmare de nostra gracia dignaremur, Nos iustis eiusdem abbatis supplicacionibus annuentes priuilegium ipsum tempore nostro factum de uerbo ad uerbum transcribi et innouari mandauimus ipsum ex Imperiali fauore misericorditer confirmantes. Statuimus igitur et Imperiali sancimus edicto, quatinus nulla persona alta uel humilis, ecclesiastica uel mundana predictum Monasterium, abbatem et fratres monasterii supradicti contra presentis confirmacionis nostre paginam audeat in aliquo molestare. Quod qui presumpserit, triginta librarum auri pena plectetur, medietate fisco nostro et medietate

passis iniuriam exoluenda. Ad huius itaque confirmacionis nostre memoriam et stabilem firmitatem presens priuilegium fieri et sigillo nostro iussimus communiri. Huius rei testes sunt: S. Ratisponensis episcopus Imperialis aule cancellarius, Fr. H. Magister domus theotonicorum, Comes *Hermannus de horlamunde*, Comes *Henricus de Greyfesbach*, Comes de *Sulze*, *Henricus marescalcus de Pappenheym*, *Ramungus de Ramerstuyn*, *Henricus de Rosenstein*, *Eberhardus de Waltse*, *Henricus de Rore*, *Cropho de Vlugelingen* et alii quam plures.

Signum domini Friderici secundi dei gracia Inuictisssimi Romanorum (L. M.) Imperatoris semper augusti, Jerusalem et sicilie regis. — Acta sunt hec anno dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo tricesimo quinto, Mense Junij, Indictionis Octave, Imperante domino nostro Friderico dei gracia Inuictissimo Romanorum Imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie Rege, Anno Imperij eius quinto decimo, Regni Jerusalem decimo, Regni uero Sicilie tricesimo Octauo feliciter Amen. Datum apud Welse Anno, mense et Indictione prescriptis.

Aus dem Urkundenbuche des Stiftes Kremsmünster, Nr. 64.

XXVIII.

1235. 19. August. Hartkirchen. — *Die Herren von Schaumburg entschädigen das Kloster St. Nikola für ein zur Kriegszeit weggenommenes Schiff, welches mit Lebensmitteln beladen war.*

† In nomine patris et filii et spiritus sancti. Nos *Heinricus et Wernhardus fratres germani dicti de Schovmberch* notum facimus vniuersis hanc paginam inspicientibus et intelligentibus, quod cum nos bellorum et guerrarum discrimina quondam grauiter urgerent et ob hoc necesse haberemus castrum nostrum in *Schovmberch* et alia victualibus premunire, nauim Ecclesie *sancti Nycolai Patavie* annona, vino et carnibus plenam detinuimus apud *Ascha* et dicta victualia in Castrum nostrum Schovmberch fecimus deportari. Verum cum dampna Ecclesie memorate per nos sic illata fideliter promiserimus resarcire, ad placandum omnipotentis dei et S. Nycolai indignationem, quam ob hoc incurreramus, de liberis possessionibus nostris liberaliter dedimus Sancto Nycolao et sue Ecclesie Patavie mansum et dimidium apud villam *Prentzing* positum cum omnibus eius adtinentiis omni iure, vtilitate et libertate, qua nos eadem posse-

deramus, quorum redditus tam a nostris hominibus per nos ac hoc deputatis quam uicinis prouidis et honestis estimati fuerunt annuatim ualere duo talenta preter XV. denarios, in quibus nos teneri adhuc eidem Ecclesie confitemur, Presertim cum inter nos et conuentum antedicti Monasterii super dampnis premissis compositio facta fuerit, quod assignaremus eidem duorum annuos redditus talentorum. Vt autem talis compositio et satisfactio rata et inconwlsa permaneat, hanc cartam inde scribi et nostris sigillis cum adnotacione testium fecimus conmuniri. Testes autem, qui huic facto interfuerunt, hii sunt: *Gregorius prepositus de Suben, Heinricus de Meinse et Heinricus de Sweine ibidem Canonici, Gerboto Cellerarius sancti Nicolai, Karolus plebanus in Hartkierchen, Pilgrimus de Inzingen, Wernhardus miles de Schovmberch, Pabo judex de Julbach, Chunradus, Heinricus Pugram, Heinricus miles sancti Nycolai, Sigelochus de Ortenberch, Wint de Hage, Wintherus preco, Hadmarus de Hartkierchen, Dietmarus de Prentzingen, Perchtoldus, Vlricus de Vorenpach, Rudegerus, Gotscalcus villicus de Pimshaim, Reinhardus de jnferiori vntlingen, Albewinus de Mutech, Fridericus de sancto Nycolao* et alii quam plures.

Actum anno domini M. CC. XXXV. XIV. kalendas Septembris, die dominico, in *foro nostro Hartkierchen posito contra Suben apud Enum*.

Orig. auf Perg. mit zwei Siegeln im k. baier. Reichsarchive.
Abgedruckt bei Hund — Gewold II. 580 (Monac. edit.) u. Mon. boic. IV. 334.

XXIX.

1235. — *Gebhard, Bischof von Passau, bezeugt, dass die Zehente, um welche der Domvogt von Regensburg (zwischen den beiden Flüssen Rubinicha) das Kloster Garsten anficht, nicht Lehen von Passau, sondern Eigenthum des Klosters seien.*

Dilecto et speciali amico suo F(riderico) illustri *duci Austrie et stirie* G(ebhardus) dei gratia *patauiensis episcopus* cum sincera dilectione promptum obsequium et deuotum dominationi vestre significamus, quod nos coram deo publice profitemur, quod decimas, de quibus tumaduocatus *garstensem* ecclesiam impetit, a nobis in pheodo non habet, ymmo super hoc dictam ecclesiam aggrauat et molestat, vnde discretionem uestram (rogamus) attentius et deuote ut sepe dictam ecclesiam velitis, sicut ei tenemini, a tali violentia defensare. —

Abgedruckt bei Kurz, Beiträge II. 545.

XXX.

1235. — *Bernhard, Propst von St. Florian, W. Dechant von Enns, Ulrich von Grunenburg und Ulrich von Lonsdorf beurkunden, dass das Kloster Garsten ausser den ihm rechtlich zustehenden Zehenten zwischen den beiden Flüssen Rubinicha keine anderen in dieser Gegend einhebe.*

B. prepositus de domo sancti Floriani, W. decanus de anaso, Vl. de grunenburch, Vl. de Lonsdorf uniuersis christi fidelibus imperpetuum. Vniuersis hanc paginam inspecturis presentium testimonio declaramus, quod domino nostro Gebhardo patauiensi episcopo quorundam suggestione visum est, quod abbas de gersten decimas quorundam noualium iniuste detineret, que ad episcopum de iure spectare deberent, super quo dictus abbas priuilegia sua domino episcopo in holnpurch presentauit duce Austrie et Styrie et multis aliis illustribus uiris presentibus. Verum dominus episcopus priuilegiis exhibitis sibi inspectis benigne recognouit prefato abbati et monasterio gerstensi omnia iura in eisdem priuilegiis expressa, et nobis dedit in mandatis, quatenus ad loca illa, de quibus questio inciderat, pariter accedentes diligenter inuestigaremus, si abbas sepedictus terminos in priuilegiis suis expressos in perceptione decimarum alicubi fuerit transgressus, et, quod iniuste fecisset presumptum, auctoritate ipsius reuocaremus. Nos igitur iniunctum nobis mandatum fideliter exsequentes ad loca predicta pariter accessimus et diligentia, qua potuimus, subtiliter inquirentes euidenter inuenimus, memoratum abbatem nullas decimas percipere uel detinere, nisi que gerstensi monasterio a patauiensis ecclesie pontificibus testimonio priuilegiorum suorum docentur tradite et confirmate, habentes terminos indubitabiles in priuilegiis expressos inter duos equiuocos fluuios, uidelicet Rubinicham superiorem et inferiorem. Porro ut abbas gerstensis monasterii, qui pro tempore fuerit, huius nostre inquisitionis et processus habeat memoriale testimonium et ostendere possit, si necesse fuerit, hanc inde paginam conscribi fecimus sigillorum nostrorum impressione roboratam.

Aus einem Codex Saec. XV. zu Garsten. Diese und die vorhergehende Urkunde Nr. XXIX (beide ohne Datirung) sind wegen ihres vermuthlichen Zusammenhanges mit der unmittelbar Folgenden hier eingeschaltet. Ihrer Ausstellung nach müssen sie, da Gebhard, Bischof von Passau, auf dieses Bisthum im Jahre 1232 resignirte, in dieses oder das Jahr 1231 gehören.

XXXI.

1235. 18. September. Schloss Sitzenberg. — *Friedrich, Herzog von Österreich und von Steyr etc. nimmt das Kloster Garsten gegen einige genannte Adelige, welche sich mit Unrecht die Advocatie über dasselbe angemasst hatten, in Schutz.*

Nos *Fridericus dei gracia Dux Austrie et Styrie et Dominus Carnyole* notum facimus vniuersis et nominatim significamus *Ottoni aduocato de Lengenpach, Liutoldo et Chunrado fratribus de Altenburch, Ottoni et Ortolpho de Grêze et Gundakaro de Styra*, quod accepimus querimoniam *V̊lrici abbatis* et fratrum de *Gersten* super iniuriis et grauaminibus, que sibi inferebant predicti et quidam alij minores, qui se dicebant sue ecclesie aduocatos. Nos igitur dicto abbati et fratribus diem prefiximus ante castrum *Sitzenperge* ad nostrum placitum generale, ubi predictus abbas presente *Chunrado frisingensi episcopo, comite Chunrado de Hardeke* et multis ministerialibus nostris per plura priuilegia sufficienter ostendit, quod in omnibus possessionibus ecclesie sue nullum preter nos habere debeat aduocatum. Nos itaque eandem aduocatiam, sicut iustum fuit, nostre adtraximus potestati, mandantes, ut nullus eos in suis possessionibus occasione aduocatie grauet de cetero aut molestet. Quod quicumque contra ius et contra mandatum nostrum eandem ecclesiam de cetero infestauerit, illum, sicut ratio exegerit, puniemus utpote nostri nostrique iudicij contemptorem. Huius rei testes sunt *Chunradus episcopus frisingensis, comes Chunradus de Hardeke, Heinricus de Prunne, Irnfridus de Himperge, Henricus de Sevelde, Hademarus de Sunneberch, Wichardus de Arnsteyne, Heinricus de Hakenberch, Chůnradus et Vlricus fratres de Himperge, Vlricus de Chirchlinge, Hugo et Otto Tursones, Rapoto et Hademarus fratres de Schonenberch, Ditrycus de Volchinsdorf, Syboto de Hage, Liutoldus de pôrawe, Dyetricus pumhase, Wernhardus de Inne, Heinricus de Wasen, Meinhardus de Gastey, Duringus magister uenatorum, Duringus scheke, Marquardus preuhauen, Rubertus de Anaso* et alij multo plures. Datum ante *castrum Sytzenperge XIIII.* Kalendas Octobris Anno Domini M°.CC°.XXX°. V°.

Orig. auf Perg. zu Garsten. Das Hängesiegel ist zerbrochen. Abgedruckt bei Kurz, Beiträge II. 546.

XXXII.

1235. 17. December. Passau. — *Heinrich Abt von Kremsmünster und sein Convent überlassen ihre Besitzungen zu Alburch in dem Sprengel von Regensburg dem Bischofe Rudiger von Passau.*

In nomine domini amen. *Heinricus* miseracione diuina *abbas ecclesie in Chremsmunster et* eius conventus uniuersis presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad noticiam singulorum uolumus peruenire, quod nos de communi consensu et unanimi uoluntate nostri conuentus predia et possessiones nostras sitas in pago et villa *Alburch Ratisponensis dyocesis* domino nostro *Rudegero episcopo Patauiensi* contulimus et eius ecclesie, in futurum perpetuo possidendum sub condicionibus expressis per aliud instrumentum. In huius rei testimonium presentem paginam nostri sigilli munimine duximus roborandam. Acta sunt hec *Pataule* XVI. kalendas Januarii anno dominice incarnacionis M. CC. XXX. V.

Monum. boic. XXVIII. II. 337.

XXXIII.

1235. *Propst und Convent zu Reichersberg verbinden sich, dem Pfarrer von Odespach, der zum Ankaufe von Grub 60 Pfund gegeben, die Hälfte der jährlichen Einkünfte hievon zu reichen und ein Gut für ihn zu kaufen, das jährlich 4 Pfund erträgt.*

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, *Chuno prepositus* totusque *Richerspergensis* cenobii conuentus orationes in domino. Notum esse uolumus uniuersis, quod, cum nos apud dominam *Tutam de Zebing* predium quoddam situm in *Grube* conparauimus, magister *Johannes plebanus de Odespach* ex rogatu et consensu prepositi et conuentus, ut noster coemptor in eodem predio existeret, medietatem pecunie uidelicet lx libras wienensis monete persoluit, ut medietatem redituum, qui ad octo libras estimantur, perciperet singulis annis. Verum, quia ipse nimis remotus est ad dictum predium procurandum, postulauit a nobis, ut uice sua procurationem assumentes quatuor libras wienenses in festo beatj Michahelis sibi annis singulis assignemus, nisi aliquo anno ex euidentj causa nobis illi reditus minuantur. Tunc enim ad solutionem predictarum quatuor librarum

integraliter non tenemur, sed secundum estimationem diminutionjs ipse quoque de predictis quatuor libris remittet. Hoc autem tamdiu obseruabitur, donec pro prefata pecunia sua comparetur sibi predium speciale, quod infra quadriennium fieri debet. Ad hoc namque sub pena XXX^a librarum obligatj sumus dicto magistro Johanni, quod bona fide speciale predium omnj studio perquirere debemus, et protinus eo inuento omnj occasione et contradictione cessante sepedictam pecuniam suam, quam nobiscum, ut dictum est, in predio posuit supradicto, lx scilicet libras, undecunque trahamus, cum quantocunque dampno acquiramus, refundere debemus, ut ex ea inuentum predium conparetur. Quo comparato nos et sepedictum predium nostrum in Grube a solutione supradictarum quatuor librarum liberi erimus et inmunes. Verum si nos grauamen uel dispendium aliquid ob impetionem aliquorum uel alicujus patiemur, per quod illi redditus possint minui uel predium omnino amitti, nichilominus sibi prefate quatuor libre in dicto termino persoluentur, donec juxta formam suprascriptam absoluamur. Sane de predio per pecuniam suam taliter conparato tali se nobis sponsione obligauit, quod ipse illud temporibus suis tenebit et quandocunque inspirante domino uoluerit condere testamentum, sub hac forma condet illud, quod quicquid ipse in testamento ordinabit, nobis et ecclesie incumbet, ut illud singulis persoluamus, proprietate predii apud nos et ecclesiam perpetuo remanente. Si uero ipse, quod absit, decesserit intestatus, predium illud apud nos et ecclesiam nichilominus remanebit. Super hec omnia, si quoquo modo obmittatur, quod sepedicte quatuor libre sibi in dicto termino non soluantur, nos et ecclesia preter quatuor libras ad sex libras tenemur obligati sibi in eodem anno persoluendas. Vt autem hec omnia inuiolabiliter obseruentur et robur firmitatis obtineant, presentem paginam de conmunj consensu capitulj sigillo ecclesie nostre duximus roborare. Acta sunt hec anno domini M°CC°X XX°V Indictione VIII. Testes huius rei sunt hii, quorum nomina subscribentur: *Ortolfus frater cellerarii*, *Chunradus dictus hospes*, *Dietherieus pellifex*, *Wernhardus pellifex*, *Perhtoldus Gueke*, *Otto*, *Gerungus*, *Chunradus surdus*, *Vlricus pellifex*, *Siboto scolaris*.

Orig. auf Perg. mit Siegel zu Reichersberg.

XXXIV.

1236. 1. Jänner. Passau. — *Ulrich, Propst von St. Nicola beurkundet, dass die edle Frau Gerdrut von Lauterbrunn seinem Kloster eine halbe Hube gegen Darreichung einer Präbende gegeben habe.*

Vlricus diuina misericordia prepositus *sancti Nycolai Patavie* et conuentus vniuersis christi fidelibus hanc paginam inspecturis salutem in eo, qui est omnium uera salus. Sciant omnes christi fideles tam presentes quam futuri, quod nobilis mulier domina *Gertrudis dicta de Lvterbrvnnen* quoddam predium, scilicet dimidiam Hubam in eadem uilla positam, contulit ecclesie nostre tali condicione, ut prebendam unius sororis et duos calceos, quam diu uiueret, a nobis percipiat annuatim. Et ut libera eiusdem predii collacio nobis et ecclesie nostre magis rata et stabilis in perpetuum permaneat, memorata domina procurauit, ipsum predium per quendam uirum liberum nomine *Sifridum*, in cuius manu delegacio talis predii fixa fuit, super altare sancti Nycolai nemine contradicente rite ac legaliter delegari. Vt autem talis collacio siue delegacio memorie hominum forcius debeat adherere, scriptis conmendatam testimonio bonorum hominum, qui tunc presentes aderant, ipsam fecimus communiri. De familia sancti Nicolai *Hainricus miles, Waltherus, Heinricus Chreno, Vlricus Wazo, Pernhardus frater eius, Fridericus, Heinricus Slehto, Heinricus Vogel faber, Albertus gener eius, Siboto de fonte, Vlricus, Albertus carpentarius, Vlricus car, Geroldus Pezeret, Heinricus de Nevmburch* et alii quam plures. Actum apud sanctum Nycolaum Patavie Anno domini MCCXXXVI. In circumcisione domini, Indictione IX.

Aus einem Perg. Codex des Klosters St. Nicola im k. baier. Reichsarchive.

XXXV.

1236. 23. Februar. Passau. — *Rudiger, Bischof von Passau, ermahnt die Gläubigen seines Sprengels, zur Herstellung der Brücke in Wels beizusteuern.*

Rudgerus dei gratia *Pataviensis episcopus* universis has litteras inspecturis salutem in domino, cum Christo commune bonum communi studio sit promovendum, nos vero, qui ex debito superintendimus specialius communibus et privatis, manum ad promotionis pariter et protectionis instituere voluimus, quos debemus. Quapropter

notum facimus universis, quod, cum bonæ memoriæ religiosi viri fundatores *pontis in Wels* postponentes hæreditatem terrenis hæredibus ampliare ac preponentes bonorum suorum hæredem constituere Salvatorem, pontem in Wels construxissent utilissimum, decernentes, ut omne genus hominum atque sexus ille liberum transitum in perpetuum obtineret, hoc idem privilegium auctoritatis ratum et irrefragabile fieri facientes, cum etiam bona sua mobilia et immobilia copiose dedissent ad eundem annis singulis, sicut esset necessarium reparandum, nostris temporibus in malitia hominum faciente prædicta bona cum per rapinas et incendia devastata usque adeo, quod jam pons per illa non potest ullatenus reparari, Nos vero tam excellenti bono cupientes nostrum sustentaculum exhibere per præsentes litteras universitatem nostram (vestram) diligentius exhortamur et vobis injungimus peccatorum, quatenus ad eundem pontem eleemosinas erogetis, quia beneficium illius omnibus est commune omnibus et qui pro reparatione illius eleemosinas dederint, de injuncta poenitentia XV. dies relaxamus veram ab omnipotenti Deo eis remissionem peccatorum omnium imprecantes. Datum *Pataviæ* VIII. kalendas Martii Anno Domini M. CCXXXVI.

Hoheneck II. 793.

XXXVI.

1236. 25. April. — *Friedrich II., Herzog von Österreich, schenkt dem Gotteshause Kremsmünster eine jährliche Rente von einem Talente und erlässt ihm gegen Vergütung das Vogtrecht.*

F. Dei gratia Dux Austrie et Styrie et Dominus Carniole per presens scriptum notum facimus omnibus hanc paginam inspecturis, quod nos ob reuerenciam et honorem gloriose virginis Marie, nec non pro nostre ac parentum nostrorum remedio animarum de possessionibus nostris redditus unius talenti contulimus ecclesie in *Chremismvnster*. De speciali quoque dilectionis gracia, qua eandem complectimur ecclesiam, remisimus ei totum ius aduocatie, quod vulgo *Vogtereht* dicitur, ita, quod pro tali iure decem libras persoluat ad nostram Cameram annuatim. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°. XXXVI. kalend. Maii VII°. Et ut aput nos et successores nostros hec rata et illibata semper permaneant, presentem paginam conscribi et nostro Sigillo fecimus roborari.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 66.

XXXVII.

1236. 19. Mai. Vilshoven. — *Heinrich, Graf von Ortenburg, gibt dem Kloster Reichersberg als Schadenersatz seine Hube zu Viehhausen.*

Universis volumus esse notum, quod ego *Hainricus Dei gracia Comes de Ortenberch* hubam unam, quam vnicam et solam habui in villa, que dicitur in *Vihusen*, apud cenobium beati Michaelis in *Reichersperge* in ripa *Ini* fluminis sitam in manus Domini *Chunonis* eiusdem loci *Prepositi* tradidi, pleno iure super altare beati Michaelis vice nostra in subsidium fratrum et sororum ibidem Deo famulancium delegandam, nihil inibi iuris sive advocacie sive alterius rei cuiuslibet in eadem huba retinendo, sed hoc solum cupiens adipisci, ut pro temporalibus capiam sempiterna et ipsorum congregacionis interventu aput Altissimum veniam merear de peccatis, et ut querela ipsorum fratrum, quam contra me habebant pro eo, quod eos leseram in plantacione castri, quod dicebatur *Autenperg*, ut ipsi asserunt, cum tamen huius rei non sim mihi conscius, aput Deum et homines de cetero conquiescat. *Hainricus* quoque *filius meus* eandem tradicionem in manus prefati Prepositi Richerspergensis fecit et eandem pro remedio animarum nostrorum parentum bona sua voluntate pacificavit. Facta est hec nostra tradicio aput *Vilshoven* in Ecclesia Parrochiali anno Domini MCCXXXVI. Indictione VIIII.° XIIII.ª kalendas Junij in presencia multorum, qui et huius donacionis testes sunt, quorum hec sunt nomina: *Anshelmus Abbas de Alderspach, Gregorius Prepositus de Suben et Perhtoldus Capellanus suus, Hainricus quondam Prepositus de Osterhoven nunc autem frater Ordinis Predicatorum et Reinhardus confrater suus, Wergandus de Rumtingen, Hainricus de Pawmgarten, Wernhardus et Richerus fratres de Rotawe, Reinboto et Gozwinus Notarii Comitis, Wernherus Pincerna de Ancenchirchen, Chonradus de Pyrpach, Hainricus Plebanus de Vilshoven* et alii quam plures.

Monum. boic. IV. 445.

XXXVIII.

1236. im Juli. Werd. — *Kaiser Friedrich II. gestattet dem Bischofe Eckbert von Bamberg die Abhaltung eines Wochenmarktes für sein Dorf Frankenmarkt.*

Fri(dericus) dei gratia *Romanorum Imperator* semper Augustus, Jerusalem et Sicilie Rex, Per presens scriptum notum esse volumus

vniuersis Imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod Nos attendentes grata seruicia, que dilectus princeps noster venerabilis *Babenbergensis episcopus* nobis sepius deuote exhibuit et in antea exhibere poterit graciora, Concedimus et indulgemus eidem in uilla sua apud *Frankenmarket* forum ebdomadale in qualibet tercia feria celebrandum sine preiudicio iuris alieni, recipientes omnes ad idem forum uenientes et ad propria reuertentes sub specialem nostram et Imperii protectionem. Ad cuius Rei memoriam et robur sibi in posterum ualiturum presens scriptum fieri et sigillo nostre Celsitudinis iussimus communiri.

Datum apud *Werdam* Anno dominice Incarnationis Millesimo Ducentesimo Trecesimo Sexto, Mense Julii, none Indictionis.

Mon. boic. XXX. I. 250. — Wiener Jahrbücher der Literatur XL. 115.

XXXIX.

1236. 27. November. Interamni. — *Papst Gregor IX. bestätigt die Rechte und Besitzungen des Klosters Suben mit namentlicher Aufzählung derselben.*

Gregorius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis preposito beati Lamberti *Subnensis* eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. [Bis hieher verlängerte Schrift]. Quotiens a nobis petitur, quod religioni et honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere ac petentium desiderijs congruum suffragium impertiri. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus clementer annuimus et ecclesiam beati Lamberti Subnensis, in qua diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis *Eugenij* pape predecessoris nostri, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia impresentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione Regum uel Principum, oblatione fidelium seu alijs iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec proprijs duximus exprimenda uocabulis: Locum ipsum, in quo prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam ad *heingist* cum Curte stabularia et omnibus

pertinentiis suis, ecclesiam *Mallentin* cum omnibus pertinentiis suis, *Parscalchesdorf*, *Meizensteine*, *Rusnize*, *Rakanizhe* cum decimatione et omnibus pertinentiis suis, *Sedingen* cum uenationibus et piscationibus, *Perindorf*, *Preurath*, *Hasilaha*, *Suarzaha*, *Gloiach*, *Abbatisperge*, *Sulba*, *Suarcimbach*, *Swein*, *Criezpach* cum nauigio et parte silue ipsius loci. In *Assca* quartam partem telonei, decem mansos in *Grantemperc*, *Pratmarhowen* cum omnibus pertinentiis suis, decimam, quam habetis in predijs sitis in *Carinthia*, *Merlinspach*, *ad pueros*, *Peigarten*, *Pratemperge*, *Teufenpach*, *Ruede*, *inferius Haupach et superius Haupach*, *Routhaim*, *Vrsperting*, *Prathe*, *Shergaren*, *Amdorf*, *Possperg*, *inferius et superius Lauterbrunne*, *Gawalteshaim*, *Miterndorf*, *Engelhartsperge*, *Weide*, *Oede*, *Pratempach*, *Awe*, *Paldwinfdorf*, *Adalmaninge*, *Ludhaim*, *Engelpoltsoede*, *Chaltenmarchte*, *Reute*, *Sheusdorf*, *Vieth*, *Staineinzoune*, *Lohe*, *Nasla*, *Haslpach*, *inferius et superius Ceisaperge*, *Wezendorf*, *Duorigelpach*, *Dithalminge*, *sub quercubus*, *Peringe*, *Weizenawe*, *Ekkemperge*, *Hebenspach*, *Sleter*, *in monte*, *Puche*, *Stainpach*, *Oede*, *duo Stoche*, *Chobel*, *Oberhouen*, *Pusenperge*, *Eibach*, *Ekkartesreute*, *Steuendorf*, *Prukke*, *Ritzinge*, *Ascha*, *Grunenpach*, *Micheldorf*, *Pramerdorf*, molendinum apud *Pramam*, *Petheringe*, *Heide*, *Rosspahc*, *Snellendorf*, *Dorf*, *Aiche*, *Otendorf*, *Vtenhaim*, *inferius et superius Teufenpach*, *Lohe*, *inferius et superius Pramawe*, *Reiteinsreute*, *Piriche*, *Odeinriute*, *Penzeriute*, *inferius et superius Visenhart*, *Stoche*, *Nidehaim*, *Grub*, *Nermansdorf*, *Geroltinger* (sic), *predium interm holze*, *Furt*, *ad Rubertum fabrum*, *Vngring*, *Sherdinge* cum piscationibus et parte nauigii ipsius, *Chounich*, *Chemerich*, *Grub in Austria*, *Swaneim*, *Wazemansperge*, *Cholmunz*, *Pirembach*, *Chunilpach*, *Roz*, *Zohensunstorf*, *Hunthoupt*, *Chrotental*, *Hergoltshaim*, *Aufheim*, *Snellaim*, *Risting*, *Harde*, *Obernawe*, *Inzinge*, *Winchil*, *Inferius awe*, nec non terras et alias possessiones cum pratis, vineis, nemoribus, usuagiis et pascuis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in uiis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane noualium uestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, siue de uestrorum animalium nutrimentis nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat quoque uobis, clericos uel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conuersionem recipere ac eos

absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum uestrorum post factam in ecclesia uestra professionem fas sit, sine Prepositi sui licentia nisi artioris religionis obtentu de eodem loco discedere. Discedentem uero absque communium litterarum uestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat uobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis suppressa uoce diuina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicti. Crisma uero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promouendi, a diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam et communionem sacrosancte Romane sedis habuerit et ea uobis uoluerit sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, ut infra fines parrochie uestre nullus sine assensu diocesani episcopi et uestro cappellam seu oratorium de nouo construere audeat saluis priuilegijs pontificum Romanorum. Ad hec nouas et indebitas exactiones ab archiepiscopis et episcopis, archidiaconis seu decanis aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusue personis a uobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni et extreme uoluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati uel interdicti aut etiam publice usurarii sint, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones ad ius ecclesiarum uestrarum spectantes, que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad ecclesias, ad quas pertinent, reuocandi, libera sit uobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte uero te nunc eiusdem loci preposito uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu uiolentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu uel fratrum maior pars consilii sanioris secundum deum et beati Augustini regulam prouiderint eligendum. Paci quoque et tranquillitati uestre paterna in posterum sollicitudine prouidere uolentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum uestrorum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere uel interficere seu uiolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini uestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus

et principibus uel aliis fidelibus rationabiliter uobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate, diocesani episcopi canonica iustitia et in predictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri ihesu christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri ihesu christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Monogramma (Bene Valete). In der Mitte: Sanctus Petrus, Sanctus Paulus. Gregorius papa viiij. Im Kreise: Signum in bonum fac mecum domine.

Ego *Gregorius* catholice ecclesie episcopus. Monogramma.

† Ego *Johannes Sabinensis episcopus SS.* (subscripsi).

† Ego *Jacobus Tusculanus episcopus SS.*

† Ego *Rainaldus Ostiensis et Velletrensis episcopus SS.*

† Ego *Thomas TT. sancte Sabine presbiter cardinalis SS.*

† Ego *Guifredus TT. sanctj Marcj presbiter cardinalis SS.*

† Ego *Sinibaldus TT. sancti Laurentii in lucina presbiter cardinalis SS.*

† Ego *Stephanus sancte Marie trans Tiberim TT. Calixti presbiter cardinalis SS.*

† Ego *Ramerius sancte Marie in Cosmidin diaconus cardinalis SS.*

† Ego *Egidius sanctorum Cosme et Damiani diaconus Cardinalis SS.*

† Ego *Oto sancti Nicholai in carcere Tulliani diaconus cardinalis SS.*

Datum *Interamni* per manum magistri *Guillielmi sancte Romane ecclesie vicecancellarij* v. kl. Decembris, Incarnationis dominice Anno M°CC°XXXVI° Indictione X. pontificatus uero domni Gregorii pape viiii. anno decimo.

Orig. Perg im Archive zu Gleink. Die Bulle hängt an gelben und rothen Seidenfäden. Die Unterschriften sind eigenhändig. — Abgedruckt in Mon. boic. IV. 530. — Hund, Metrop. Salisb. (Monac. edit.) III. 373.

XL.

1236. Passau. — *Rüdiger, Bischof von Passau, übergibt das Kloster Schlægl dem Propste zu Osterhofen.*

Rudigerus dei gratia *Patawiensis ecclesie episcopus* omnibus tam presentibus quam futuris salutem in eo, qui est (omnium) vera salus. Ad notitiam omnium cupimus peruenire, quod *Chalhohus de Valchenstein* ministerialis ecclesie nostre in loco, qui vocatur *Slage*, fundauit cenobium ad honorem Dei et Genitricis sue (beate) Marie (virginis) cum consensu et voluntate predecessoris nostri beate memorie *Wolfkeri*. Fundationem igitur illam filius suus *Chunradus* in nostra presentia renouauit et in hoc magis roborauit, quod a jure aduocatie recessit et sine omni utilitate promisit, eundem locum ipse (ac sui) et sui successores defendere et iniurias proclamare. Preterea partem decimationis, quam in illis bonis (locis illis) habuit, nobis voluntarie resignauit et nos easdem decimas ad petitionem ipsius Chunradi tradidimus illi loco, cenobium inquam illud, ecclesiam et decimas cum omnibus attinentiis cultis et incultis tam in *Bavaria* quam in *Austria* (tam in Austria quam in Bawaria) nos conferimus ac (et) committimus pleno iure dilecto in Christo fratri nostro (domino) *Preposito in Osterhouen* (eiusque successoribus perpetuo) tam in spiritualibus quam in temporalibus, ut ipsum regat secundum regulam beati Augustini et ordinem Premonstratensem. Quicumque ergo cenobium illud in captura piscium, succisione arborum vel qualicunque modo in redditibus suis habitis et habendis indebite leserit vel damnificauerit malitiose, idem sententiam excommunicationis beatorum apostolorum Petri et Pauli ac etiam (necnon) nostram se nouerit incurrisse. Ut autem hec fundatio permaneat (maneat) inconuulsa et ne heredes predicti Chunradi presumant eam in aliquo aggrauare, nos presens priuilegium sigillo nostro et capi-

tuli ac etiam (ac) ipsius Chunradi et (etiam) testium subscriptione fecimus communiri. Hii sunt testes: *Chunradus decanus Patauiensis*, *Godfridus archidiaconus et thesaurarius*, *Chunradus tumplebanus* (plebanus), *Eberhardus de Veichtenpach*, *Rugerus de Lonstorf*, *Meingotus de Waldeche*, *Heinricus Zobelinus* (canonici), *Chunradus decanus Ratisbonensis* (ecclesie), *et canonicus Patauiensis*. Ministeriales ecclesie Patauiensis (nostre) *Chunradus de Valchenstain*, *Ortolfus et Heinricus fratres de Waldecke*, *Pilgrimus de Tannberch* et alii quam plures. Datum *Patauie* anno dominice incarnationis MCCXXXVI.

Hund, Metrop. III. 38. — Mon. boic. XII. 389. XXVIII. II. 153. — Die eingeschlossenen Worte enthält der Bd. XXVIII. II. der Mon. boic., dagegen die Worte: „de Lonstorf, de Waldeche, Zobelinus" in demselben nicht vorkommen.

XLI.

Circa 1236. — *Otto, Herzog von Baiern, verleiht dem Kloster Suben zum Seelgeräthe für seine Eltern Mautfreiheit für zwölf Küffel Salz und 2000 Käse.*

In nomine sancte et individue trinitatis. *Otto* dei gracia *Palatinus comes Rheni*, *dux Bawarie* universis presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui est vera salus. Notum esse volumus universis, quod nos ob remedium anime patris nostri pie memorie *Ludwici* nec non ob salutem nostram et uxoris nostre *Agnetis* et dilecti filii nostri *Ludwici ecclesie S. Lamberti martiris in Subin* et fratribus ibidem Deo servientibus hanc prerogativam concessimus, ut apud *Burchusen* et alias mutas infra *Salisburgam* et *Pataviam* sitas omni exactione sopita in victualibus suis, videlicet XII. cuparum salis et II. mille caseos liberam habeant transvecturam. Huius rei testes sunt *comes Conradus de Mospach*, *comes Otto de Chrunenbach*, *Hoholtus de Wolintsa*, *Sifridus de Vrowenburch*, *prepositus de Raneshoven*, *mutenarii Pertoldus*, *Karulus*.

Monum. boic. IV. 529.

XLII.

Circa 1236. — *Vergleich zwischen dem Kloster Reichersberg und Hugo von Sigenheim wegen der Vogtei zu Eholvingen.*

Ego *Hugo de Sygenheim* presenti scripto confiteor universis, quod inter *Richerspergenses* et me super *advocacia Eholvingen*,

in qua occasione mei ipsi dampna gravia perceperunt, in presencia dominorum meorum et multa familia ipsius talis composicio est facta. Advocaciam in Eholvingen, quam *Rapotoni de Ezzenbach* sive debite, ut mihi visum fuit, sive indebite, ut dicti Richerspergenses asserunt, obligavi, liberam ab omni exactione et usu perceptione modica vel magna omnino dimittam, donec eam pro XXIIII. libris Pataviensis monete apud prefatum Rapotonem absolvam vel aput Richerspergenses, si forte ipsi aput sepedictum R. memoratam advocaciam absolverint quoquomodo. Postquam autem sepefatam advocaciam aput R. vel ipsos Richerspergenses absolvero, predicta composicio nostra in eadem advocacia ius meum non minuet nec augebit, sed sine preiudicio utriusque partis erit, quod pro bono pacis inter nos est actum, quod suo tempore iudicantis iusticia declarabit; et negocio ita pendente memorati Richerspergenses apud aliquem spiritualem vel secularem iudicem querimoniam non movebunt. Preterea *Richkerum de Rotawe, Chunradum de Stainchirchen* posui fideiussores Richerspergensibus antedictis, ne contra ea, que prescripta sunt, aliquando veniam, qui tam ipsi quam ego in manus domini mei *comitis Heinrici senioris* et in manus domini prepositi Richerspergensis porreximus dexteras nostras, quod hec omnia rata erunt, hoc interposito moderamine, quod si ego, quod absit, laudum meum in aliquo violarem, dicti Richerspergenses requisiti infra dies quatuordecim plene satisfacient de illatis. Ne autem potestas alterutra processum istum inficiari valeat, presens scriptum super hiis omnibus confici postulavi, cuius par Richerspergenses retinebunt et utraque pagina erit sigillo domini mei *comitis Heinrici de Ortenberch senioris* et sigillo ipsorum Richerspergensium confirmata. Huius rei testes sunt *comes de Ortenberch senior et junior*, quibus procurantibus composicio hec facta est, *Vergandus de Runtingen*, *Gregorius prepositus de Suben*, *capellanus suus Heinricus Snainer, Richkerus de Rotawe, Chunradus de Stainchirchen notarius Comitis* et alii quam plures. Ceteris de dampnis, que ego et frater meus Werenhardus eis intulimus, ad arbitrium domini mei comitis satisfacere teneor, ipse namque est ab utraque parte arbiter constitutus.

Monum. boic. IV. 443.

XLIII.

1237. 3. Jänner. Gretz. — *Kaiser Friedrich II. beauftragt den Albero von Polheim den Rupert von Ens zur Vergütung des dem Stifte Seckau angethanen Schadens zu verhalten.*

FRidericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerosolimarum et Sicilie rex *Alberoni de Pollenheym* dilecto fideli suo gratiam suam et omne bonum. Veniens ad curiam nostram venerabilis *prepositus Seccoviensis* fidelis noster celsitudini nostre grauiter est conquestus, quod *Rupertus de Ense* census ecclesie sue per triennium violenter detinuerit et iniuste, et in quadam silua ecclesie sue usque ad estimacionem centum librarum Wyenensium ipsum dampnificarit, iniurias sibi et ecclesie sue graues et molestias irrogando. Cum igitur fidelium nostrorum et, precipue personarum religiosarum dampna et grauamina sustinere nolimus, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus dictum R. commoneas et, si necesse fuerit, compellas, ut prefato preposito fideli nostro census ecclesie sue uiolenter et iniuste detentos persoluat et de dampnis et iniuriis sibi et ecclesie sue illatis satisfaciat, ut est iustum, ut nullam super hoc de cetero habeat materiam conquerendi.

Datum apud *Gretz* iij (?) januarij, decime indictionis.

Orig. auf Pergam. mit Siegel im k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien.

XLIV.

1237 im Jänner. Wien. — *Kaiser Friedrich II. nimmt das Kloster Lambach unter seinen Schutz.*

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Jerusaleme et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri uolumus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos diuine remuneracionis intuitu, quo personas deo dicatas respicimus, venerandum abbatem monasterii de *Lambach* fidelem nostrum, monasterium ipsum, personas ibidem domino famulantes cum bonis et juribus suis, que iuste tenent et possident et in antea iusto aquisitionis titulo poterunt adipisci, sub nostra et imperii speciali recepimus protectione, mandantes et precipientes firmiter et districte, quatinus nullus sit, qui

dictum abbatem, monasterium et personas ibidem deo famulantes in bonis et iuribus suis, que racionabiliter possident, contra huius protectionis nostre tenorem presumat aliquatinus molestare. Quod qui presumpserit, indignationem nostram se nouerit incursurum. Ad huius rei memoriam et robur in posterum ualiturum presens scriptum fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Actum apud *Wyennam* anno domini millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense Januario, decime indictionis.

Orig. auf Perg. mit Siegelresten zu Lambach. — Kurz, Beiträge II. 454.

XLV.

1237. 20. Februar. Wien. *Kaiser Friedrich II. bestimmt dem Kloster Wilhering den Albero von Polheim, Hauptmann ob der Enns, zum Vogte.*

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Jerusalem et Siciliae rex *Alberoni de Pollenhaim iudici prouinciali* fideli suo gratiam suam et omne bonum. Supplicarunt culmini nostro venerabilis abbas et conuentus de *Wilaringen* Cisterciensis ordinis fideles nostri, ut ipsos et vniuersa bona sua, quae legitime pertinent ecclesiae memoratae, defensioni tuae committere teque super iustis eorum quaerimoniis eisdem iudicem concedere dignaremur. Nos itaque in fauorem ordinis, dictorum abbatis et conuentus supplicationibus fauorabiliter inclinati praedictos abbatem et conuentum nec non vniuersa bona sua, quae mero iure pertinent ecclesiae praenotatae, defensioni tuae committere teque eis iudicem in eorum iustis quaerimoniis duximus concedendum. Quare fidelitati tuae mandamus firmiter praecipientes, quatenus praedictos abbatem et conuentum in bonis ecclesiae suae legitime spectantibus auctoritate nostri culminis contra vniuersos iniuriatores suos manuteneas et defendas, super iustis eorum quaerimoniis ipsis nihilominus faciens iustitiae complementum, nec ratione defensionis uel ratione iudicii aliquid exigas ab eisdem, sed tanquam pietatis nostrae fidelis et sincerus executor dictis fratribus super bonis et eorum iuribus sic prouideas ex parte nostra, ut a nullo indebite molestentur. Datum apud *Wiennam* xx. Februarii, x. Indictione.

Aus der Panchyrte des Klosters Wilhering vom 24. October 1680. — Abgedruckt bei Stülz, Wilhering 506.

XLVI.

1237. 28. Februar. Wien. — *Kaiser Friedrich II. bestätigt die Mauthfreiheit des Klosters Wilhering.*

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator semper augustus, Jerusalem et Siciliae rex vniuersis iudicibus et mutariis suis per *Austriam* et in *Welse* constitutis praesentes litteras inspecturis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Notum facimus vniuersitati vestrae, quod nos ad supplicationem venerabilis abbatis et conuentus de *Wilhaeringen* Cisterciensis ordinis nostrorum fidelium, uolentes eis obseruare fauorabiliter inconcussam eorum ordinis libertatem, immunitatem et gratiam in ducendis victualibus et aliis rebus propriis ad usus eorum per loca mutarum tempore ducis *Leopoldi* felicis memoriae per eum habitam et obtentam eis duximus per speciale priuilegium concedendam, sicut in priuilegio eiusdem concessionis sibi clementer indulto plenius continetur. Quare mandamus et praecipimus vniuersitati vestrae, quatenus eandem immunitatem et gratiam, quemadmodum praedicti ducis tempore fuit obtenta et per nostrum priuilegium est concessa, tam in terris quam in aquis, in ascensu et descensu per mutas et thelonea conseruetis eisdem, vt indultam eis gratiam felici tempore nostro quiete gaudeant obtinere. Datum apud *Wiennam* vltimo Februarii decimae Indictionis.

Aus der Pancharte des Stiftes Wilhering vom 24. October 1680. — Abgedruckt bei Stülz, Wilhering 507.

XLVII.

1237 im Februar. Wien. — *Kaiser Friedrich II. bestätigt dem Kloster Wilhering die dem Orden der Cistercienser eigenthümliche Freiheit, unter keinem Vogte zu stehen, und erklärt es von jedem weltlichen Gerichtszwange befreit.*

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis *Fridericus secundus* diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper augustus, Jerusalem et Siciliae rex. Imperialis auctoritas tunc praecipue auctori suo, per quem salubriter regnat et imperat, suae deuotionis exhibet debitum, cum ob eius reuerentiam loca venerabilia et personas religiosas in eisdem Domino famulantes piae mentis affectione protegi

et eorum libertatibus ac iustis petitionibus fauorabiliter se inclinat. Eapropter ad notitiam vniuersorum praesentium et futurorum nostrorum et imperii fidelium uolumus peruenire, quod ad supplicationem *Theodorici* venerabilis abbatis monasterii de *Wilhering* Cisterciensis ordinis fidelis nostri, cum idem ordo praeter Romanum imperatorem nullum prorsus habere debeat aduocatum, abbatem ipsum suosque successores regulariter institutos, conuentum, monasterium et omnia bona sua, quae in praesenti iuste tenent et possident et quae inantea iusto titulo poterunt adipisci, sub nostra et imperii protectione recipimus speciali mandantes, ut quaecunque iura, quaecunque exemptiones et libertates a felicibus imperatoribus praedecessoribus nostris vel ab aliis imperii principibus rationabiliter eidem monasterio sunt collata uel iuste de caetero conferentur, rata sibi omni tempore integraque seruentur. Et sicut ordo Cisterciensis ab exordio institutionis suae nullum unquam praeter Romanum imperatorem, ut praedictum est, habuit aduocatum, ita praedictum monasterium cum omnibus possessionibus eius praeter nos et Romanorum imperatores ab omni aduocatorum ratione atque exactione sit liberum tam communi ordinis libertate quam praesenti nostra concessione exemptum. Paci insuper eorum et immunitati ipsius de imperiali clementia prouidentes inhibemus omnino, ne quisquam dicti monasterii aut ullius praedii sui aduocatiam in feudo a quoquam habeat uel habere possit ullo nomine aut iure nec donationis alicuius praedii ratione seu commissione aut expetitae defensionis occasione uel quasi a progenitoribus hereditaria successione nomen et ius aduocati in eos aut bona eorum sibi quispiam uendicet aut assumat. Sed quodcunque praedium eidem monasterio est hactenus uel a modo fuerit in elemosinam datum aut iustis modis aliis acquisitum, imperiali tuitioni eo ipso subiaceat, quod eiusdem monasterii esse coepit. Verum de abundantiori beniuolentia nostri culminis ad parcendum praedictis abbati et conuentui super laboribus et expensis, ne continue ad curiam imperialem pro iure et utilitatibus suis uenire cogantur, defensorem eis ipsum duntaxat, quem abbas et conuentus iam dicti ad hoc elegerint, deputamus et habere concedimus, cui in eorum defensionem in contractibus, in causis ciuilibus et in aliis ciuilium negotiorum transactionibus nostrae vicis executionem non in feudo habendam, non perpetuo obtinendam neque heredibus relinquendam salua dicti monasterii libertate committimus ita, ut liberum eis esse debeat recusare et alterius defen-

sioni se et sua committere, si sub nomine defensoris se ipsis exhibuerit offensorem et immunitatis eorum priuilegium ullo uexationum aut exactionum genere attemptauerit infringere aut euacuare. Volumus enim nostrae potestatis executores nostrae pietatis sectatores habere firmiter praecipientes, ut qui nostra iussione uel ex eorum petitione seu quacunque occasione ipsos et eorum iura defendunt, liberaliter, sincere et pro sola Dei retributione defendant ita, ut neque banna, petitiones, precarias siue steuras neque pernoctationes neque ad opera ipsorum operarios nec ulla omnino seruitii eis inuitis uel a colonis ipsorum praetextu defensionis exigant aut extorquere praesumant. Adiicimus etiam eidem monasterio talem gratiam iuxta ordinis libertatem, ut homines ipsius siue coloni per nullum judicem secularem uel etiam per aliquem aduocatum ad communia uel priuata placita, nisi qer se uenire uoluerint, aliquatenus compellantur. Praeterea auctoritate praesentis priuilegii concedimus abbati et fratribus memoratis, ut propria uictualia domorum suarum annonam uidelicet, caseos, salem, pisces, oleum, vinum et pecudes et alia quaecunque ad usus suos pertinentia tam in aquis quam in terris sine theloneis, uectigalibus et aliis exactionibus, prout ex concessione ducum Austrie libertatem ipsam soliti sunt habere, deducant salubriter et quiete. Statuimus igitur et imperiali sancimus edicto, vt nulla persona ecclesiastica uel saecularis, alta uel humilis praedictum abbatem, conuentum et successores eorum, monasterium et bona sua contra praesentis priuilegii seriem super aliquibus ausu temerario molestare praesumat. Quod qui praesumpserit, praeter indignationem nostri culminis, quam incurret, centum libras puri auri componat, quarum dimidia pars fisco nostro, reliqua uero pars passis iniuriam persoluetur. Ad huius itaque rei memoriam praesentis protectionis et libertatis nostrae diualem paginam conscribi fecimus et sigillo maiestatis nostrae ipsam iussimus insigniri. Huius itaque rei testes sunt: *venerabiles Sifridus Maguntinus, Theodericus Treuerensis, Eberhardus Salisburgensis archiepiscopi, Ekkebertus Babenbergensis, Sifridus Ratisponensis imperialis aulae cancellarius, Rudegerus Pataviensis, Conradus Frisingensis episcopi. Batzeslaus rex Boemorum, Otto comes palatinus Rheni dux Babariae, Heinricus Raspo landgrauius Thuringiae comes palatinus Saxoniae, Bernhardus dux Karinthiae, principes, Hermanus marchio de Baden, Conradus burcgrauius de Nurenberk, Fridericus de Truhendingen,*

comes Hartmannus de Dilingen, Gotfridus de Hohenloch, Conradus frater eiusdem, nobiles. Heinricus de Balbenheim (sic) *imperialis aulae marsalcus, Ramungus (de) Khamerstaine, Albertus de Muerach, Hermanus de Rotenuelse, Siboto de Kulme, Rindesmulus, Croffo de Flugelingen, Hermanus de Huleberk, Conradus et Gotfridus de Valkhenberk, Hertnidus de Weitwe, Hainricus de Scharffenberk, Heinricus de Truchse, Switgerus de Hohenburk, Erkengerus de Landesere, Dietmarus et Vlricus de Liechtenstein, Otto de Wasen, Otakarus de Volkenstein, Vlricus de Muerberg, Vlricus et Leutoldus fratres de Wildonia, Reinpertus de Muerek* et alii quam plures. Signum domini nostri Friderici secundi Dei gratia inuictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Jerusalem et Syciliae regis (Monogramma). Acta sunt haec anno dominicae incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense Februarii, decima indictione, imperante domino nostro Friderico secundo Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Syciliae rege, Romani imperii eius anno XVIII., Jerusalem XII., regni uero Syciliae XXXVIII. feliciter Amen. Datum apud *Wiennam* Anno, mense, indictione praescriptis.

Das noch vorhandene Original zu Wilhering ist bis auf wenige Worte unlesbar. — Aus der Pancharte vom 24. October 1680. — Abgedruckt bei Stülz. Wilhering 507.

XLVIII.

1237 im Februar. Wien. — *Kaiser Friedrich II. bestätigt dem Kloster Waldhausen den Freiheitsbrief des Herzogs Leopold von Österreich vom 22. April 1204.*

Fridericus dei gracia *Romanorum* Imperator semper augustus Jerusalam et Sicilie rex tenore presencium notum esse uolumus tam presenitbus quam futuris, quod constituti coram nobis *Hartwicus* venerabilis *prepositus* et conuentus de *Walthusen* optulerunt culmini nostro quoddam scriptum patens indultum eis a quondam *Liupoldo duce Austrie et Styrie*, supplicantes humiliter, ut diuine pietatis intuitu paupertati sui monasterii consulentes idem scriptum renouare et confirmare misericorditer dignaremur. Cujus tenor per omnia talis erat. (Folgt die Urkunde Herzog Leopold's VI. [VII.] vom 22. April 1204.) Nos itaque pietati moti, qua in fauorem locorum

venerabilium religiosis personis super eorum iustis peticionibus fauorabiliter inclinamur, dictorum prepositi et conuentus supplicacionibus nanuentes idem rescriptum renouamus et de plenitudine imperialis gracie confirmamus, mandantes et sub interminacione gracie nostre firmiter precipientes, quatenus nullus sit, qui predictos prepositum et conuentum contra presentis renouacionis et confirmacionis nostre paginam presumat temere molestare. Quod qui presumpserit, indignacionem nostram se nouerit incursurum. Ut autem predicte renouacionis et confirmacionis gracia eidem preposito et conuentui ac ipsorum monasterio inuiolabiliter obseruetur, presentem paginam conscriptam sigillo nostre celsitudinis fecimus roborari. Testes sunt hii: *venerabilis Sifridus Maguntinus archiepiscopus, Ecgebertus Babbenbergensis, S. Ratisponensis imperialis aule cancellarius, Rudegerus Patauiensis, Conradus Frisingensis episcopi, Otto comes palatinus Reni dux Bawarie, Heinricus lantgrauius Thuringie* . . . (sic), *dux Karinthie, marschalcus Heinricus de Babbenh.* (sic) et alii quam plures. Actum anno dominice incarnacionis MCCXXXVI (sic) mense Febr. X. indict. Datum apud *Wiennam* anno, mense, indictione prescriptis.

Kurz, Beiträge IV. 456.

XLIX.

1237 im Februar. Wien. — *Kaiser Friedrich II. bestätigt seinen früheren Freiheitsbrief für das Kloster St. Florian ddo. Regensburg 14. Februar 1215 mit wörtlicher Einschaltung desselben.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis Fridericus secundus diuina fauente clementia romanorum imperator semper augustus, ierusalem et sicilie rex. Imperialis tronus erigitur et augustalis honoris titulus decoratur, cum ad loca religiosa consideratio benigna porrigitur et eorum status et comoditas ex liberali munificentia promouentur. Ea propter notum fieri uolumus tam modernis quam posteris vniuersis fidelibus nostris, quod nobis *Wienne* presentibus promouente domino feliciter nostri culminis incrementum et ducatibus *Austrie et Styrie* nostro dominio prospera sorte subactis venerabilis prepositus ecclesie *sancti Floriani* fidelis noster quoddam priuilegium dicte ecclesie tempore regni nostri clementer indultum nostre celsitudini presentauit suppliciter postulans, quatinus idem priuile-

gium de nostra gratia innouare et ea, que continentur in eo, confirmare et conseruare de nostra clementia dignaremur, cuius tenor est per omnia talis. (Nun folgt das Diplom vom 14. Februar 1215.) Nos igitur, qui ad ampliandum ecclesiarum statum et religiosorum conmoditates augendas pio fauore tenemur illius intuitu, de cuius dispensatione prospere uiuimus et feliciter imperamus, ipsius supplicationibus benignius inclinati priuilegium ipsum de uerbo ad uerbum presenti priuilegio inseri iussimus, singula, que continentur in eo, liberaliter confirmantes, mandantes etiam, ut, quod per quondam duces *Austrie* fieri et obseruari priuilegii tenor edixit, nostro felici nomine et auctoritate seruetur. Statuimus igitur et imperiali sancimus edicto, quatinus nulla persona alta uel humilis, ecclesiastica uel secularis predictum prepositum et ecclesiam nominatam super premissis ausu temerario contra presentis priuilegii nostri tenorem offendere uel molestare presumat. Quod qui presumpserit, centum libras auri puri conponat, medietate fisco nostro, reliqua dicte ecclesie persoluenda. Vt autem hec nostra innouatio et confirmatio robur obtineant perpetue firmitatis, presens priuilegium fieri iussimus maiestatis nostre sigillo munitum. Huius rei testes sunt: *venerabilis Patriarcha Aquilegensis, S. Moguntinus, . . Salzburgensis et . . Treuerensis archiepiscopi . . . Pambergensis et . . . Patauiensis episcopi, S. Ratisponensis episcopus imperialis aule cancellarius . . . rex Boemie, frater Hermannus venerabilis magister domus sancte Marie Theutonicorum in Jerusalem, dux Bawarie . . , dux Karinthie, langrauius Turingie, Gotfridus de Hohenloh, Burcrauius de Nůremberc* et alii quam plures.

Signum domini Friderici secundi dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper avgvsti (Monogramma) Jervsalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, mense Februario, decima indictione, imperante domino nostro Friderico secundo dei gratia inuictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno imperii eius octauo decimo, regni Jerusalem duodecimo, regni uero Sicilie tricesimo octauo feliciter amen. Datum *Wienne* anno, mense et indictione prescriptis.

Original auf Pergament mit beschädigtem Siegel im Archive zu S. Florian.

L.

1237. 2. März. Wien. — *Eckbert, Bischof von Bamberg, bestätigt die Stiftungsurkunde seines Vorgängers Eberhart für das Kloster Wilhering.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. *Ekebertus* dei gratia *Babinbergensis* ecclesie episcopus. In specula christi diuina disponente prouidentia positi sumus, ut nobis et conmissis nobis ecclesiis speculemur. Postulante itaque a nobis venerabili fratre nostro *Theodorico abbate de Wilheringen*, ut, quia habundans cautela non nocet, sicut pie recordationis venerabilis predecessor noster episcopus *Eberhardus* fundum et terminos ecclesie in *Wilheringen* tradente felici eiusdem ecclesie fundatore *Vlrico;* nobili viro annuentibus quoque *Colone* fratre suo, *Othilia* matre et *Elizabeth* sorore sua in ius *Babinbergensis* ecclesie accepit, ita et nos eandem donationem ad habundantiorem cautelam et ad ueritatis iniquam demolicionem apud post future etatis homines euitandam nostre dignaremur confirmationis testimonio roborare. Justis suis peticionibus digne duximus annuendum, decernentes, ut ad seruandam iustam per omnia donacionis eiusdem seriem totam continenciam priuilegii a predicto felici predecessore nostro Eberhardo prememorate ecclesie rite et racionabiliter indulti presenti nostro scripto intexeremus, cuius hec est forma: In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. *Eberhardus* dei gratia *Babinbergensis* ecclesie episcopus. Ad hoc diuina gratia uocante positi sumus, ut ecclesie nostre dignitatem, honorem et gloriam non solum in suo statu et integritate conseruemus et custodiamus, uerum etiam dilatare terminos honoris et glorie eius modis omnibus satagamus, ex hoc enim in oculis superne clementie erimus acceptabiles et hominum judicio magis placentes. Eapropter notum esse cupimus omnibus tam presentibus quam futuris christi fidelibus, quod locum, qui uocatur Wilheringen tradente nobili viro Vdalrico simul et fratre ipsius Colone annuente Othilia matre sua nobili matrona et Elisabeth sorore sua cum silua adiacente *Querenberch*, cuius termini sunt a castro, quod *uetus Wilheringen* dicitur, et ascendunt per riuulum, qui *Helimbach* dicitur, usque ad *Burcheke* et inde ad *Linberch* diriguntur et ab eo loco recta linea usque ad *Mulenbach* protendunt, cum ceteris appendiciis suis agris, vineis, pratis, pascuis, siluis, aquis, piscationibus denique omnibus ad eum pertinentibus cultis et incultis, que quoquo modo usui esse possunt, in jus ecclesie

nostre recipimus ea condicione, ut monachi cisterciensis ordinis, qui in eo abbatiam fundauerunt, secundum libertatem, quam priuilegia Romanorum pontificum eorum ordini concedunt, videlicet, ut nullum habeant aduocatum preter Romanorum imperatorem et episcopum Babinbergensem, sed libere per omnia predictum locum possideant et nostro semper patrocinio tueantur ac foueantur auxilio. Hanc etiam libertatem sue familie incluserunt (sic), ut, si qui in parrochia *Grimarsteine* (sic) uel alibi siti in eodem monasterio sepeliri et bona sua mobilia et immobilia largiri uellent, sine sui et successorum suorum plebani contradictione liberam facultatem haberent. Preterea Vdalricus huius fundationis auctor et iniciator *Jerosolimam* profecturus dimidietatem fori *Vtemsheim* et dimidietatem portus cum adiacente insula et duos piscatores, qui jus piscationis cum duobus piscatoribus fratris sui Colonis equali racione habentes ad eum pertinebant, nec non et *Ibenberch*, *Grebelic* et dimidietatem *silue Boemitice*, que sue portionis erat, cuius termini sunt a via, que de *Thissingen* per *nigrum montem* usque ad scopulum *Bernsteine* dirigitur et ab illo scopulo recta linea limitatur usque ad fluuium *Wlta*, ibi finivntur, et mediam partem campi, qui *Lobenuelt* nuncupatur, eidem cenobio donauit et ipsam donationem cum testimonio nostri et aliorum fidelium statuit confirmari. Decernimus ergo, quatinus hec traditio legitimis personis celebrata et approbata testibus ydoneis inuiolata permaneat et nullius presumptione detrimentum sentiat sue integritatis. Si qua uero ecclesiastica secularisue persona huius tradicionis nostreque confirmationis decretum et paginam, quam conscribi fecimus, sciens temere infirmare presumpserit, exconmunicationi subiaceat et ultionis eterne censuram experiatur, si non resipiscat, cunctis autem hec iuste seruantibus sit pax a domino, quatinus bone actionis premium percipiant et sempiterne glorie participes fiant. Ut autem hec rata et inconuulsa permaneant, cartam hanc, quam conscribi fecimus, sigilli nostri inpressione munire (sic) curauimus. Huius rei testes sunt: *Otaker marchio de Stira*, *Livtoldus comes de Bleia*, *Gotscalcus et filii sui de Hvnesberch*, *Fridericus*, *Reinoldus de Rifenberch et filius sororis eius Vdalricus*, *Sighart de Stŏphe*, *et* hii ex liberis. Ex ministerialibus autem *Coppolt de Osterhouen*, *item Gozwinus de Osterhouen*, *Gundeloch de Bodelendorf*, *Otto de Lintheim*, *Lutolt de Durcheim*, *Cunradus camerarius de Babinberge*, *Albero de Burgelin*, *Marquard de Werde*, *Dietricus*

de Trôine, Ernest de Hartheim, Egeno de Bosebach, Lutolt longus, Helemwicus de Durcheim. Acta sunt hec anno incarnationis dominice M. C. XLVI indictione VIII *apostolice sedi pontificante Eugenio papa III.*, regnante domino Cunrado Romanorum rege II.

Vt autem donacio predii in Wilheringen, sicut ea secundum suprascriptam formam in priuilegio felicis predecessoris nostri prenominati celebratam feliciter et solempnibus testibus approbatam contineri uidimus, rata semper maneat et illesa, nos quoque ipsam nostro in tempore presentis scripti testimonio et sigilli nostri munimine subiunctis etiam ydoneis testibus duximus confirmandam. Contra quam sanctionem nostram et predecessoris nostri *sepedicti* quicumque temere venire presumpserit, Anathema sit, Maranatha nostreque exconmunicationi semper subiaceat digna sue iniquitatis premia recepturus. Testes autem sunt: *Fridericus Walpoto de Zverence nobilis, Rupertus de Nietsteine et socius suus Ramungus de Huttenhusen miles, Cunradas de Santpach, Ditricus de Wizzenburc milites, Ludewicus de Shellenberc* ministeriales imperii. *Heinricus de Lapide dapifer, Wolframmus pincerna et Wolframmus de Ketschenstein marscalcus curie nostre* et hii ex laicis. Clerici uero *dominus Berhtoldus venerabilis prepositus ecclesie sancti Stephani in Babinberc, Heinricus de Rutmarsberc canonicus ecclesie eiusdem, Eberhardus plebanus de Niwenkirchen, Philippus sacerdos capellanus noster, Albertus diaconus plebanus de Wachenrode, Crafto notarius noster, Cunradus capellarius noster* et alii quam plures. Datum apud *Wiennam* anno incarnationis dominice M. CC. XXXVII. vi Nonas Martii, Indictione X., residente in kathedra apostolatus venerabili patre nostro Gregorio, regnante gloriosissimo Romanorum imperatore Friderico secundo, pontificatus nostri anno XXXIII.

Orig. auf Pergament, sehr beschädigt und nur mit höchster Mühe zu lesen. Das Siegel verloren. Die Ergänzung erfolgte aus einem Copialbuche (Saec. XV.), beides im Stiftsarchive zu Wilhering. — Stülz, Wilhering 511.

LI.

1237 im März. Wien. — *Kaiser Friedrich II. bestätigt dem Kloster Reichersberg das Privilegium des Herzogs Leopold VI. (VII.) von Österreich vom 9. März 1203 in Betreff der Mauthfreiheit.*

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Accedentes ad presentiam nostram honora-

biles *Chuno prepositus* et conuentus de *Richersperge* fideles nostri optulerunt culmini nostro quoddam scriptum patens indultum eis a quondam *Liupoldo duce Austrie et Stirie* felicis memorie, supplicantes humiliter maiestatj nostre, ut diuine pietatis intuitu paupertati dicti monasterij misericorditer consulentes idem scriptum renouare et confirmare de pietatis nostre gratia dignaremur. Cuius tenor per omnia talis erat. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Liupoldus dei gratia dux Austrie ac Styrie. (Folgt dessen Privilegium vom 9. März 1203.) Nos itaque pietate moti, qua omnium locorum uenerabilium et religiosarum personarum iustis petitionibus fauorabiliter inclinamur, dictorum prepositi et conuentus supplicationibus annuentes idem scriptum indultum eis per eundem Livpoldum ducem felicis recordationis de plenitudine imperialis potestatis renouamus et salubriter confirmamus mandantes et presentis scripti auctoritate precipientes, quatinus nullus sit, qui contra presentis renouacionis et confirmationis nostre paginam uenire presumat. Quod qui presumpserit, indignationem nostram se nouerit incursurum. Ad huius itaque renouationis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo ualiturum presens priuilegium fieri et sigillo nostre celsitudinis fecimus roborari. Huius rei testes sunt uenerabiles... *Patriarcha Aquilegensis*, *Sifridus Maguntinus*, *Chunradus Treuerensis et Eberhardus Salzburgensis archiepiscopi*, *E. Babenbergensis*, *S. Ratisponensis imperialis aule cancellarius*, *episcopi*, *O. dux Bawarie comes palatinus Reni*, *Bernhardus dux Karinthie*, *H. lantgrauius Thuringie*, *Gotfridus de Hohenloch*, *Chunradus burcgrauius de Nůremberc* et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo, ducentesimo, tricesimo sexto, mense Marcii, X. indictionis, imperante domino nostro Friderico secundo dei gratia inuictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii eius anno octauo decimo, Jerusalem duodecimo, regni uero Sicilie tricesimo octauo feliciter Amen. Data *Wienne* anno, mense, indictione prescriptis.

Orig. auf Pergament, dessen Siegel zum Theile zerbröckelt, im Stiftsarchive von Reichersberg. — Mon. boic. IV. 444 coll. XXXI. I. 568.

LII.

1237 im März. Wien. — *Kaiser Friedrich II. befiehlt den Mauthnern in Österreich von dem Kloster Reichersberg keine Abgabe zu nehmen.*

F(ridericus) dei gratia Romanorum Imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex vniuersis iudicibus et mutariis suis per *ducatum Austrie et Styrie* constitutis fidelibus suis presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Ex parte honorabilis prepositi et conuentus de *Richersperge* fidelium nostrorum nostro fuit culmini humiliter supplicatum, ut gratiam et libertatem ab illustri *duce Liupoldo* felicis memorie *duce Austrie et Styrie* super uectigalivm et pedagiorum exactione omnium rerum suarum mobilium ecclesie sue indultum nostre approbationis dignaremur munimine confirmare. Nos itaque pietate solita, qua personis religiosis fauor noster adesse consueuit, deuotis eorum precibus fauorabiliter inclinati gratiam et libertatem, quam ab eodem duce Liupoldo in suis hactenus optinuerunt priuilegiis in deductione rerum suarum mobilium super vectigalium et pedagiorum exactione eisdem preposito et conuentui de nostre pietatis gratia confirmantes mandamus et presentium auctoritate precipimus vniuersis, quatenus gratiam et libertatem eandem presentis approbationis nostre munimine roboratam iuxta formam priuilegii sui predictis preposito et conuentui de Richeresperge more solito salubriter conseruetis, ut iustam de uobis non habeant materiam conquerendi. Data apud *Wiennam* anno dominice incarnationis millesimo, ducentesimo, tricesimo sexto, mense Marcii, decime indictionis.

Orig. auf Pergament, dessen Siegel verloren. Im Stiftsarchive Reichersberg. — Mon. boic. XXXI. 567.

LIII.

1237. 31. März. Wien. — *Eckbert, Bischof von Bamberg, gibt dem Kloster Kremsmünster eine von seinen Vorfahren demselben geschenkte und jüngst entzogene Hube in der Kaiserau wieder zurück.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Ekenbertus* dei gracia Babenbergensis episcopus. Equitati consonat et racioni, ut, quod indebite et minus provide agitur, salubri et iusta retractacione in

melius reuocetur. Hinc est, quod, cum nos quandam hubam inter redditus nostras in *Gaersten* sitam in loco, qui *Kayseraw* dicitur, quam dominus et pius pater consanguineus noster pie memorie *Otto* Babenbergensis episcopus contulerat ecclesie in *Chremsmunster* et fratres ibidem deo seruientes suis sumptibus laboriose extirpatam et cultam ad suos usus perduxerant, nos officialium nostrorum instinctu et suggestione inducti in nostros usus retraximus. Nos itaque super eadem iniuria sepius a dilecto consanguineo nostro eiusdem monasterii abbate *Heinrico* moniti et sollicitati tandem ius eiusdem ecclesie sibi recognouimus et eandem hvbam libere et sine omni contradictione eidem monasterio pro salute anime nostre et antecessorum nostrorum restituimus ac donamus. Et ne deinceps surrepat aliqua erroris facultas, sed in perpetuum eis firmum permaneat, litteris annotari et sigillo nostro roborari decreuimus. Datum apud *Wiennam* jj kal. Aprilis anno incarnacionis domini M°CC°xxxvjj.

Urkundenbuch von Kremsmünster, Nr. 67.

LIV.

1237 im April. Wien. — *Kaiser Friedrich II. bestätigt dem Kloster St. Nicolaus bei Passau die demselben durch Herzog Leopold VI. (VII.) am 7. April 1203 verliehene Mauthfreiheit.*

Fridericus dei gracia *Romanorum* Imperator semper augustus, Jerosolime et Sicilie rex tenore presencium notum fieri volumus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod fratres *sancti Nycolai in Patauia* presentarunt nostre curie quoddam scriptum, quod a clare memorie *Leupoldo* quondam *duce Austrie* ipsis fuit clementer indultum, serenitati nostre deuotissime supplicantes, quatinus dictum scriptum renouare et de nostra confirmare clemencia dignaremur. cuius scripti tenor talis est: In nomine sancte et indiuidue trinitatis Leupoldus etc. (Folgt dessen Privilegium vom 7. April 1203.) Nos igitur ipsorum supplicacionibus misericorditer annuentes predictum scriptum et omnia, que continentur in eo, de uerbo ad uerbum scribi et innouari mandamus et de nostre plenitudine gracie duximus confirmandum. Quapropter vniuersis presentis scripti mandamus edicto, quatinus iuxta predicti ducis donacionem et confirmacionem nostram eisdem fratribus indultam graciam inuiolabiliter obseruetis nec contra presentis innouacionis et confirmacionis nostre tenorem uenire ali-

quatenus presumatis. Quod qui presumpserit, indignacionem nostri culminis se nouerit incursurum. Ad cuius rei memoriam et robur perpetuo valiturum presentem paginam fieri fecimus nostro sigillo munitam. Huius autem rei testes sunt *venerabilis Saltzburgensis et Moguntinus archiepiscopi, Pabenburgensis* (sic) *et Ratisponensis imperialis aule cancellarius et Frisingensis episcopus, O. Bawarie et Karinthie duces, burgrauius de Nurenberch, G. de Honloch* et alii quam plures. Acta sunt hec aput *Wienam* anno dominice incarnacionis M°. CC°. XXXVII. mense Aprilis, X. indiccione.

Aus einem Pergament-Codex Saec. XIV. in der k. Bibliothek zu München. — Hund. Gewold II. 550. (Monac. edit.).

LV.

1237 im April. Wien. — *Kaiser Friedrich II. nimmt das Kloster St. Nicolaus bei Passau in seinen und des Reiches besonderen Schutz.*

Fridricus dei gracia *Romanorum* jmperator semper augustus, Jerosolime et Sicilie rex vniuersis presentes litteras inspecturis fidelibus suis graciam suam et omne bonum. Supplicarunt celsidini (sic) nostre fratres *sancti Nycolai in Patauia* fideles nostri, ut ipsos et ecclesiam eorum cum omnibus bonis suis sub specialem proteccionem nostram et imperij recipere dignaremur. Nos vero, cum personas et ecclesias deo dicatas ab illicitis molestatoribus et malignorum insultibus non inmerito defendere teneamur, ipsorum supplicationibus fauorabiliter inclinati predictos fratres, ecclesiam et omnia bona eorum, que inpresenciarum iuste tenent et possident vel in futurum iusto acquisicionis titulo poterunt adipisci, sub proteccionem nostram et imperij recipimus specialem inhibentes firmiter vniuersis, quatenus nullus sit, qui predictos fratres aut ecclesiam in bonis suis contra huius proteccionis nostre paginam presumat temere molestare. Quod qui presumpserit, nostre maiestatis offensam se nouerit incursurum. Datum aput *Wienam* Anno dominice incarnationis M°. CC°. xxxvij°., mense aprilis, decime indiccionis.

Aus einem Pergament-Codex Saec. XIV. in der k. Hof-Bibliothek zu München.

LVI.

1237. 2. Juni. Passau. — *Rudiger, Bischof von Passau, bezeugt, dass das Kloster St. Nicolaus dem Chunrat Zachalm und seiner Hausfrau Elisabeth eine Pfründe verheissen habe.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Rudegerus* dei gracia *Patauiensis episcopus* imperpetuum. Ne res gesta sub tempore a memoria hominum labendo sequatur naturam temporis, perennari solet fidelium hominum testimonio et autenticarum viuaci memoria litterarum. Presentibus igitur litteris notum facimus cunctis Christi fidelibus easdem inspecturis, quod dilecti nobis in Christo fratres *Vlricus prepositus* et conuentus *sancti Nycolai Patauie* et fidelis noster *Chunradus* cognomine *Zachalm* dictus, cum longo tempore inter se mutuam dilectionem seruauerint et fidelem, ad ipsam bono fine denuo concludendam ita secum de communi beneplacito conuenerunt videlicet, quod predicti prepositus et conuentus dicto Chunrado et vxori sue *Elyzabet* duas prebendas, quas sacerdotes in victu ibidem solent percipere, hoc modo contulerunt, ut quandocunque aput sanctum Nycolaum stabiliter manere voluerint, pro ipsis prebendis recipiant ab ecclesia singulis annis dimidiam karradam vini et carradam cereuisie et duos porcos x solidos valentes et ducentos caseos et duos panes cottidie, sicut sacerdotibus solent dari et iiij^r caseos. Si uero prefatus Chunradus prius decesserit quam vxor, si vidua permanere uoluerit, dabitur ei pars dimidia de premissis. Si autem alteri viro nupserit, ab ecclesia nil habebit. Concesserunt etiam memorati prepositus et conuentus ipsis Chunrado et sue coniugi domum quamdam cum pomerio et hortis, que olim erant *Heinrici militis*, ad uite sue tempora possidendam hoc adiuncto, quod, si vxor Chunradi vidua fieret et denuo nuberet, dicta omnia, ut predictum est, sint ab ipsa penitus absoluta. Tempore siquidem intermedio, donec ibidem residenciam stabilem habere noluerint, quandocunque ambo uel alter eorum ad claustrum venerint et ibi ad tempus manere voluerint, a claustro prebendas suas recipiant, sicut sacerdotibus dari solent. Ceterum ne prefati Chunradus et sua coniunx sine aliqua recompensacione a sancto Nycolao prenotata beneficia tamquam super hiis ingrati recipere viderentur, marcam auri et duas marcas argenti ecclesie, quas ab ipsis tempore necessitatis

mutuo primitus accepit, liberaliter remiserunt, predium quoddam situm in loco, qui dicitur *Gumpoting* prope *Alnchouen*, per nostram et legatoris manum scilicet *Vlrici de Lonsdorf* ipsi monasterio libere conferendo, et idem predium ipse tantum Chunradus non vxor a manu prepositi recepit ad uite sue tempora possidendum, ut inde in signum proprietatis annis singulis xxx denarios ecclesie soluat in festo s. Mychahelis, et eo decedente ad usus ecclesie redeat sine qualibet questione. Vt autem talis contractus coram nobis sollempniter celebratus ratus et inconuulsus partibus permanere debeat, ad ipsarum instanciam duas cartas inde conscribi et nostro et sancti Nycolai sigillo mandauimus roborari. Testes, qui huic contractui, dum fieret, presentes aderant, hic notantur: *Chunradus decanus, Chunradus tumplebanus* canonici Patauienses, *Hadmarus de Wesen, Chunradus de Valchenstain, Otto de Tegernpach, Pilgrimus de Tanneberch, Vlricus de Lonstorf, Otto de Possunmunster, Fridericus de Paesschingen* et alii quam plures. Actum *Pataue* in domo nostra anno domini M°. CC°. XXX°. VII°. indiccione X. IIII. nonas Junii pontificatus nostri anno quarto.

Aus einem Pergament-Codex Saec. XIV. in der k. Bibliothek zu München.

LVII.

1237 im August. Im Lager bei Wilheim. — *König Friedrich II. schliesst mit dem Bischofe Rudiger von Passau, den seine Gläubiger aus Rom und Siena sehr bedrängen, einen Vertrag, in welchem Letzterer ihm die österreichischen Lehen verpfändet.*

Fr(idericus) dei gratia *Romanorum* Imperator semper augustus, Jerusalem et Sycilie rex. Cum culmen nostre deceat maiestatis, ne ea, que acta a nobis fuerint uel promissa, diuersorum nobis incumbentium negotiorum materia impediat, effectui mancipari, presentibus litteris duxit nostra serenitas singulis declarandum, quod, cum dilectus princeps noster *Rudegerus* venerabilis *Patauiensis episcopus* pro debitis ecclesie sue *a creditoribus Romanis et Senensibus* nimium grauaretur nec haberet, unde soluere posset sua debita episcopus memoratus, inter nos et ipsum de bonorum et fidelium nostri imperii (consensu) tale fuit medium adinuentum, quod idem episcopus feoda omnia, que *Liupoldus quondam Austrie et*

Styrie dux in utraque terra tam ab eo quam a sua ecclesia Patauiensi uidelicet tenuerat titulo feodali, nobis pro mille quadringentis marcis argenti ad pondus Coloniense soluendis obligauit et insuper pro sexcentis libris denariorum Patauiensis monete, quas se recepisse fatebatur, de prouentibus *thelonei in Schardinga*, quamdiu idem theloneum ex permissione imperiali tenuerat, prout constat, inuestiens nos de ipso feodo tantum titulo pignoris tenendo, coram nobilibus imperii fidelibus *Friderico de Truhendinge*, *Wolfrado de Chrutheim* et *burgrauio de Nurenberch* et aliis quam pluribus, assignans etiam corporalem possessionem feodorum predictorum nuntio nostro ad hoc specialiter a nostra excellentia deputato; inuestiuit etiam dictus episcopus Fr(idericum) de Truhendinge loco et in persona *Chunradi in Romanorum regem electi* et regni Jerosolimitani heredis karissimi filii nostri de predicto feodo similiter titulo pignoris tenendo, si nos ei premori contingerit, pecunia prestita, non soluta, et nos uel *Chunradus rex* filius noster tenebimus et possidebimus titulo pignoris tantum feodum antedictum iuxta obligationem predictam ita, ut prouentus eiusdem feudi absque sortis diminutione nobis cedant, quoadusque per eundem episcopum et ecclesiam uel suos successores nobis fuerit satisfactum integre de predicta pecunie quantitate, ex tunc enim in antea erit sine contradictione qualibet tam episcopo quam Patauiensi ecclesie obligatum feodum absolutum. Resignauit etiam idem episcopus et renuntiauit *theloneo in Schardinga*, prout habuerat hactenus hoc a nobis. Insuper promisit nobis firmiter episcopus supradictus dare uel mittere nobis litteras capituli sui cum sigillo et attestationibus de ratihabitione obligationis et pignoraticie, prout superius est expressum. Nos uero protestamur ac dicimus nos teneri, quod et uolumus adimplere de predictis mille quadringentis marcis argenti per nos uel per nuntium nostrum debere ac uelle soluere primo uenturo festo beati Martini vndecime indictionis quingentas marcas argenti ad pondus Coloniense et reliquas nongentas marcas ad pondus memoratum in Kalendis primi tunc uenturi mensis Madii sibi uel nuntio suo per nos uel nuntium nostrum contradictione qualibet non obstante. Vt igitur presens obligatio permaneat inconcussa, ad futuram rei memoriam et cautelam memorati episcopi et ecclesie Patauiensis presens instrumentum conscribi et sigilli nostri munimine et appensione iussimus roborari.

Acta sunt hec *in castris apud Wilheim* anno domini millesimo CC° XXXVII. in mense Augusto, decime indictionis.

Monum. boic. XXX. I. 262. — Wiener Jahrbücher XL. 116.

LVIII.

1237. 15. September. Viterbo. — *Papst Gregor IX. bestätigt die durch den Bischof Rudiger von Passau geschehene Überlassung der Pfarren Steinkirchen und Wieselburg mit ihren Einkünften an das Kloster Mondsee.*

Gregorius episcopus seruus seruorum dei dilectis filijs abbati et conuentui monasterij sancti Michaelis in *Mennse* ordinis s. Benedicti patauiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filij uestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu *sancti Michaelis de Stainenkirchen* et *sancti Vdalrici de Wiselburg* ecclesias cum pertinentijs earundem, quas venerabilis frater noster episcopus patauiensis loci diocesanus capituli sui accedente consensu monasterio vestro, vt asseritis, pia et prouida liberalitate concessit, sicut eas iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio conmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Viterbij* XVII kalendas Octobris, pontificatus nostri anno XI.

Aus einem Copialbuche des Klosters Mondsee Saec. XV. — Chron. Lunael. I. 146. — Pez, Cod. dipl. epist. II. 93.

LIX.

1238. (?1233). I. Juni. Schloss Himberg. — *Friedrich, Herzog von Österreich, bestätigt zum Ersatze des Schadens, welchen das Kloster Gleink beim Tausche mit seinem Vater (1224. 14. Juni) erlitten, demselben alle Güter und Freiheiten, gibt ihm das Fischrecht auf der Teichel und übernimmt die Vogtei über alle seine Güter.*

† In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Amen. *Fridericus dei gracia dux Austrie et Stirie*

vniuersis christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presens pagina devenerit, salutem in domino sempiternam. Ne pia gesta presentium posterorum noticiam non adtingant, hac (sic) per hoc apud illos ulla dubietatis atque dissensionis occasio, sicut assolet, oriatur, nos futuris ambiguitatibus obuiantes vniuersitati fidelium per presentem paginam declaramus, quod, insinuante nobis ac suggerente reuerendo in christo patre ac domino *Ekkeberto babenbergensi episcopo, glunicense cenobium* in quodam concambio inter ipsum ac patrem nostrum felicis memorie *Livpoldum ducem* mediante abbate *Pilgerimo* eiusdem monasterij celebrato atque contracto dampnificatum nouimus et minutum, quod nos reformare et restaurare volentes tam pro nostre anime quam patris nostri remedio vniuersa, que dictus pater noster in eodem concambio contulit et concessit siue donauit supradicto cenobio Glunicensi plena ratihabitione cum omni iure et gracia, quam adiecit, eidem irrefragabiliter perpetuo confirmamus. Que ut manifestius pateant et clarescant, presenti scripto eadem duximus adnotanda. Memoratus siquidem pater noster omnia predia ante *bohemicum nemus* et in *Riedmarch* in diuersis locis posita, ipsum etiam nemus usque ad Bohemie terminos cum omni prorsus utilitate, que tunc fuit et fieri poterit in futurum, accepit a monasterio Glunicensi, eidem dans et conferens e conuerso predia sua in *Austria* sita apud *Muzlich* loco, qui dicitur *Rvtaren*, et *Sewen* et item *Riutaren* cum omni utilitate et iure instituendi et destituendi taliter, ut ipsa predia ab omni oppressione uel exactione iudicum sev advocatorum libera sint penitus et quieta, et iudicia quarumlibet causarum, que ibidem emerserint, in abbatis manu terminanda consistant, hoc tamen excepto, quod, si fur uel aliquis reus sanguinis deprehensus fuerit in eisdem, cingulotenus iudici contradatur, rebus omnibus eiusdem malefactoris integraliter remanentibus in ecclesia memorata. Coloni quoque eorumdem prediorum eadem libertate et iure gaudeant, quo gaudebant sub nostro dominio constituti. Preterea superadiecit dictis fratribus in eodem concambio, ut de omnibus rebus ac uictualibus eorundem nec uectigal nec theloneum nec aliqua exactionis species per aquam uel terram ascendentibus seu descendentibus aliqualiter requiratur. Ecclesiam sev *barrochiam Tvedich*, quam pie memorie dux Livpoldus auus noster in concambio ville *Dvedich*, quam *Otakarus marchio Styrie* ante contulerat monasterio Glunicensi in conpensationem atque restaurum cum omni iure suo

contulerat et tradiderat cenobio sepe dicto, nos liberali gracia eidem perpetuo confirmamus. Tredecim quoque predia sita in *Enstal in monte Gvmpenperge apud Hovse*, que dictus L. auus noster ecclesie donauerat antedicte, nos cum omnibus pertinenciis eorumdem eadem ipsi cenobio iure perpetuo confirmamus. Curiam insuper dictam *Truebenpach*, quam *Vdschalcus miles de Trvbenpach* per manum eiusdem aui nostri Glunicensi cenobio contulit cum septem prediis aliis similiter eidem confirmamus, premissis adicientes, ut abbati et fratribus memorati cenobii in fluvio *Tijcha* piscari liceat ubicunque. Demum omnia, que premisimus, hac gracia duximus cumulanda, quod in omni possessione cenobii memorati siue in *Pirno* monte seu ubilibet alibi, quo Glunicensis possessio se extendit, ius advocatie nobis solis nostrisque successoribus specialiter recognoscimus adtinere. Et ut hec inconuulsa permaneant in futurum, sigillo nostro presentem paginam conmunimus testibus subnotatis: ipse dominus noster *Ekebertus babenbergensis episcopus*, *Chunradus comes de Hardeke*, *Liutoldus comes de Hardeke*, *Anshelmus de Justinge*, *Wernhardus*, *Heinricus fratres de Schovmberch*, *Otto de Sleunze et filii sui Cholo et Chraffto*, *Chadoldvs*, *Sivridvs fratres dicti Baisen*, *Kadoldus de Pomerio*, *Rapoto*, *Hademarus fratres de Valchenberch*, *Livtoldus*, *Chunradus fratres de Hohenstauf*, *Chunradus*, *Irnfridus fratres de Himperge*, *Heinricus de Hakkenberch*, *Hademarus*, *Heinricus fratres de Kunringe*, *Otto de Perhtoldsdorf*, *Ulricus de Pilhiltdorf*, *Otto*, *Ditricus*, *Ortolfus fratres de Volchenstorf*, *Gundacharus*, *Ditmarus fratres de Styre*, *Wolfkerus pincerna de Parawe*, *Nycolaus Vngarus* et alii multi. Acta sunt hec in *castro Himperch* anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo XXX°. VIII°. quinto nonas Junii, regnante domino nostro Jesu Christo in eternum feliciter. Amen.

Orig. auf Pergament mit einem Hängesiegel im Klosterarchive Gleink. — Kurz, Beiträge III. 341. — In Betreff der Datirung sehe man Meiller, Regesten der Babenberger, S. 264, Note 439.

LX.

1238. Griesbach. — *Chunrat von Reinbach gibt dem Kloster Formbach als Schadenersatz den Hof in Altswent.*

Cunctis ecclesie filiis innotescimus, quod domnus *Chunradus de Reinpach*, dum uulneribus mortis angariaretur et iam pro dolore

spiritum pene exalaret, in testamento, quod fecit, de sculptura et anime sue salute agens, pro dampnis, que *wormbacensi* fecerat ecclesie, ipsi uolens satisfacere testatus est pro remedio anime sue curiam uillicalem in *Altswent* dictam. Actum publice *in castro palatini Grispach* sub hiis testibus: domno *Hugone de Sigenheim*, *domno Wernhero de Rustorf*, *Chunrado de Popinberge*, *Alberto de Mitterheim*, *Gotschalco cellerario*, *Gozwino officiario* eiusdem *Chunradi de Reinpach*. Acta sunt anno domini M°. CC°. XXXVIII°.

Aus dem Formbacher Codex in dem k. baier. Staatsarchive.

LXI.

1239. 10. Februar. Spital am Pirn. — *Hertnid von Ort überlässt dem Spital am Pirn einige Lehen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Notum sit omnibus presentem litteram inspecturis vel et audituris, quod ego *Hertnidus de Ort* quasdam possessiones meas, quas in meis vtilitatibus tenuj et iure feodali ab ecclesia *Babenbergensi* possedi sitas inter fluuium *Styer* et *montem Pyrdonem*, omnes preter duo beneficia, que *Heinricus* dictus *Holzman* a me in feodo habet, ecclesie *hospitalis sancte Marie in Pyrn* obligaueram pro xvj. marcis argentj et xxx libris denariorum wiennensis monete. Breuj vero tempore post hec elapso per montem *Pyrdonem* volens transire apud dictum hospitale pernoctauj, diuine remunerationis instinctu ammonitus ob remedium anime mee omniumque parentum meorum dicta bona cum omnibus iuribus mihi attinentibus et alijs meis possessionibus sitis in *valle Gersten* remissa mihi pecunia supradicta hospitali memorato libere et absolute ob reverentiam sancte Marie genitricis dej in remissionem peccatorum meorum contulj iure proprietario in perpetuum possidenda. Et ne talis mea donatio possit per aliquem impedirj, presentem paginam scribi fecj et sigillj mej munimine roborarj. Datum *in domo dicti hospitalis* anno domini M°. CC°. XXXVIIII. quarto jdus februarij.

Orig. auf Pergament mit Siegel im k. k. geheimen Hausarchive.

LXII.

1239. 3. Mai. Ens. — *Friedrich, Herzog von Österreich, befreit das Spital am Pirn von aller Gerichtsbarkeit, Mauth und Zollabgabe.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos *Fridericus dei gratia dux Austrie et Stirie et dominus Carniole* omnibus tam presentibus quam futuris hanc litteram inspecturis salutem. Quoniam diuine largitatis gratia omnium ecclesiarum Christi deffensores constituti sumus, precipue tamen earum curam gerere debemus, quas karitas piissimorum hominum necessitati pauperum instituit prouenturas. Notum sit igitur omnibus Christi fidelibus, quod aduocaciam *nouelli hospitalis Gaersten siti* pro remedio anime nostre parentumque nostrorum ita nobis assumpsimus, vt omnia bona ipsius infra terminos regiminis nostri constituta, omni iure judicum, theloneorum seu mutariorum tam in ducatu *Austrie* quam *Stirie* postposito, sola spe diuine retributionis nostre protectionis viribus tueamur. Si quis etiam ministerialis noster superna inspiratione commonitus prefato hospitali aliquid prediorum suorum conferre voluerit, hoc faciendi liberam permittimus optionem. Et ne quis inposterum hec statuta nostra infringere valeat, ipsa sigillorum nostrorum appensione iussimus roborari. Datum *in ciuitate Anaso* Anno incarnationis dominice M°. CC°. XXX°. IX°. jndictione XIII, jn die sollempnitatis jnuentionis sancte crucis.

Orig. auf Pergament mit Siegel im k. k. geheimen Hausarchive.

LXIII.

1239. 5. Juli. Hall. — *Konrad, Graf von Wasserburg, schenkt auf die Bitte des Propstes Dietrich von Reichenhall dem Kloster Reichersberg die zwei Töchter des Müllers zu Wetzbach.*

Chunradus dei gracia comes de Wazzerburch omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Quando pium est et deo acceptum loca religiosa promovere et eis elemosinas largiri, universitati vestre facimus notum, quod pro remedio anime nostre et antecessorum nostrorum et ad peticionem *Dietrici prepositi in domo sancti Zenonis Hallis* quondam celerarii Richerspergensis contulimus *ecclesie Richerspergensi* et libere dedimus duas mulieres,

scilicet Chunigundem et Alheidem filias molendinarii in *Wezbach* cum pueris suis habitis et habituris (sic) manumittendo eas et totam generacionem earundem. Ut autem hec nostra donacio et collacionis beneficium firmum et stabile permaneat et inconvulsum et perpetuum robur obtineat in posterum, presentem paginam sigillo nostre potestatis fecimus roborari. Data *Hallis* anno domini MCCXXXVIIII. III. nonas Julii.

Monum. boic. IV. 446.

LXIV.

1239. 9. Juli. Mautern. — *Der Subdiacon Blasius schenkt dem Kloster St. Nicolaus in Passau zu seinem Seelenheile Güter zu Mauer an der Traisen, zu Hirschau, Stalhofen und Rossaz, die es jedoch von dem Juden Bibas, dem er selbe für eine Schuld von zehn Pfund Wiener Münze verpfändet hatte, einlösen muss.*

Quoniam obliuionem maxime constans est posse memorie nouercari, ideo ea, que a nobis geruntur, negociis uolumus scripture testimonio roborari. Notum igitur sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod ego *Blasius* genere *sclauus* ordine subdiaconus ob remedium anime mee possessiones meas contuli ecclesie sancti Nycolai Patauie presente domino *Chunrado* sacerdote eiusdem ecclesie canonico, qui tunc temporis curie predicte ecclesie in *Můtarn* preerat, mea pura et libera uoluntate. In *Muer* apud *Traisemam* aream unam, in *Hirsowe* pomerium unum cum uiminibus adiacentibus, in *Stalhoven* pomerium unum, in *Rossäze* vineas duas, tali uidelicet interposita conditione, ut idem domini sancti Nycolai soluerent vineas easdem pro x. libris Wienensis monete apud *Judeum* nomine *Bibas*, cui easdem possessiones obligaueram. Et per hanc meam donationem, (quam) pro testamento habere decreui, volo et statuo, ut nulli liceat pretextu quarundam promissionum, quas quamquam feci, friuolas eas reputans atque uanas et nullius fuisse uigoris, nec cuiquam exceptionibus aliquibus hanc meam donationem impugnare. Et ut hec maius robur habeant firmitatis, sub testimonio subscriptorum testium, qui tunc personaliter aderant, uerbis et factis, quibus potui ac debui, pleniter confirmaui. Hi sunt testes: *Eberhardus* et alter *Eberhardus* sacerdotes, *Hainricus Forster*, *Siuridus Lader*, *Wolfker*, *Eberhardus de Huntsheim*, *Otto Gier* et alii quam plures. Acta sunt hec

anno dominice incarnationis MCCXXXIX. VII. idus Julii in ciuitate *Mûtarn*.

Aus dem Pergamentcodex des Klosters St. Nicola im k. bair. Reichsarchive.

LXV.

1239. 11. Juli. Melk. — *Walther, Abt von Melk, verkauft dem Kloster Baumgartenberg fünf Huben in Stränik.*

Walterus diuina permissione dictus abbas in *Medelich* vniuersis hanc paginam inspecturis in perpetuum. Quvm labente tempore memoria plerumque labitur actionum, acta nostri temporis memoria et confirmatione digna scripturarum munimini duximus commendanda, ne obliuiose contentionis molestia ueritati aliquando ualeat preiuditium generare. Presentium itaque insinuatione notificamus, quod temporibus nostris ecclesie nostre redditus septuaginta librarum conquisiuimus. Cum autem summa necessitas, qua ecclesia nostra rapinis aliisque infortuniis ac incommodis fuerat grauata et uastata, ad distractionem seu obligationem possessionum nostrarum nos urgeret, uenerabilibus in christo fratribus nostris, scilicet *Pilgrimo* abbati et conuentui *Pŏmgartenbergensis* ecclesie, de communi consensu conuentus nostri uendidimus quedam bona de predictis redditibus, uidelicet quinque mansos in *Straenik* cum omnibus sibi pertinentiis annuatim soluentes decem libras, et ius montis, quod soluit tres solidos et quindecim denarios wienensium denariorum, pro centum libris eiusdem monete cum omni jure, quo ipsa possederamus, perpetuo possidenda. Tali tamen interposita cautione, quod, si aliquis iam dictos fratres de bonis prenominatis eo, quod ipsa nos iniuste possedissemus, impetierit, ipsi de bonis ecclesie nostre in *Perinkyrchen* redditus decem librarum tamdiu percipiant, quoadusque per nos successoresque nostros a tali impulsatione fuerint liberati. Ad huius rei confirmationem et certam euidentiam presentem cedulam exinde conscriptam sigillo nostro et sigillo conuentus nostri cum testium subscriptione duximus muniendam. Testes sunt de conuentu Medelicensi *Otto prior, Wicpoto custos, Lûpoldus prepositus, Johannes subprior, Fridericus cantor.* De conuentu Pŏmgartenbergensi *Wolfhardus Portarius, Cristanus cantor, Henricus custos, Henricus plebanus de Perinkyrchen, Chunradus miles de Cremilz, Rŏdgerus Reŏter.* Acta sunt

hec anno gratie M°. CC°. XXXVIIII°. V°. Idus Julii, presentibus dominis *Walthero de Medelico* et *Pilgrimo de Pômgartenberge* abbatibus in domo Medelicensi coram fratribus uniuersis.

Original auf Pergament mit zwei Siegeln im k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien.

LXVI.

1239. 6. September. Schloss Steyr. — *Friedrich, Herzog von Österreich und Steyr, bestätiget dem Kloster Gleink alle seine Rechte und Besitzungen und unterstellt die letzteren der Vogtei des Landesfürsten.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis, patris et filij et spiritus sancti. Amen. (Nicht verlängerte Schrift.) *Fridericus dei gratia dux Austrie et Styrie et dominus Carniole* vniuersis presentibus et futuris, ad quos littere iste deuenerint, salutem in eo, sine quo non est salus. Ne quibus hereditate successimus, non succedamus et pietate, ab antecessorum ac patrum nostrorum deuotione et munificentia degenerare nolentes, ad reuerendj patris ac domini *Ekkeberti episcopi Babenbergensis*, ad quem *Glevnicense monasterium* pertinet iure fundj, petitionem atque consilium simulque ad instantiam venerabilis domini *Pilgerimj abbatis* eiusdem monasterij vniuersa, que illj Gleunicensi ecclesie liberaliter contulerunt, nos fauorabiliter approbamus et presentis pagine testimonio confirmamus. Videlicet, ut quecunque dictum monasterium possidet a quocumque sibi collata sub solius principis terre persistant et defendantur aduocatia nullique subaduocato deputari ualeant aut conmitti, nisi quem forsan abbas eiusdem monasterij ac conuentus uoluntate libera duxerint eligendum. Quam tamen aduocatiam ipse prouincie princeps sine totius comodj temporalis intuitu pro remedio solummodo anime sue fideliter proteget ac defendet. Item quocunque dicti monasterij fratres res suas siue in vino siue frumento seu quibuslibet aliis siue in aqua siue in terra pro suis necessitatibus duxerint uel per suos etiam destinarint, nullum penitus de eisdem uectigal, muta siue theloneum exigetur. Item ligna quibuslibet vsibus necessaria, dum tamen non dent aliis neque uendant, in omni silua principis terre desecandj et auferendi pro ipsius presertim vtilitatibus liberam habeant potestatem. Preterea si fur aliquis seu reus sanguinis Gleunicensi ecclesie pertinens fuerit deprehensus, cingulotenus tantum iudici tradi debet, res tamen ipsius integraliter maneant in cenobij potestate. Nullique judicum seu

nostrorum seu cuiuscumque de nostris ministerialibus siue in districtu nobilis dicti de *Volchenstorf* aliquam potestatiuam exactionem seu iurisdictionem in quibuscunque memorati cenobij prediis, hominibus aut possessionibus liceat exercere. Familia quoque nostra cum familia Glevnicensi sine ullo iuris sui dispendio matrimonia libere contrahat ac licenter. Postremo larga et libera pietate concedimus, quemadmodum felicis memorie patrem nostrum ducem *Liupoldum* inuenimus indulsisse, quod omnis terre nostre milites et ministeriales ac alii nobiles nominis cuiuscumque ea, que a nobis nomine pheodi aut hominij possident, pro remedio animarum suarum Gleunicensi cenobio testamentaliter libere conferant ac delegent. Futuris etiam discriminibus obuiantes presenti scripto uolumus esse cautum, ne quis abbas ecclesie Gleunicensis preter aduocati uel fundatoris seu conuentus sui licentiam et consensum quamcumque possessionem cenobii memorati alienare uel audeat uel presumat in penam cuiuscumque emptoris periculum amissionis interminantes. Ut autem hec omnia vigoris et roboris habeant firmitatem et a nullo successorum nostrorum uel cassari ualeant uel infringi, presentem concessionem sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testibus subnotatis *Heinricus de Prvnne, Chadoldus dapifer de Velsperch, Hademarus pincerna de Chvnringe, Heinricus frater suus marschalcus, Heinricus de Merswanch, Heinricus de Lihtensteine, Heinricus pincerna de Habspach, Wichardus de Arnstein, Chvnradus et Heinricus fratres de Cekkinge, Otto de Perihtoltsdorf, Otto de Rore, Otto, Ditricus, Ortolfus fratres de Volchenstorf, Gvndacharus, Ditmarus fratres de Styria, Hertnidus, Otto fratres de Trvna, Otto de Walchvnschirchen, Heinricus de Swarzense, Ebran de Ernsprvnne, Wolfker pincerna de Parawe, Richerus de Luffenberch, Otto de Pubelinge, Ditmarus de Chersperch, Chunradus de Rizenwinchel, Dietmarus de Hagwalde, Heinricus, Otto fratres de Zaucha, Bertoldus Schecho, Otacharus, Rudolfus, Albero fratres de Preheven* et ali multj. Acta sunt hec in *castro Styr.* VIII° idus Septembris, anno domini M° CC° XXX° VIIII° regnante domino nostro Jesu Christo in eternum feliciter Amen.

Orig. auf Perg., dessen Siegel fehlt, im Klosterarchiv Gleink.

LXVII.

1239. — *Ein gewisser Selpker vermacht in seinem Testamente dem Kloster Lambach sein Haus in Krems.*

In nomine domini Amen. Cum res gesta mandatur litteris, uniuerse calumpnie preuenitur materia, ne litis occasio prestetur successorj. Ego itaque *Selpkerus* in articulo mortis constitutus inter cetera, que fecj pro salute anime mee, de substantia mihi a deo collata testamenta (sic) dispono ecclesie in *Lambach* domum meam in *Cremis* perpetuo possidendam. Et ne in posterum in hoc meo testamento lis aut calumpnia suboriatur, licet longo defluxo tempore domus eiusdem ecclesie memorate demonstrauerim proprietatem, presentem paginam sigillo uenerabilis in christo patris decani Cremensis facio roborari, nominibus testium, qui huic meo interfuerunt testamento, subaratis, quorum nomina sunt *Ditmarus abbas in Raitenhasel, Nicolaus sacerdos et frater in Raitenhasil, Gotfridus, Hærtvvicus, Hugo in Cremis sacerdotes, Chunradus domini decani notarius, Rudigerus frater eius, Heinricus diaconus de Horprvke.* Laici *Sifridus oleator, Albertus de sancto Georio, Hærtvvicus Goldil, Hermannus Maniko (?), Heinricus Vetir, Wernhardus Planche, Heinricus de Gerratstorf* et alij quam plures. Actum anno incarnationis domini M° CC° XXXVIIII°.

Orig. auf Perg. mit Siegelresten im Stiftsarchive Lambach.

LXVIII.

1239. Krems. — *Piligrim, Abt von Baumgartenberg, überlässt dem Lederer Heinrich, seiner Gattin Jutta und Tochter Gisela einen Hof in Krems auf ihre Lebenszeit gegen einen jährlichen Zins von einem Pfund Pfenning.*

P. dei gratia dictus abbas in *Pomgartinberge* feliciter amen. Ne super gestis mortalium posteris calumpniandi materia uel litis occasio prebeatur, per testes et litterarum apices instauratur memorie perpetis certitudo. Nouerit igitur omnium fidelium tam presentia modernorum quam industria futurorum, quod nos *Heinrico coriario* et uxori eius *Jutte* et filie ipsius *Gisele* curtem quandam in *Chremse* iure ciuili, quam diu uixerint uel etiam successiue, contulimus eo pacto, ut nobis singulis annis talentum denariorum, medium uidelicet in natiuitate Christi et residuum in festo Pentecostes, ex integro

persolvant occasione qualibet pretermissa. Si qua uero necessaria fuerint ad structuram in lignis seu aliis utensilibus, de suis sumptibus comparabunt et edificabunt etiam diruta de proprio restaurando. Quod si dictam pensionem de premissa curte statutis diebus persolvere neglexerint, ipsis exclusis ad nos cum omni iure libera revertetur. Verum ne presens contractus per maliciam hominum vel obliuionis rubigine immutetur, factum et facti ordinem plenius exprimemus. Prefatus itaque Heinricus cum coniuge sua Jutta et filia sua Gisila hee tres persone diebus uite sue sepedictam curtem cum omni integritate tenebunt et quiete pro suo commodo possidebunt. Post decessum uero trium personarum nec soboles earum, quas ante presentem contractum vel postmodum genuerunt, seu ipsarum nepotuli nil sibi iuris dicent aut uendicabunt in curte sepius memorata, sed absque omni dubietatis scrupulo cum omnibus edificiis ante et post inibi constructis nullo resistente plane et plene ad nostram ecclesiam reuoluetur. Vt autem hec rata permaneant, nomina illorum annotari fecimus, qui facto, dum fieret, astiterunt, *Gepzo*, *Leo*, *Cristianus*, *Heinricus monachi*, laici *Conradus*, *Ditmarus*, *Geroldus faber*, *Brunwart*. Acta sunt hec in *Chremse* anno gratie millesimo CC°. XXXIX°. feliciter Amen.

Orig. auf Pergam. mit Siegel im k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien.

LXIX.

1239. St. Florian. — *Revers des Bischofs Rüdiger von Passau, dass die Verleihung der Pfarre Veklabruck an seinen Hofcapellan dem Kloster St. Florian an seinen Befugnissen keinen Nachtheil bringen soll.*

R. dei gratia *pataviensis episcopus* omnibus hanc paginam inspecturis salutem in eo, qui est uera salus. Notum facimus presentibus et futuris, quod prepositus in *domo S. Floriani* et conuentus, licet per instrumenta ecclesie sue ab antecessoribus nostris indulta coram nobis et capitulo rationabiliter comprobarent, inuestituram domus hospitalis sancti Egidii in *Weklaprvk* pariter cum ecclesia parrochiali ad se tam pleno iure pertinere, ut ipsam dare debeant, cui velint, episcopo et capitulo non consultis, dictam tamen domum hospitalem et ecclesiam parrochialem ad petitionem nostram dederunt *Hertnido tunc nostre curie capellano* vtramque ipsi inuestituram pro nostra reuerentia conferendo. Ne autem super hac donatione,

quam ad peticionem nostram pro tempore fieri uoluerunt, ipsis aliqua debeat a successoribus nostris postmodum questio suboriri, sed iura sua, que habent in sepedicta domo sancti Egidii, preposito *S. Floriani* et fratribus suis salua maneant et illesa, presentem paginam sigilli nostri munimine volumus roborari. Datum in *domo S. Floriani* anno ab incarnatione domini MCCXXXVIII.

Orig. auf Pergam., dessen Siegel fehlt, im Stiftsarchive St. Florian. — Stülz, St. Florian 310. — Mon. boic. XXIX. II. 27.

LXX.

1240. 24. Jänner. Wels. — *Friedrich II., Herzog von Österreich, bestätigt die Verzichtleistung Heinrich's von Grafenstein auf die widerrechtlich angemasste Vogtei über Besitzungen des Klosters Kremsmünster.*

Fridericus dei gratia dux *Austrie* et *Stirie* et dominus *Carniole* Omnibus hanc litteram inspecturis salutem. Huius testimonio littere ac tenore ad uniuersorum noticiam cupimus peruenire, quod *Heinricus de Grauenstein* in nostra presentia constitutus absque omni coactione cessit uoluntarie ab aduocatia possessionum ecclesie in *Chremsmunster*, in qua sibi iurisdictionem uel pocius iniustam occupacionem acquisierat per uiolentiam iure penitus renitente. Et hanc quidem cessionem hylariter publicauit et fide data uice sacramenti spopondit, quod nullam sibi de cetero iurisdictionem in eadem aduocacia presumat uel studeat usurpare, hoc in penam per ipsum adiuncto, quod, si ipse aut aliquis ex hominibus ipsius hoc promissum super cessione factum aliquatenus irritaret, omnia propria et pheoda ipsius ultra flumen *Anasi* constituta in nostram usualem transeant potestatem. Nos igitur, ut debuimus, homines et possessiones dicti monasterii in gratiam nostram et fauorem assumimus a quibuslibet inuasoribus deffendendos. Vt hec ergo in posterum non ualeant reuocari, abbati et conuentui sepe memorate ecclesie presentem cartam in duraturum testimonium assignamus sigilli nostri munimine roboratam testibus etiam, qui aderant, annotatis, quorum hec sunt nomina: viri nobiles *Heinricus de Schowenberch*, *Alramus de Hals*, *Heinricus de Seuelde*, *Albero de Pollenhaim*, *Vlricus de Chirchelinge*, *Vlricus de Hintperch*, *Chunradus et Heinricus fratres de Zakkinge*, *Cholo de Fronhouen*, *Hermannus de Minnenbach*, et plures equidem interant, quos designare nominibus non oportet. Acta sunt autem

hec in *Wels* anno ab incarnacione domini M° CC° XL° VIII. Kalendas Februarii, tercie decime indictionis.

Urkundenbuch von Kremsmünster. Nr. 68.

LXXI.

1240. 31. Jänner. Krems. — *Friedrich, Herzog von Österreich, schenkt dem Kloster Wilhering seine Rechte auf die Pfarre Gramastetten.*

Fridericus dei gratia dux Austrie et Stirie et dominus Carniole omnibus hanc litteram inspecturis salutem in perpetuum. Quia, quod in tempore agitur, successione temporis memorie hominum elabitur, nisi huiusmodi littere presidio succurratur, prouide decretum est, ut, que digna memoria iudicantur, scripture testimonio perhennentur. Tenore igitur presencium innotescimus universis, quod nos ad honorem dei et beate Marie semper virginis ecclesie Cisterciensis ordinis in *Wilheringen* donavimus ecclesiam parrochialem *Grimarstetn* cum omni iure, quo ipsam possedimus, aut ius presentandi, quod in ea habuimus, abbati et collegio dicti monasterii licite ac libere perpetualiter possidendam. Ut hec ergo donacio non possit ab aliquo reuocari, super collatione presenti hanc cartam conscribi iussimus, ipsam cenobio sepedicto in firmum robur et durabile testimonium assignando sigilli nostri munimine roboratam, testibus eciam ad amplificationem certitudinis subnotatis, qui huic donationi nostre hilariter et solempniter facte aderant, nostro facto et proposito iuxta quod et decuit, applaudentes. Quorum hec sunt nomina: *Henricus prepositus pataviensis, Hartwicus prepositus de Walthuse, Otto abbas de Lilienvelde, Liupoldus plebanus de Heimburk, magister Liupoldus prothonotarius noster, magister Simon phisicus, Johannes cappelarius* (sic), *Conradus comes de Hardek, Cadoldus dapifer de Veldsperck, Henricus de Seuelde, Albero de Chunringen, Gundakarus de Stainpach, Hadmarus de Schonenperk, Hadmarus de Sunnenberk, Hadmarus de Valkenberk, Ditmarus de Stiria* et alii quam plures. Acta sunt hec in *Cremis* anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo quadragesimo, secundo Kal. Februarii, indictione tercia decima.

Orig. auf Pergam. im Archive zu Wilhering. — Kurz, Beiträge IV. 537. Stülz, Wilhering. 16.

LXXII.

1240. 31. Jänner. Krems. — *Friedrich, Herzog von Österreich, befreit das Kloster Waldhausen von aller Gerichtsbarkeit der Vögte und Hauptleute und übernimmt selbst dessen Vogtei.*

Fridericus dei gracia dux Austrie et Stirie et dominus Carniolis omnibus hanc litteram inspecturis salutem. Pateat uniuersis, quod nos intuitu retribucionis diuine ecclesie beati Johannis apostoli et evvangeliste in *Walthousen* hanc libertatem uolumus et uoluimus indulgere, ut nullus umquam iudicum aut prefectorum nostrorum in *Machlant* et in ciuitate nostra *La* aliquam sibi iurisdictionem aut prouentuum receptionem aut quamcunque exactionem in prediis ecclesie dicte debeat uendicare, sed ęos, qui pro tempore in memoratis locis iudices fuerint aut prefecti, possessionibus denominatis constituimus deffensores in hac forma, ut nichil racione aduocacie nostre aut pretextu tuicionis sue a sepedictis prediis debeant aut audeant usurpare. Cum etenim ecclesiam sepe notatam foueamus et uita comite fouere uelimus speciali gracia et fauore, omnibus offensis et grauaminibus ipsius uolumus resistere et promotioni eius intendere cum effectu, offensores ipsius tamquam proprios iudicialiter et hostiliter persequentes. Ut hec ergo, que tenore presencium spondemus, in robur perpetuum redigamus, presentem cartam super hoc iussimus conscribi, quam et preposito et conuentui eiusdem loci in manifestacionem collate gracie sub nostri sigilli munimine assignamus, testibus eidem donacioni presentibus annotatis, qui sunt *Heinricus tumprepositus Patauiensis, Luipoldus plebanus de Haimburch, magister Luipoldus prothonotarius noster plebanus in Brobsdorf, Ulricus de Gors, Gotschalchus notarius, Johannes et Andreas capellani nostri, Otto de Sleuntz, Heinricus de Seuelde, Ulricus de Chirchlingen, Gundacharus et Ditmarus de Steir, Ulricus de Hinterperch, Heinricus et Chunradus fratres de Zekingen.* Plures equidem aderant huic donacioni nostre solempniter facte, quorum omnium nomina exprimere non oportet.

Acta sunt hec in *Chrems* anno ab incarnacione domini M.CC.XL. pridie Kal. februarii tercie decime indictionis.

Kurz, Beiträge. IV. 458.

LXXIII.

1240. 21. März. In castro Direnstein. — *Albero von Chunring entsagt allem Rechte und allen Bezügen von den Besitzungen zu Wesendorf und Weinzierl, welche sein Blutsverwandter Wergand von Runting nach St. Nicola vermacht hat.*

Quia successiua volubilitas temporum, inseparabiliter accidentalis alteracio corporum et letargica processu temporis obliuio cordium memorie hominum multa facit excidere, ad habundantem cautelam scriptorum prouida caucione et consueta sigillorum apposicione et testium subscripcione a circumspectis et sapientibus recordacione digna plerumque solent communiri. Nouerint igitur presentes et futuri membranam presentem inspecturi, quod ego *Albero de Chunringen Austrie pincerna filius Hadmari secundi* ob honorem dei et reuerenciam benedictissime matris sue et fauorem gloriosi confessoris Nycolai et (ad) peticionem venerabilis *Gerbotonis* prepositi nominati confessoris in *Patauia* iuri, quod habere me putabam in duabus vineis *Wesndorf* et tribus beneficijs in *Winzurl* ad culturam earundem vinearum pertinentibus, que quidam consanguineus noster dominus *Wergandus de Rumting,* homo liber et ingenuus, pro remedio anime sue in extremo suo testamento antedicte contulit ecclesie, ex integro renunciaui et prouentus eorundem bonorum et uinearum, qui nomine aduocacie me contingebant, perpetuo relaxaui, volens dicta bona non pro utilitate temporali sed pro diuina remuneracione et beatissimi confessoris Nycolai veneracione et fratrum in eodem monasterio deo et famoso confessori militancium oracione amodo defensare et antedicti consanguinei nostri *Wergandi* ratam semper habere donacionem. Sed ne aliquis heredum meorum uel successorum talem meam remuneracionem et prouentuum de advocacia relaxacionem vllatenus valeat irritare, paginam presentem processum facti continentem sigillo domini *Pilgrimi decani* tunc temporis in *Albrechtsperg,* dilecti clerici mei et consiliarij, et meo ad pociorem stabilitatem feci consigniri, nomina testium singulorum, qui intererant, singulariter subscribendo. Et isti sunt, qui presentes aderant: *Pilgrimus decanus de Albrehtsperge, Albero de Reuna, Arnoldus de Spitze, Otto Tuchel iunior, Hermannus de Daspach, Rudigerus de Wizzenburch, Marquardus aduocatus de Zwetel, Vlricus Chreul, Chunradus de Chunringe filius Dietmari, Pilgrimus de Prunstorf filius Pilgrimi, Herbordus Vilze, Dithochus.* Acta

sunt hec *in castro meo Direnstain* in festo benedicti anno ab incarnacione domini M. CC. XL. indiccione XIII feliciter.

Aus einem Perg. Codex Saec. XIV der k. Bibliothek zu München. — Conf. die Urkunde dd. 1240, 13. Decemb. in Mon. Boic. IV. 338. N. XXIV.

LXXIV.

Circa 1240. (1242.) 25. März. Hintberg. — *Friedrich II., Herzog von Österreich, untersagt den Mauthnern zu Mauthausen von den Victualien der Propstei Reichersberg Mauthgebühren einzuheben.*

F(ridericus) dei gratia dux Austrie et Stirie et dominus Carniole mutariis suis in *Mevthusen* gratiam suam. Districte uobis precipimus et mandamus sub optentu gratie nostre, quatinus de victualibus prepositi de *Richersperge* nullam mutam exigere aliqualiter debeatis et, si fideiussores iam accepistis, ipsos, sicut nostram diligitis gratiam, dimittatis liberos et absolutos. Volumus etenim, ut hactenus iure debito gaudeat et consueto. Datum in *Hintperch* VIII. Kalendas Aprilis.

Original auf Perg., dessen Siegel rückwärts aufgedrückt ist, im Stiftsarchive zu Reichersberg.

LXXV.

Circa 1240. 12. Juli. Passau. — *Rüdiger, Bischof von Passau, trägt dem Abte von Wilhering und dem Dechant von Ens auf, dem Kloster Baumgartenberg alle vorenthaltenen Zehente zurückzustellen.*

R. dei gratia *Patauiensis episcopus* dilectis in Christo fratribus abbati in *Willeheringe* et archydiacono et decano *Laureacensi* fraternam in domino karitatem. Cum unicuique in iure suo adesse ex debito nostri officii teneamur, maxime tamen loca deo dicata et personas religiosas in iure suo debemus modis omnibus confouere. Hinc est, quod, cum ordinem cisterciensem et precipue ecclesiam sancte Marie in *Poumgartinberge* meritis deuotionis ipsius exigentibus speciali fauore et gratia prosequamur et ex indulgentia nostra decimationes quarumdam grangiarum suarum, siue ipsas in mansus redigerè uoluerint siue non, debeant possidere libere et quiete, sicut ipsas a principio sue fundationis possedisse libere et sine contradictione qualibet dinoscuntur, nec nos ipsi ecclesie hac in parte deesse iuris auxilio ualeamus, per uirtutem obedientie uobis districte precipiendo mandamus, quatenus auctoritate nostra tam laicis quam clericis arctius iniungatis, ne in preiudicium uel grauamen indulte ipsis liber-

tatis aliquid audeant attemptare. Omnes uero, qui rebelles extiterint huic facto, si clerici fuerint, suspensos ab officio et beneficio ad nostram presenciam recepturos penam debitam pro delicti meritis euocamus. Laicos uero per subtractionem diuinorum et sententiam excommunicationis districte uolumus cohercere. Vos etiam in executione huius mandati nostri sic geratis, ne in uos penam delinquentium refundamus, sed ut deuotionem uestram debeamus ex merito commendare. Datum *Patau.* IIII. Idus Julii.

Kurz, Beiträge. III. 423.

LXXVI.

1240. 9. August. Marchpurch. — *Friedrich, Herzog von Österreich und Steyer, nimmt das Kloster Garsten gegen die Eingriffe aller Vögte in seinen und seiner Nachfolger besonderen Schutz und Schirm.*

Fridericus dei gratia dux Austrie et Stirie et dominus Carniole omnibus Christi fidelibus salutem inperpetuum. Frequenti nobis est ammonitione declaratum, quod fundationes ecclesiarum iuxta canonum et legum instituta sub tanto libertatis commodo debeant permanere, quod nec princeps nec alia quelibet persona sibi ualeat in illis aliquam iurisdictionem auctoritate propria uendicare. Licet autem, ut prediximus, utrumque ius benignam libertatis cautionem omnium ecclesiarum indempnitati contulerit, quidam tamen minori personatu prediti fundationes principum taliter sibi nomine uel pretextu aduocacie nituntur usurpare, quod asserunt, se ex quadam speciali comissione (sic) uel alia conficta occasione se debere fore legitimos aduocatos. Cuius presumptionis enormitas quosdam nobiles terre nostre contra ecclesias in tantum erexit, quod non solum de possessionibus et aliis bonis ecclesiasticis presumunt, sed etiam personis deo famulantibus tales difficultates ingerunt, quod ubique fere dissoluitur per illos et uilescit libertas ecclesiastice discipline. Nolentes igitur talem violentiam in specialibus ecclesiis nostris aliqualiter effrenari, notum facimus uniuersis, quod licet ecclesiam ***Gerstensem***, que nos iure fundationis specialiter respicit, apud ***Sitcenberg*** singulari defensione ceperimus amplexari, ad instantiam tamen dilecti nostri ***Berhtoldi*** abbatis et conuentus eiusdem in presentia nobilium nostrorum apud ***Marchpurch*** ipsam taliter exemptam nobis attraximus, quod ubicunque in nostro districtu possessiones uel quaslibet iurisdictiones habuerit, nos et omnes nostri successores illas

specialiter deffendere teneamur exclusis plene omnibus, qui sibi in eadem ecclesia ius aduocandi hactenus usurpabant. Ut autem huius nostre pagine series firma permaneat et inconuulsa, non solum nostrorum sigillorum karactere, verum etiam subscriptorum testium attestatione curauimus obserare. Testes autem hii sunt, *Rudigerus episcopus Patauiensis, Heinricus episcopus Sekowensis, Chunradus abbas Admuntensis, Perhmannus abbas sancti Lamberti, Hertwicus abbas sancti Pauli, Chunradus prepositus Sekowensis, Chunradus comes de Hardeke, Vlricus comes de peka (sic), Heinricus de Schowenberch, Hermannus de Chranchperch, Liutoldus de Wildonia, Heinricus de Habspach, Wolfkerus de Barawe, Fridericus de Pettouia, Chunradus de Hintperch, Vlricus de Marchpurch, Offo de Putten, Berhtoldus de Treun, Wolfherus de Růmberch, Liupoldus de Plumenowe, Albero de Chunringen* atque alii quam plures. Acta sunt hec in *Marchpurch* anno ab incarnatione domini. M° CC° xl. v. Idus Augusti. Indictione. xiii.

Orig. auf Perg. mit einem Doppelsiegel im Klosterarchive Garsten. — Abgedruckt bei Kurz, Beiträge II. 548.

LXXVII.

1240. 15. September. Ibenberch. — *Gundacker von Starhemberg gibt auf Bitte des Propstes Dietmar eine Hube zu Asten zum Seelgeräth nach St. Florian.*

Gundakchrus de Storichenberch omnibus hanc paginam inspecturis salutem in perpetuum. Quia uiri religiosi in monasteriis constituti pro fidelibus ecclesie incessanter laborantes orant, salubre est, ut divites seculi circa mundanas res occupati de suis rebus aliqua conferant ecclesiis religiosis, per que eorum orationes et suffragia sibi conpararent profutura. Hoc ego Gundakchrus sollicite perpendens, cum haberem hubam vnam iuxta uillam, que dicitur *Austen* sitam, eandem ad peticionem domini *Dietmari* venerabilis prepositi de *domo sancti Floriani* ecclesie sue pro remedio anime mee et parentum meorum libere tradidi confidens in domino, quod fratres eiusdem ecclesie pro salute et prosperitate mea et pro remedio anime mee deo deuote supplicarent. Quia vero eandem hubam quidam *Burgensis Anesi seyfridus* nomine a me iure pheodali tenebat, dictus prepositus et capitulum suum cum eodem egerunt, quod nobis eam iuri suo renuntians resignauit per capellanum nostrum *vlricum de tanen* (?) hiis testibus presentibus *Ruperto, Herman woluolt, Vlrico*

et Friderico de Lantzenperg, Vlrico de Lonen et Pilgrimo cellerario ecclesie. Et ut hec donatio mea firma sit et rata in perpetuum, hanc inde paginam feci conscribi et sigilli mei inpensione roborari. Testes donacionis *Dietmarus de aistershaim, Sighart Piber, Vlricus de Lindenberch, Hartwicus de Mulperig, Hainricus stille, vlricus de vatershaimen, Gebhart et charlo de aistershaim, Wernhardus de Siterpach, Ortolfus de Egendorf, vlricus de Taenen.*

Acta sunt hec anno ab incarnacione millesimo cc°. xl°. in Ibenberch, VI[ta] feria proxima exaltacioni sancte crucis.

Aus einem Codex. Saec. XV. im Stiftsarchive St. Florian.

LXXVIII.

1240. 24. September. — *Friedrich, Herzog von Österreich, verleiht dem Kloster St. Nicola Mauthfreiheit zu Wasser und zu Land.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Fridericus dei gracia dux Austrie et Stirie et dominus carniole* vniuersis Christi fidelibus salutem imperpetuum. Excellencia sublimitatis desuper nobis collate requirit, ut ea, que ad usum et prouectum ecclesiarum conducunt et expediunt, studeamus attencius promouere. Multitudinem ergo commissorum nobis sincera mentis intencione diligenti consideracione perpendentes et digna reuoluentes percunctacione peccatorum nostrorum wlneribus salubris medicaminis cauterium adhibere pium statuimus, pro remedio enim videlicet pie recordacionis patris nostri *ducis Leupoldi* et aliorum antecessorum nostrorum nostreque salutis intuitu fratribus in *domo s. Nycolai Patauie* deo inibi militantibus ob ueneracionem reliquiarum ibidem reconditarum libertatem per terras nostras tam in aquis quam in terris omnium rerum suarum mobilium transitus omni vectigalium exaccione inhibita contulimus et remota, volentes eciam, ut uictualia eiusdem ecclesie non debeant occasione alicuius querimonie ab aliquo detineri. Vt autem hec liberalitatis nostre donacio rata et inconuulsa perseueret, presenti pagina sigillique nostri caractere ac testium annotacione, quorum subscripta sunt nomina, fecimus roborari. Sunt autem hij testes: *dŏminus noster episcopus Patauiensis Rudegerus, dominus Dietmarus Abbas de Raitenhaslach, Vlricus Saltzpurgensis cellerarius, magister Leupoldus plebanus Wiennensis, Leupoldus plebanus de Haimburch, magister vlricus plebanus de Chirichperch, Heinricus plebanus de Lohchirchen, Otto notarius, Hertwicus plebanus de strubing, Hein-*

ricus de Merswanch, Chunradus Marschalcus, Chunradus de Schowing et alij quam plures. Datum aput *Medlicum* castrum anno ab incarnacione domini M°. CC°. xl. Indiccione xiij. viii. kalendas Octobris.

Aus einem Pergam. Codex. Saec. XIV. der k. Bibliothek zu München. — Hund, Metrop. II. 396. — Mon. boic. IV. 341. Nr. 17.

LXXIX.

1240. 13. October. Trübensee. — *Friedrich II., Herzog von Österreich, verleiht dem Kloster Reichersberg die Mauthfreiheit.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. *Fridericus dei gracia dux Austrie et Styrie et dominus Carniole* omnibus hanc literam inspecturis salutem. Cum promocioni et libertati ecclesie omni diligencia, qua possumus, pro assequendo merito divine retribucionis intendere debeamus, sub assercione presentis litere *ecclesie in Reichersperge* duraturam in perpetuum hanc indulsimus libertatem, ut absque omni exactione vectigalium et pedagiorum victualia sua libere faciant deportari. Ita quoque occasione illorum aut pretextu a mutariis et thelonearlis nostris nichil penitus exigatur. Ut autem hec liberalitatis donacio a nullo successorum nostrorum valeat immutari, sed semper maneat pocius inconvulsa, presentem paginam sigilli nostri impressione et testium annotacione iussimus roborari. Testes autem hii sunt: *comes Heinricus de Ortenberch, comes Chunradus de Hardekke, Heinricus nobilis de Schowenberch, Chadoldus Dapifer de Velsperch, Heinricus de Seuelde, Heinricus de Prunne, Chunradus et Udalricus de Hinperch, Otto de Perhtoltsdorf, Otto de Haselowe, Offo de Puten, Ditmarus de Lichtensteine, Heinricus de Liechtensteine, Albero de Churinge, Hadmarus et Rapoto fratres de Valkenperch* et alii quam plures. Actum in *Trewense* anno ab incarnacione domini MCCXL.XIIII. Indictione, III. idus Octobris. datum per manum *magistri Leupoldi plebani Wiennensis* etc.

Monum. boic. IV. 447.

LXXX.

1240. 1. December. St. Florian. — *Gundacker von Steinbach schenkt der Propstei St. Florian eine Hube beim Dorfe Asten.*

† In nomine Patris et filii et spiritus sancti. *Gvndachrus de Steinpach* omnibus christi fidelibus in perpetuum. Quia uiri religiosi

in monasteriis degentes die ac nocte in diuinis obsequiis deo iugiter seruiunt et laici secularibus occupationibus irretiti raro diuinis uacant ministeriis, salubre remedium est, ut diuites in seculo ad usus seruorum dei de suis possessionibus aliqua conferant, ut ipsi in illorum orationibus et ministeriis pro sua deuocione diuina largiente gratia ratam habeant conmunionem. Ego igitur Gundacharus hac spe inductus cum haberem hvbam unam iuxta uillam, que *avsten* dicitur, sitam hereditaria michi proprietate adtinentem, quam quidem *burgensis anesij sifridus* nomine feodali a me iure tenuerat, Sed fratres de *domo sancti floriani* eandem hvbam ab ipso res suas illi conferendo de consensu meo redemerant et ille eam michi tali adiecta condicione, ut eam ecclesie sancti floriani traderem, per nuncios meos sub ydoneis testibus resignauerat et suo iuri in illa renunciauerat et ego consequenter prefatam hvbam per nuncios meos et literas meas fratribus in domo sancti floriani uoluntarie et libere, item sub ydoneis testibus legitima donatione licet absens tradidi. Uerum ut illa donatio mea, quam absens feceram, debita et rata firmitate constaret, procedente tempore ad domum sancti floriani personaliter accedens sepe dictam hvbam ad habundantem cautelam peticione fratrum eorundem super altare sancti floriani potestatiua manu delegaui et tradidi cum omnibus pertinenciis suis, quesitis et inquisitis, cultis et incultis, pratis et pascuis et omnis generis utilitatibus. Et ut hec mea donatio futuris temporibus rata et inconuulsa permaneat, hanc inde paginam feci conscribi et sigilli mei inpressione muniri. Huius rei testes sunt *Meinhardus scriba dvcis in aneso*, *Engelger miles de albenowe*, *Rugerus de Grvnpurch*, *Sigehardus piber*, *Hertnidus de altenhoven*, *Vlrich de vatersheim*, *Ortolfus officialis suus de wiltperch*, *Dietmar de tamprvkke*, *Rudolf de winchil de riedmarchia*, *Otto de planchenpach*, *charln niger de Riedmarchia*, *Meingoz magister hospitum*, *Walther cocus*, *Chvnrat prvkslegel*, *Rudolf mesiner*, *Chunrat Mesiner*, *Chunrat gener*, *chunrat Monachus*, *Heinrich Pertil*, *Otto de Gatern*, *Heinrich pevteler* et alii quam plures.

Datum in *domo Sancti floriani* Kalendis decembris anno ab incarnatione domini M°CC.X°L.

Orig. auf Pergament mit Siegel im Stiftsarchive zu St. Florian.

LXXXI.

1240. Aerbingen. — *Pilgrim, Abt von Baumgartenberg, beurkundet die Erwerbung des Hofes Lawarin für sein Kloster von dem Ritter Schrott und seinen Erben.*

In nomine dei summi frater *Pilgrimus* dictus abbas in *Pômgartenperge* omnibus presens scriptum inspecturis in perpetuum. Ut etatis nostre negotia firmitatem habeant et vigorem, ne quid eis postmodum apponat cupiditas aut submoueat obliuio, de quo possit in posterum contentio uel dissensio suboriri, testibus idoneis et certis litterarum solent apicibus mancipari. Nouerit igitur presens etas et futura posteritas, quod abbas *Rvdgerus* felicis memorie et fratres in *Pômgartenberge* quoddam predium *Lawarin* a domino *Schrot milite* pro xx[ti] IIII[or] talentis et predio quodam iuxta *Shessen* sito ante annos plures absque omni contradictionis obstaculo conpararunt memorati predij emptionem taliter confirmantes, ut si qui heredes dicti militis ecclesiam nostram pro predio Lawarin quoquomodo inpeterent aut grauarent, fratres loci nostri predium iuxta Shessen reciperent et curiam Lawarin tamdiu tenerent, quoadusque ipsis ab heredibus quinquaginta talentorum summa ex integro solueretur. Factum uero tam rationabilis conuentionis, ad peticionem utriusque partis scripto et sigillo illustris ujri pie recordationis Vlrici comitis de Velburch sub testimonio proborum uiorum a quam pluribus dinoscitur communjtum. Sed quia cupiditatis malum in plerisque mortalium cordibus radicem suam tenaciter figens animos multorum submouet et corrumpit, post obitum domini Schrot quidam heredes ipsius quendam pro se juris articulum, sed in hoc facto minus rationabilem allegantes contra laudabilem formam premisse conuentionis scripto et sigillo nec non et testibus idoneis approbatam predium Lawarin in preiuditium domus nostre sibi preter debitum uendicarunt et utroque predio iuxta Shessen et Lawarin simul detento fructus exinde per annos quatuor perceperunt. Nos itaque dampnum nobis illatum equo animo non ferentes, sed domino duci et aliis conprouincialibus nostram injuriam proponentes, tandem uero pacis commodo intendentes de consensu nostro et partis aduerse lis, que inter nos uertebatur, prvdentum uirorum arbitrio taliter est sospita, ut uidelicet aduersa pars acceptis a nobis sex talentis et reseruato sibi predio iuxta Shessen plane abomnj quam in predio Lawarin sibi dicebant (sic), quiescerent actione, sane cautione arbitrii hiis adiectis, ut filii et filie domine

Vvilbirgis, cum ad etatem XII[im] annorum deuenerint, omni juri renuntient, quod habere uidebantur ratione matris, que nos in sepe dicto predio molestabat. Quod si renuntiare noluerint, secundum determinationem ab arbitris promulgatam pecuniam subscriptam soluent ecclesie nostre occasione qualibet pretermissa, L[a] videlicet talenta iuxta formam prioris conuentionis et xxx[ta] talenta, quorum auus ipsorum xxiiij[or] in prima distractione predij Lawarin percepit et mater ipsorum VI in conpositione nouissima per arbitros procurata nec non et alia xx[ti] talenta, que nichilominus mater eorum accepit fructus memorati predij per annos IIII[or] contra iusticiam colligendo. Que talenta L uidelicet et xxx[ta] et xx[ti] si connumerentur, summam centum faciunt talentorum. Quam summam iuxta diffinitionem arbitrij sine lite, ut ante dictum est, nostre domuj assignabunt. Postea uero restituto nobis predio iuxta Shessen predium Lawarin quantum ad nos quiete de cetero possidebunt. Huius rej executores et fidejussores sunt *Dietmarus judex prouincialis et frater ipsius Dietricus de Steine, Dietricus filius sororis eorundem*, *Chunradus de Ledden, Wezelo, Sifridus vol*, *Chunradus de Mittirberch*, *Fridericus Thratarius, Siglohus*. Horum fidem accepimus super executione et promotione conpositionis superius memorate. Verum ut omnis calumpniandj materia et litis occasio posteris auferatur et ne rem gestam in futurum obliuio submoueat aut inmutet, tribus sigillis domini *Hertwici prepositi de Walthusen* et nostro nec non et sigillo *Dietmari judicis prouincialis de Steine* meritum facti fecimus roborari. Nomina uero illorum subscripta sunt ad cautelam, qui facto, dum fieret, assiterunt, *Hertwicus prepositus de Walthusen*, *Heinricus Tannarius frater ibidem, Gebzo cellerarius, Symon fratres domus nostre, Hugo plebanus de Nerden, Henricus clericus ipsius, Herbordus plebanus de Shessen, Herbordus plebanus de Mittirchirchen, Wolfkerus plebanus de Khuniswisen*. Laici *Dietmarus iudex*, *Dietricus frater ipsius*, *Siglohus et Dietricus filii sororis eorundem*, *Heinricus de fridehalmstorf, Wezelo, Gotscalcus de Aerbingin, Albero de pvuilinsperge, Chunradus de ledden, Chunradus de Mittirberch, Otto frater ipsius*, *Sifridus vol, Fridericus thratarius, Herwicus, Henricus de mathse*, *Eberhardus*, *Heinricus de thragevn*, *Henricus waltpoto, Otto hevgeir* et alij quam plures. Actum apud *Aerbingen* anno dominj M°. CC°. xl°. friderico nobilissimo Austriam feliciter gubernante. A.M.E.N.

Orig. auf Pergam. mit den Einschnitten für die drei verloren gegangenen Hängesiegel im Musealarchive zu Linz.

LXXXII.

1240. — *Vergleich zwischen dem Abte Udalrich von Garsten und Ortolf von Gavelenz wegen gewisser Dienstbarkeiten.*

In nomine domini. Nos *Chvnradus* et *Pilgrimus* dei gratia *Admontensis* et *Glvnicensis* ecclesiarum abbates ad uniuersorum uolumus peruenire noticiam, quod considentibus nobis aliquando in ecclesia *Gaerstensi* venerabilis pater *Vdalricus* eiusdem ecclesie abbas ceperat rationem ponere cum *Ortolfo de Gavelenz* super quibusdam iuribus suis, in quibus sibi dictus O. conmunia seruicia hactenus denegarat, affirmans, ea sibi quondam a domino *Reinberto* abbate in quodam casu ad firmandas quasdam litis conpositiones indulta fuisse. Quod cum nec testibus nec instrumentis, sicut ratio iuris poscebat, probare potuisset, tandem conuictus iure conmuni suo speciali iuri renunciauit et possesiones ecclesie, quas sibi iniuste uendicauerat, una cum filio suo *Heinrico* in manus domini abbatis resignauit nichil penitus iuris seu proprietatis vel cuiuscunque friuole pactionis sibi et uxori et heredibus suis conseruans. Quo facto sepedictus Vl. abbas ad nostras et aliorum uirorum bonorum preces inclinatus debita, que ab eodem Ortolfo antea exegerat, cum bona uoluntate remisit et possessiones, quas sibi resignauerat appensionem (ad pensionem) et seruicia communia, ad que ceteri conuillaui sui tenentur, eidem absque omni exceptione iterato locauit. Cuius rei testes sumus cum ceteris subnotatis testibus, quorum hec sunt nomina: De familia ecclesie Gaerstensis *Gerungus officialis, Hartmannus lapicida, Eberhardus magister hospitum, Chunradus magister pistorum* et alii quam plures. De domo Admvntensis ecclesie *Vlricus et levpoldus sacerdotes, Rvdlinus de Vlvar, Diethardus villicus, Otto camerarius, Pilgrimus et alter Pilgrimus et Gvndacharus* et alii socii eorum. Actum anno dominice incarnationis. M°. CC°. X°l. Anno reformationis concordie et pacis inter Fridericum imperatorem et Fridericum ducem Austrie.

Orig. auf Pergam. im Archive zu Garsten. Von den zwei Siegeln ist das erste ganz, von dem zweiten der grösste Theil weggefallen.

LXXXIII.

Circa 1240. (?1241.) — *Friedrich II., Herzog von Österreich, erklärt das Kloster Wilhering zufolge der Freiheiten des Cistercienser-Ordens frei von jeder Vogtei.*

Fridericus dei gratia dux Austriæ et Styriæ et dominus Carniolae iudicibus et omnibus, quibus litterae istae monstratae fuerint, gratiam suam et omne bonum. Cum ordo cisterciensis alium praeter nos habere non debeat aduocatum, ipsos fratres et bona eorum in protectionem nostram et gratiam nostram recipimus specialem mandantes districte, ut nullus eosdem grauet per exactiones indebitas aut molestet in hominibus aut in bonis, Scientes, quicunque transgressor nostri mandati extiterit, quod eundem non solum in rebus, uerum etiam in persona uehementissime puniemus. Quod mandatum in hominibus *claustri de Wilheringen* et in ipso claustro firmiter et districte sub obtentu gratiae nostrae praecipimus obseruari. Homines uero eiusdem claustri exemtos esse uolumus a generalibus placitis seu priuatis, nisi propria uenerint uoluntate.

Aus einer Pancharte von Wilhering vom 24. October 1680. — Stülz, Wilhering. 514.

LXXXIV.

Circa 1240. — *Friedrich von Friethalmdorf, Richter im Machland, beurkundet die Ausgleichung zwischen dem Abte und Convente zu Baumgartenberg und dem Ritter Ulrich von Imzing in Betreff eines Landgutes.*

Ego *Heinricus de Friethalmdorf* judex in Machlant notum facio tam presentibus quam futuris, quod abbas et conuentus de *Poumgartinperge* predium quoddam ab *vlrico milite de Ymzinge* sine contradictione conparauerunt, sed tamen jdem *Vlricus* abbatem et conuentum postmodum impetebat. Tandem coram me amicabiliter conuenerunt jta, vt abbas prefato militj xi solidos et x denarios daret et ipse cum liberis suis juri, quod in ipso predio habere videbatur, renunciaret. Ceterum Mæhtildem vxorem Volchmarj, quam etiam jam dudum cum liberis eius tum pro deo, tum pro quadam Summa pecunie in presentia plurimorum in Cymiterio *Erbinge*, sicut privilegiis confirmatum habemus, ad censum quinque denariorum super altare sancte Marie in prefata ecclesia delegauerat data pro ipsa iterato pecunia eodem die, quo etiam dictum predium a futura inpulsatione tam vxoris sue quam liberorum suorum liberam perpetualiter resignauit. Ne ergo

abbati et conuentui per eum uel successionem heredum suorum preiudicium in futurum generetur, sigilli mei appensione et testium, qui affuerant, subscriptione presentem scedvlam volui roborare. Testes sunt istj: *Ego Heinricus de friethalmsdorf, Heinricus de Hvse, Heinricus spiez, Heinricus Grillo, Wernhardus de Ymzinge, Hartmvt de Smida, Wichardus de Mittirchirch, Chunradus de Ibenperge, Dietmarus de Cribzinge, Chunradus hafner, Sifridus de Hersdorf, Walpoto de Perge, Fridericus de Holtzleuten, Chunradus Schezler de holtzleuten,* jbidem *Reide, Herman de Rubprehtshoven.*

Orig. auf Pergament im Musealarchive zu Linz, dessen Siegel abgängig. — Kurz, Beiträge. III. 420.

LXXXV.

Circa 1240. — *Poppo, Bischof von Bamberg, theilt mit Friedrich, Herzog von Österreich, die Kinder Dietmars von Steyr.*

Nos *Poppo dei gratia Bambergensis episcopus* attendentes futurum Babenbergensis ecclesiæ commodum et honorem cum dilecto et spirituali amico nostro *Friderico* illustri duce Austriæ et Styriæ et domino carniolæ super pueris *Dietmayr de Steyr* aequaliter nunc et admodo diuidendis pari de consensu conuenimus in hanc formam, ut videlicet filii sui *Dietmarus nunc senior et Duringus* perpetuo libere transierint in dicti ducis dominij potestatem, *Vlricus* uero et filia sua nomine *Reinhildis* nostri et ecclesiæ sint perpetuo similiter obsequijs deputati, pari nobis mutuo uolentibus, etiam addicti juris æqualitas debeatur uicissimque plenitudinem obtineant in pheodis porrectis tam a nobis quam a dicto domino duce et in futurum a nobis uel a nostris successoribus pariter porrigendis, de hæreditandis uero filijs per prædictum dominum uel etiam filiabus in futurum portio fiat æqualis, supradicta forma de pheodis hinc inde æqualiter diuidendis nihilominis permanente. Vt autem huiusmodi negotij series perpetua gaudeat firmitate, præsens scriptum in euidens testimonium et cautelem sigillorem nostrorum munimine iussimus roborari. (Sine dato.)

Aus einer handschriftlichen Genealogie der Abkömmlinge der Grafen und Markgrafen von Steyr, verfasst von Valentin Prevenhuber. 1637. Archiv Eschelberg.

LXXXVI.

Circa 1240. — *Chunrat, Graf von Wasserburg, bezeugt, dass er dem Bisthum Passau an dem Kaufschillinge seines Schlosses Vichtenstein hundert Mark nachgelassen habe.*

In nomine domini amen. Ego *Chunradus dei gratia comes de Wazzerburch* omnibus presentem litteram inspecturis salutem in domino. Tenore litterarum presentium notum facimus uniuersis, quod, cum nos *castrum nostrum in viehtenstein* cum omnibus sibi attentibus tam hominibus quam possessionibus, cultis et incultis, longe lateque sitis domino nostro r. uenerabili *Patauiensi episcopo* et ecclesie Patauiensi in proprietatem perpetuam uenderemus pro mille et c. Marcis, ex quibus trecentas marcas de camera domini episcopi recipere debebamus, Quadringentas uero marcas de uniuersitate ciuium *in patauia* sumus recepturi, secundum quod sub iuramento promiserunt et etiam data fide, reliquas uero quadringentas marcas officiales domini episcopi in patauia nobis soluere promiserint tenentes pro eadem solutione officinas domini episcopi, monetam uidelicet et mutas in patauia obligatas et sic nobis fuerit per tales fideiussores de eadem pecunia satisfactum. Quo facto dominus noster episcopus nos admonuit diligenter, ut secundum quod in nostro contractu fuerat diffinitum, a CCC marcis, que vxori nostre in prima emptione a domino *Gebhardo episcopo patauiensi* pie memorie promisse fuerant firmiter et laudate, ipsum et ecclesiam soluere deberemus, quod et nos promisimus data fide terminum ponentes, quod usque ad pascha proximo tunc uenturum vxorem nostram a tali emptione de cetero quiescere faciamus. Et quod ea, que promittimus, ad effectum efficaciter perducamus, quadringentas marcas, quas in ultima solutione ab officialibus domini episcopi recipere debemus, eidem episcopo obligamus, promittimus etiam, quod de ultima solutione *fratribus de Sauersteten* pro LXXXX marcis obligatas pro parte nostra libere exsoluamus. Promittimus etiam, quod nos possessiones in *Tuetenbach* quibus *Ekkehardum de Tanne* infeodauimus, a quibusdam militibus *Nobilium de Scounberch* pro C talentis wiennensis monete in integrum redimamus. Promittimus etiam, quod curiam in *Grauendorf* cum suis attinentiis, quam *nobilis de Poumgarten* pro XL talentis ratisponensis monete tenet obligatam, de ultima solutione, sicut prediximus, redimemus. Promittimus etiam, quod omnia ea, que post primam

emptionem domini Gebhardi Patauiensis episcopi de possessionibus, que ad Castrum in Viehtenstein pertinent, alienauimus, obligauimus uel etiam infeodauimus, ad ecclesiam patauiensem et ipsi episcopi dominium redire faciamus libere et solute. Et si facere neglexerimus predicta, dominus episcopus ultimam solutionem in potestate sua pro pignore tamdiu detinebit, donec plene exsoluerimus, que superius sunt notata, a fideiussoribus nostris, uidelicet officialibus in Pataula nichil medio tempore requirentes. Ammoniti etiam a domino nostro Patauiensi episcopo, quod ecclesia Patauiensis a nobis tam in bonis quam in rebus esset in prima et in secunda emptione lesa grauiter et offensa, Centum Marcas in Capella sancte Marie plurimis astantibus relaxauimus bona fide. Et ne huic contractui et scripto aliqua debeat calumpnia suboriri, presentem litteram cum sigilli nostri munimine roboramus cum testibus subnotatis: *Gerhohus archidiaconus Austrie, Vlricus de Maemminge archidiaconus, Otto de Lonstorf archidiaconus, Ditmarus maior plebanus canonicus Patauiensis, Gebolffus plebanus de Niwnchirchen, Hademarus de Wesen, Otto de Possmunster, Heinricus de Hartheim, Ortolffus de Preisekke.* Ministeriales ecclesie: *Chunradus de Sebrukke, Ortolffus de Laeiminge, Poppo de Rehpochinge, Pruno officialis in Viehtenstein, Rudegerus iudex Patauiensis, Cristanus, Heinricus et Vlricus fratres de Preisekke* et alii quam plures.

Monum. boic. XXVIII. II. 306.

LXXXVII.

Circa 1240. — *Gundacker von Starhemberg erlaubt der Propstei St. Florian, zu Hornbach bei Gaflenz Marmor zu brechen.*

Gundachrus de Storichenberch omnibus hanc paginam inspecturis. Quamuis omnium ecclesiarum pro mee modulo paruitatis honorem diligam et profectum, domum tamen *s. Floriani* pre ceteris ecclesiis diligens et amplectens et ipsius cupiens intendere profectui et honori, preposito eiusdem loci meo speciali domino et amico in predio meo circa *gavelintz*, ubi marmora fodi solent, quod uocatur *Hornpach*, pre ceteris do liberam potestatem marmora fodiendi, quantum ecclesie sufficiat ad decorem.

Aus einem Pergament-Codex Saec. XIV. im Stiftsarchive St. Florian.

LXXXVIII.

Circa 1240. — *Ortolf, Heinrich und Alker, Brüder von Waldeck, leisten dem Kloster Reichersberg Schadenersatz für zugefügte Unbilden durch Abtretung gewisser Vogteirechte.*

Presenti scripto pateat universis, quod nos *Ortolfus, Heinricus et Alkerus fratres de Waldekk* pro dampnis et gravaminibus, que nos et homines nostri dumtaxat *Reicherspergensibus* intulimus, pro dampnis eisdem satisfecimus in hunc modum. Advocacias, quas dominus *Meingotus de Einberch* patruelis noster in possessionibus dictorum Reicherspergensium cum lite tenebat, remisimus universas et fratres nostros *Leutoldum et Meingotum*, qui eciam in eisdem advocaciis ius habere videbantur, induximus prece nostra, quod et ipsi integraliter remiserunt. Sunt autem ista: *Purchartinge* duos mansus, *Mukkenwinchl* duos, *Elhenpach* duos, remisimus quoque advocaciam curie, que dicitur *Puchberge.* In aliis autem advocaciis, si quas ad presens habemus vel in futurum habituri sumus, generalem de advocatorum iure constitutionem domini *Friderici Imperatoris* presentis, quam fecit et adhuc faciet, promisimus ipsis inviolabiliter observare. Item recognovimus eis ius ipsorum a regibus et imperatoribus eis concessum et eorundem privilegiis confirmatum, quod tale est: nos uel quicumque iudex pro tempore fuerit, in monte ipsorum, ubi claustrum situm est, a ponte maiori et infra exercere placita non debemus. Familiam quoque ipsorum, que in cottidiano eorum servitio est, non licebit nobis de causa aliqua iudicare nec ad placita nostra, ubicumque habuerimus, advocare, nisi forte aliquis ordine iudiciario de latrocinio vel furto vel aliquo alio crimine, quod morte plectendum est, convictus fuerit. Illum si extra septa montis comprehenderimus, poterimus licite condempnare, ipsius tamen res, si quas habet, nobis tangere non licebit. In monte autem quantumcunque reum non debemus captivare vel aliquomodo manus immittere violentas, sed ipsi tenentur tales, cum eis significaverimus, removere. Promisimus autem, ut, si aliquis colonus ipsorum vel alius de familia ecclesie, ubicumque in bonis ecclesie habeat mansionem, alibi quam in monte convictus legitime fuerit de crimine, quod morte plectendum est, circa bona eiusdem mobilia et immobilia generale ius terre et patrie consuetudinem eis integraliter conservemus. Super hec omnia memorate ecclesie Reicherspergensi dedimus predia nostra libere et

absolute ad viginti solidos, nihil iuris nobis vel advocatie vel alterius rei in eisdem prediis reservantes. Promisimus quoque, quod et nos ab omni futura lesione, iniuria, gravaminibus et indebita usurpatione tam advocaciarum quam aliarum rerum omnino abstineamus tam facto quam consensu et homines nostros et omnes nobis adherentes vel in posterum adhesuros similiter et efficaciter conpescamus. Fuit autem ista conpositio nunciata mediante et promovente domino nostro *Rugero Patauiensi episcopo* in presencia multorum, quos huius rei rogavimus esse Testes, quorum hec sunt nomina: *Magister Albertus Bohemus, Meingotus frater noster Patavienses Canonici et archidiaconi, Alramus nobilis de Hals, Otto de Poschmunster, Waltherus, Pilgrimus fratres de Tannenberch, Syboto de Lonstorf, Fridericus de Pasching, Engelschalcus Judex Patauiensis, Conradus antiquus iudex* et alii quam plures. Postmodum vero hec ipsa eadem complanacio fuit taliter confirmata. Nos predicti fratres Ortolfus, Heinricus, Alkerus in manus domini *Gregorii Subnensis prepositi* porreximus dextras nostras et fidem datam confirmavimus prestito iuramento. Et si quisquam de familia nostra laudum nostrum ausus fuerit violare dampna dictis Reicherspergensibus inferendo, nos super hoc requisiti ipsis tenemur satisfacere infra mensem. Huius rei testes sunt prefatus dominus Gregorius Subnensis prepositus, *Heinricus de Swain Capellanus suus, Dietricus celerarius Reicherspergensis, Chunradus de Valchenstain, Chunradus de Pewerbach, Chunradus de Rambach, Hertwicus deAngesies et Alhardus* et alii quam plures. Ad maiorem quoque certitudinem presens scriptum sigillis nostris fecimus communiri.

Monum. boic. IV. 447.

LXXXIX.

Circa 1240. *Tauschvertrag zwischen den Klöstern Admont und Garsten. Jenes erhält den Antheil des Klosters Garsten an der Saline zu Hall bei Admont, und überlässt dafür an Garsten Güter in der Pfarrei Pels.*

Vt ea, que a nobis rationabiliter fiunt, perpetuo stabilitatis uigore fulciantur et inuiolabiliter conseruentur, placuit nobis tam presencium quam futurorum memorie conmendare transactionem talem, qualis inter duo nostra monasteria facta est de conmuni consensu capitulorum ecclesie utriusque. Fratres enim ecclesie *Garstensis* cum in ualle *Admuntensi* apud *halle* partem saline possiderent ad pensionem

uidelicet septem solidorum et aliud quicquam emolimentum in eundo uel redeundo non haberent, deliberatione diutina inter ecclesiam utramque habita de consilio prudentum uirorum utriusque partis in hoc tandem unanimiter consensimus, quod absque omni detrimento immo salua utriusque utilitate ecclesie conuentus *Admuntensis* partem ipsam saline teneant (sic) refuso predictis fratribus de *Gersten* in cambium dicte saline manso uno in parrochia *pels* iuxta *wenge* apud *puhel* et molendino apud *Gezendorf*. Vtque idem cambium ab utralibet parte inuiolabiliter teneatur, presentem cartam inde conscriptam sigillis nostris mandauimus roborari.

Original auf Pergament im Archive zu Garsten mit den Siegeln des Klosters Admont, und denen des Abtes Perthold von Garsten.

Die Urkunde hatte in der ersten Zeile verlängerte Schrift, deren Buchstaben aber in der Mitte die ganze Breite der Urkunde hindurch durchschnitten sind. Diese verlängerte Schrift fängt von der Linken zur Rechten an, so dass die Urkunde umgekehrt werden muss, um sie lesen zu können. Die ersten drei Worte heissen offenbar In nomine domini. Chvnradus dei gratia admuntensis. — Wahrscheinlich steht die fehlende Hälfte auf der Urkunde des Klosters Admont. — Abgedruckt bei Pez, Thes. Annecdot. III. 792.

XC.

1241. 18. Jänner. Apud Chotwicum. — *Friedrich II., Herzog von Österreich, bestätigt alle Begünstigungen, welche sein Vater dem Stifte St. Florian ertheilt hat.*

Fridericus dei gratia *dux Austrie et Stirie* et *dominus Carniole* omnibus hoc scriptum inspecturis salutem. Licet generaliter ymago ad ymaginem condita omnium conditoris, prout sue deposcit condicionis qualitas, suo sit opifici ad antidota obligata, specialiter tamen in sublimi constituti tanto sunt ei ampliori obnoxii famulatu, quanto potioribus ipsos beneficiis sua fecit prouidencia pre ceteris principari. Cum itaque gratie a deo nobis habundancius exhibite desideremus existere non ingrati, progenitorum nostrorum uestigiis inherentes in hiis maxime, que decorem domus domini quo ad nitorem exornant, consciencie (sic) respiciunt et augmentant, singula iura, que pie memorie pater noster simul cum reliquis condicionibus quocumque nomine censeantur, ecclesie *sancti floriani* gracioso animo ac pia deuocione noscitur concessisse, ob dei reuerenciam, quemadmodum in instrumento suo plenius est expressum, tenore presencium confirmamus uolentes, ut nullus huic nostre confirmacioni pariter et iuribus concessis ausu debeat temerario contraire. Vt

autem huiusmodi nostre deuocionis confirmacio simul et iuris concessio perpetui roboris obtineant firmitatem, presens scriptum sigillorum nostrorum karaktere roboratum eidem ecclesie duximus concedendum coram testibus subnotatis: *Livpoldo preposito Ardacense* (sic), *magistro Ulrico protonotario de chirchperch, Gotschalco de Hollabrunne, Vlrico de Ruspach, Friderico de Weitiginstorf, Gunhtero de Hag* plebanis et aliis quam pluribus, quorum non sunt nomina presentibus adnotata. Acta sunt hec Anno domini MCCXLI. Datum apud *chotwicum* XV. kalend. februarii, Indictione XIIII.

Aus einem Codex des XIII. Jahrhunderts im Stiftsarchive zu St. Florian. — Stülz, St. Florian. 311.

XCI.

1241. 23. Jänner. Reichersberg. — *Rüdiger, Bischof von Passau, erlässt dem Kloster Reichersberg jede Abgabe bei der sogenannten oberen Mauth.*

R(ugerus) Dei gratia *Patauiensis Episcopus* omnibus christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Cum ex curà pastorali et ex officio nobis iniuncto, ad quod nvllis nostris meritis, set ex sola dei miseratione uocati sumus, Res ecclesiarum defendere debeamus, in quantum possumus et augere, per presens scriptum notum facimus vniuersis, quod nos iustis peticionibus fratrum *in Richersperge* annuentes, ipsis in Muta superiori, quam ex donatione domini nostri Imperatoris pacifice possidemus, omnium victualium, que ad ipsos pertinere dinoscuntur, sine qualibet exactione liberum transitum indulgemus, prohibentes districtius et mandantes, ne aliquis officialium nostrorum, qui a nobis uel etiam a nostris successoribus in ipsa Muta colligenda pro tempore fuerint constituti, aliquod uectigal ab ipsis de cetero exigat uel requirat. Et ut presens nostrum scriptum et hec largitio robur in perpetuum obtineat firmitatis, presentem paginam nostri sigilli munimine fecimus roborari. Huius donationis testes sunt *Gregorius prepositus de Sûben et capellanus, Hainricus schico, Meingotus de Waldekk, Vlricus de Mœmmingen archidyaconi, magister Johannes Canonici patauienses, Gebolfus notarius, Hainricus Zaispergœr, Albertus Vze, Eberhardus decanus in Taischirchen, Otto de Poschmunster, Hainricus de Morspach, Hainricus de Merswanc, Hainricus de Harthaim, Werenhardus de Mivrringen, Hainricus de Aigelingen Werenhardus de Haichenpach, Hugo et Lvtoldus fratres de*

Sauerstetten et alii quam plures. Datum in *Richersperge* in infirmaria fratrum anno domini Millesimo CC° XLI° Decima kalendas februarii, indictione XIIII^ta^, pontificatus nostri anno octauo.

Orig. auf Perg., dessen Siegel abgefallen, im Stiftsarchive zu Reichersberg. — Mon. boic. IV. 449.

XCII.

1241. 10. Februar. Wels. — *Rüdiger, Bischof von Passau, belehnt den Albero von Chunring mit dem Schlosse Steyreck.*

† In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. *Rvdigervs* dei gratia *Patauiensis ecclesie episcopus* dilectis in christo filijs omnibus hanc paginam inspecturis salutem in eo, qui uera salus est omnium. Notum sit omnibus hanc paginam inspicientibus tam presentibus quam futuris, quod nos ad petitionem dilecti nobis domini *Livtoldi de Wildonia castrum Steyrekke* et alia, que in feodum a nobis et ecclesia nostra recepta iure possedit hactenus feodali, genero suo *Alberoni de Chůnringe* ac *filie sue Gertrudj Alberoni* iam dicto in coniugium copulate dignum duximus in feodum conferenda ita tamen, quod si prefatam filiam domini *Livtoldi de Wildonia* sine heredibus decedere contingat, memoratum *castrum Steirekke* cum alijs feodis *Alberoni de Chůnringe* a nobis collatis pleno iure ad dominum *Livtoldum de Wildonia* reuertatur. Ne autem super premissis, que a nobis de utriusque bona uoluntate domini *Liutoldj* uidelicet *de Wildonia* et *Alberonis de Chůnringe* facta sunt et confirmata, aliqua in posterum ambiguitas habeatur ita, ut firma permaneant et inconuulsa, conscribi fecimus presens scriptum sigilli nostri munimine roborando. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M° CC° XLI° in *ecclesia sancti Johannis baptiste in Wels* in festo Scolastice uirginis honestis uiris presentibus et discretis, videlicetdomino *Haeinrico sekoviensi episcopo*, domino *Ottone de Slevnz*, domino *Haeinrico* et domino *Wernhardo fratribus de Schovmberch*, domino *Ottone de Haslavve*, domino *Heinrico de Hakenberch*, domino *Offone de Púten*, domino *Ottone Tvrsen*, domino *Hadmaro de Wesin*, domino *Walthero* et domino *Pilgrimo fratribus de Tanneberch*, domino *Vlrico* et domino *Sibotone de Lonsdorf*, domino *Ottone de Possemvnster*, domino *Heinrico de Merswanc*, *Chunrado magistro cellarii*, *Wulfingo de Vule*, *Sifrido Cyger* militibus et aliis quam pluribus.

Orig. auf Pergam. mit Siegel im k. k. Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien.

XCIII.

1241. 18. Februar. Wels. — *Vertrag zwischen dem Stifte Kremsmünster und Hertnid von Ort in Betreff gewisser Rechte und Bezüge des Letzteren.*

Ego *Hartnidus de Ort* presentis scripti testimonio profiteor et protestor, me omni iuri siue exactioni, quam in possessionibus ecclesie in *Chremsmvnster* ego et antecessores mei quomodolibet dinoscimus habuisse, ut id mihi precipue et eisdem proficiat in remissionem peccatorum et pro centum XV talentis Wiennensis monete exsolutis per abbatem ecclesie memorate, renunciasse publice et cessisse hoc adiecto, ut nec de hiis, qui *Haistolt* vvlgariter nuncupantur, quicquam per meipsum aut per meum iudicem seu successorum meorum similiter ordinetur. Hii uero, qui in possessionibus ecclesie sepedicte deprehensi fuerint rei mortis, mihi vel per me iudici instituto debent, prout cingulo sunt accincti, exclusis ceteris omnibus assignari. Vt autem huiusmodi contractus perpetua gaudeat firmitate, presentem paginam in euidens testimonium iussi sigilli mei munimine roborari testibus, qui presentes fuerant, subnotatis, qui sunt comes *Vlricus de Pfanneberch, Livtoldus et Vlricus de Wildonia, Otto comes de Ortenburch,* comes *Willehelmus de Heimenburch, Otto de Slevntz, Wernherus et Heinricus de Schowenberch, Albero de Pollenhaim, Vlricus de Chirchlan, Ditmarus de Steyr, Hertwicus de Abtay, Chvnradus et Ernestus de Asperch, Hertwicus de Pevtenpach, Heinricus Dens, Merboto de Óde* et alii quam plures. C. Actum apud *Wels* anno domini M° CC° XLI°. XII. kal. marcii.

Urkundenbuch von Kremsmünster. Nr. 70.

XCIV.

1241. 18. Februar. Wels. — *Friedrich II., Herzog von Österreich, bestätigt die von Hertnid von Ort dem Kloster Kremsmünster vertragsmässig gemachte Verzichtleistung auf gewisse Rechte und Bezüge.*

Fridericus dei gratia dux Austrie et Styrie et dominus Carniole omnibus hanc paginam inspecturis in perpetuum. Cum non solum nostris temporibus nostra deuote desideret celsitudo de hiis, que specialiter de sinu nostre magnificentie poterunt emanare, ecclesiarum libertatem fauorabiliter augmentare, verum etiam de singulis, que nostrum beniuolum per consensum ac operam diligentem per

fideles nostros ad laudem dei et commoditatem quarumlibet ecclesiarum fieri contigerit, gloriemur, presentis scripti protestamur testimonio, nos contractui huiusmodi affuisse, vbi *Hertnidus de Ort* fidelis noster pro remedio sue anime et pariter parentele sue nec non pro centum et quindecim talentis Winnensis Monete pecunie persolute renuntiauit publice omni iuri et pariter exactioni, quam in possessionibus ecclesie in *Chremsmvnster*, quotcunque nomine censeantur, hactenus antecessores sui et ipse dinoscitur habuisse hiis dumtaxat exceptis, quod singuli, qui fuerint rei mortis, ipsi *Hertnido* uel iudici suo debent cum hiis, que cinguntur cingulo, assignari; de hiis similiter, qui *Heistalt* uulgariter nuncupantur, nullum habere prorsus debet iudicium uel etiam potestatem. Vt autem huiusmodi contractus robur optineat perpetue firmitatis, presens scriptum in euidens testimonium omnium premissorum ad peticionem parcium sigilli nostri munimine iussimus roborari coram testibus subnotatis, Qui sunt *comes Vlricus de Phannenberch*, *Hermannus* et *Otto fratres de Ortenburch*, *comes Willehalmus de Hevnenburch, Otto de Slivnz, Wernhardus et Heinricus de Schovenberch, Liutoldus et Vlricus de Wildonia, Albero de Pollenheim, Vlricus de Chirchlinge, Ditmarus de Steier, Hertwicus de Aptaei, Chunradus et Ernsto de Asperch, Hertwicus de Peutenbach, Heinricus Dens, Merboto de Ode* et alii quam plures. Actum apud *Wels* anno ab incarnatione domini M°. CC°. XLI°. XII kalendas marcii.

Urkundenbuch von Kremsmünster. Nr. 71.

XCV.

1241. 19. Februar. Passau. — *Vertrag zwischen dem Pfalzgrafen von Baiern Rapoto und dem Bischof Rüdiger von Passau zur Beilegung verschiedener zwischen ihnen obwaltender Streitigkeiten.*

Rapoto dei gratia *Comes Palatinus Bawarie* in perpetuum. Ne rerum gestarum ordinationi periculose obliuionis uicio ualeat derogari, ea, que aguntur in tempore, solent scripti commendata memorie deriuari ad noticiam posterorum. Hinc est, quod noticie constare uolumus tam presentium quam etiam futurorum, quod. cum inter nos ex una parte et dominum nostrum *Rudegerum Patauiensem episcopum* ex altera discordia uerteretur, de consilio fidelium nostrorum et dictus episcopus de consilio capituli et ministerialium suorum taliter sumus in firmam amiciciam reformati, quod nos renuntiando

obligationibus uniuersis tam iuris quam facti decima vini uidelicet L. karradarum *in Chrems*, que pro octingentis libris ratisponensibus possessionibus ad castrum in *Matse* pertinentibus, que pro CCC. libris pro emptione castri in *Rotenberch* et suis attinentiis patri nostro felicis memorie fuerant obligata, et possessionibus dicti episcopi in *Sulzpach* et in *Niwenhouen*, *Hofchirchen et Pleitingen*, que patri nostro prefato pro resignatione *comitie trans Danubium*, quam quidam *Heinricus nobilis de Waessenberch* quandoque possedit, pro octingentis marcis argenti Coloniensis ponderis obligate similiter extiterunt, Patauiensi ecclesie uoluntarie et liberaliter relaxavimus et remisimus omnia prelibata. Preterea proprietatem castri nostri in *Roetinge* cum suis attinentiis et proprietatibus, sicut pater noster a quibusdam *Nobilibus de Puten*, ut dinoscitur, comparauit, *Patauiensi ecclesie* tradidimus et donauimus potestatiua manu perpetuo possidenda. Memoratus uero episcopus nostre deuotionis affectum et effectum Patauiensi ecclesie exhibitum et deinceps per nos exhibendum fideliter aduertens castrum in *Rotenberch* cum suis attinentiis, sicut per dominum *Gebhardum quondam Patauiensem episcopum* a patre nostro fuerant comparate, jure nobis contulit feodali in feodans nos insuper residua parte dicti Castri, quam *Alrammus de Halse* ab ecclesia feodaliter possedit, ita tamen, si dictum *Alrammum* flectere poterimus ad consensum. Renuntiauimus insuper omnibus impetitionibus, obligationibus et instrumentis primitus super ipso contractu confectis ab ipsis robur firmitatis quodlibet auferentes, si forte ab aliquo fuerint in posterum demonstrata. Vt autem premissa omnia maneant perpetualiter inconuulsa, presentem paginam sigillo nostro fecimus communiri cum testibus subnotatis. Testes autem sunt hii: de familia nostra *Hermannus de Hirzaren*, *Wernherus de Anzenchirchen*, *Heinricus de Eissenpuch*, *Heinricus Gaestel*. Item *Chunradus de Luburch*, *Hademarus de Wesin*, *Heinricus et Ortolfus fratres de Waldekke*, *Chunradus de Valchinstein*, *Heinricus et Ortolfus de Morspach*, *Pilgrimus et Waltherus de Tannenberch*, *Otto de Possenmunster*, *Heinricus Piber*, *Hugo et Livtoldus de Sauerstetin*, *Chunradus Zachalmus*, *Heinricus de monte*, *Wicherus et Ditmarus de Liebenstein* et alii quam plures. Datum *Patauie* anno domini millesimo CC. XLI. XI. kalendas marcii, indictione XIIII.

Monum. boic. XXVIII. II. 341.

XCVI.

1241. 23. Februar. Passau. — *Rüdiger, Bischof von Passau, bekräftiget die Schenkung des Patronatsrechtes der Pfarrkirche Grammastetten von Seite des Herzogs Friedrich II. an das Kloster Wilhering.*

Rudegerus dei gratia *patauiensis episcopus* omnibus hanc litteram inspecturis salutem imperpetuum. Que aguntur in tempore, ne labantur cum tempore, solent scripti memoria perhennari. Hinc est, quod tenore presentium innotescere volumus vniuersis, quod, cum dilecti in christo fratres *abbas et conuentus sancte Marie in Wilheringe* nobis humiliter supplicarent, vt donationem iuris patronatus *ecclesie in Greimarsteten*, quod dilectus amicus noster illustris *dux Austrie Fridericus* omni iure, quod se ratione iuris patronatus habere in dicta ecclesia asserebat, cum suis attinentiis dicto conuentui in remissionem suorum peccaminum progenitorumque suorum remedio donauit liberaliter perpetuo possidendam, auctoritate nostra et nostrarum litterarum dignaremur robore confirmare. Nos juste petitioni ipsorum fauorabiliter annuere cupientes de voluntate et consilio capituli nostri donationem eandem per prefatum dominum ducem factam liberaliter, vt premissum est, auctoritate, qua fungimur, dicto conuentui duximus confirmandam. Et ne super dicte donationis confirmatione memorato conuentui aliqua possit in posterum calumpnia suscitari, presentem paginam conscribi et sigillo nostro et capituli nostri statuimus conmuniri in testimonium et cautelam. Datum *Patauie* anno domini M. CC. XLI. septimo kalendas Martii, pontificatus nostri anno octauo.

Aus einem Copialbuche des Klosters Wilhering. — Stülz, Wilhering. 515.

XCVII.

1241. 11. März. Passau. — *Friedrich, Herzog von Österreich, beurkundet, welche Besitzungen er von dem Bisthume Passau zu Lehen habe.*

Nos dei gratia *Fridericus dux Austrie et Styrie et dominus Carniole* presentibus litteris profitemur, quod nos materna beneficia *Patauiensis ecclesie* deuotione filiali non immerito recolentes ne hijs, que nobis tamquam vnigenito contulerat, si intestati sublati fuissemus de medio, priuaretur, sperantes, nobis aput deum esse meritum, si saluti anime nostre et profectui prefate ecclesie per nos

caueretur prouide in futurum principaliter hac in parte, ecce coram dilecto domino et amico nostro venerabili *Rudegero Patauiensi episcopo* in forma confessionis et penitentie constituti, adiurati per ipsum suisque exhortationibus inclinati protestati fuimus, subscripta omnia cum aliis omnibus, que memoriter non recoluimus, que ipse nichilominus processu temporis per scrutinium diligentis inquisitionis poterit experiri, nos possidere ab ecclesia patauiensi titulo feodali. Sunt autem hec: aduocatia *ecclesiarum Chremsmunster, sancti Floriani, Erla, Walthusen, sancti Yppoliti, Chotwicensis, sancti Georij, Altenburch et Sitansteten.* Item *ciuitates in Lintza, in Anaso, Chremsa* ex ea, qua monti adiacet parte. Item *Lorchuelde* cum omnibus suis attinentiis. Item *villas Trebense, Muchilev* et quitquit inter illa est. Item *Chirchpach* et ea, que sunt circa in decimis et foresto. Item omnis decima (?), quas habemus in dyocesi patauiensi, maxime tamen circa *Frienstat* et *predium in Lonuelde* cum suis decimis, *curiam Standorf.* Item *Gawatz, Chrutte, Rihwinstorf* et quitquit habemus ibidem. Item decime in *Lauchse* et circa *La* et in partibus illis. Item *villa in Pǒmgarten,* in *Widen,* in *Chuendorf,* in *Zwerendorf.* Item decime in *Probestorf* et in *Wizlinstorf.* Item aduocatia possessionum *ecclesie in Zeizenmur* et in *Mutarn.* Item XII *parrochiales ecclesie Heimburch, Stillfrit, Russpach, Valchenstein, Polan, Gors, Retze, Widervelde, Holaprvnnen, Mistelbach, Lyz* et *probestorf.* Item *villa in Geizrukke* et in *Ekchindorf.* Item aduocatia *Michelpach, Pischolfestorf circa Litam* et in *Niwsidel.* Item due *vinee aput Stein,* quas habuit *Gotfridus camerarius.* Item quitquit habet *Hartnidus de Orte* in *Phaffenberge.* Item *passagium in Mutarn.* Item feudum *aduocati Ratisponensis,* dimidia pars decime vini *an dem retzperge* aput *Niwenburch.* Item in *Hadmarstorf* XII. domos decimales, jn *Rukerstorf* XIII. jn *Bewarn* V et tercia pars de duabus domibus in *Meinhartstorf,* jn *Retze* VII. domorum decime, jn *Malmanstorf* VII. jn *Wenteldorf* IIII, jn *Wrintz* III. jn *ueteri Alsekk* decima vini ad tres carratas, jn *noualibus Cigestorf* tria talenta et XX. denarij et LX. pulli in festo michahelis, jtem decime in *foro Lengenbach* IIII^{or} modii siliginis et auene *Purchmutte.* Item decime circa *Persnich* et *Chapelle* ad estimationem C. modiorum de quolibet grano yppolitane mensure et XIII. porci, jtem stubechonis circa *sanctum Georium* LX. modii de omni grano

eiusdem mensure. Item decima in *Sirnich* XVIII. modii yppolitane mensure, jn *Pechlarn* decima vini ad carratam et due partes decimarum ibidem ad C. *Chastmutte* et VIII. sitfrischinge et I. specbswin. Item ad *sanctum Petrum in der owe* ad XXIIII. modios auene chastmut, de alia decima ibidem VIII. talenta, jtem decima in *Lyntz* ad XI scaphas, jtem decima *ecclesie wiennensis* et alia tam in possessionibus quam decimis et hominibus, quorum ad presens memoriam non habemus. In cuius rei testimonium presentem litteram roboratam sigilli nostri munimine sibi damus. Datum *Patauie* anno domini M° CC° XLI. V. jdus marcij.

Original auf Pergament mit Siegel im k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien. — Pez, Cod. dipl. epist. II. 94. — Hansiz, Germ. Sacr. I. 379. — Hormayr, Taschenbuch 1813. 186. — Buchinger, Geschichte von Passau. II. 508. — Monum. boic. XXVIII. II. 154.

XCVIII.

1241. 10. April. Passau. — *Rudiger, Bischof von Passau, verleiht dem Kloster Ranshofen Mauthfreiheit zu Passau.*

Rvdigerus dei gratia *Patauiensis episcopus* omnibus hanc litteram inspecturis salutem in domino. Sperantes, nobis proficere ad eterne retributionis premia capienda, si ecclesiis dei succurramus commoditatis remedio temporalis, aduertentes etiam earundem deuocionem: ecce dilectis in christo fratribus conuentui *ecclesie Ranshouensis* de consilio capituli et ministerialium nostrorum hanc indulsimus graciam specialem, ut uasa ipsorum in *Austriam* descendentia et naues ipsorum uictualia ab Austria deferentes in *ciuitate Patauiensi* deinceps gaudeant transitus libertate et a uexatione et exactione, que ratione mute solet exigi, penitus sint inmunes. Et ne super hac gratia dicto conuentui ualeat calumpnia in posterum suboriri, presentem paginam cum sigillo nostro et capituli ipsis dedimus in testimonium et cautelam. Datum *Patauie* anno domini M. CC. XLI. IV. idus aprilis, XIIII. indictione, pontificatus nostri anno octavo.

Orig. auf Perg. Das bischöfliche Siegel abgefallen, das des Capitels hängend. — K. baier. Reichsarchiv zu München. — Mon. boic. IV. 332.

XCIX.

1241. 25. September. Krems. — *Friedrich II., Herzog von Österreich, schenkt dem Kloster Wilhering das Dorf Eckendorf, zwei Höfe zu Pasching und zu Zeilach, erklärt diese und alle übrigen Besitzungen des Klosters von aller Gerichtsbarkeit befreit, ausgenommen in Fällen des Todes, und erlaubt, jährlich über den nöthigen Bedarf des Klosters noch ein Talent Salz mauthfrei einzuführen.*

Fridericus dei gratia *dux Austrie et Stirie et dominus Carniole* omnibus hoc scriptum inspecturis in perpetuum. Preceptis salutaribus moniti de bonis a deo nobis collatis ipsius seruitoribus libenter porrigimus subsidia caritatis, ut non solum exinde christi gloria augmentum recipiat, verum etiam ad bonorum operum studia provocando, uota cunctorum efficaces comprobemur domus domini zelatores. Sciant itaque preteriti et presentes, quod nos affectu, quo deo jugiter famulantes gratioso semper animo amplexamur sincero et solito, invitati *villam* nostram *Ekkendorf iuxta Wachrein* et duas *curias in Pæschingen* et *in Ceilae* abbati et conventui in *Wilhering* liberaliter contulimus in perpetuo possidendas, statuentes districtius et mandantes, ut nullus nostrorum iudicum vel aliorum officialium sev preconum quicquam iuris sibi de cetero nostro aut alieno nomine vendicare debeat in eisdem, hoc dumtaxat excepto, quod si fur uel alius facinorosus pro maleficio in ipsis fuerit deprehensus, sine omni emolimento succinctus tantum cingulo nostro iudici vel aliorum, in quorum ditione maleficia perpetrentur, debeat presentari, vt justum fuerit puniendus. Id ipsum in omnibus suis possessionibus volumus observari. Et ut uirtutis stimulo in donis nostris crescere videamur, eidem insuper abbati et conuentui talentum salis maioris ligaminis sev ponderis super id, quod fratrum et familie eiusdem monasterii necessitati sufficit, annuatim transducendi semel in anno sine mutta liberam concessimus facultatem. Vt autem huiusmodi liberalitatis nostre donatio perpetui roboris optineat firmitatem, presentem paginam sigilli nostri munimine roboratam ipsis super hoc duximus concedendam coram testibus subnotatis: venerabilibus *Rudegero Pataviensi, Chunrado Frisingensi, Heinrico Seckowensi episcopis, Liutprando tumpreposito Pataviensi, magistro Vlrico de Chirchperch preposito sancti Jacobi in Babenberch*, et nobilibus viris *Chunrado comite de Hardecke*, ministerialibus *Heinrico de Prunne,*

Heinrico de Seveld, Ortliebo de Winckele, Vlrico et *Pilgrino de Chappelle* et aliis quam pluribus, quorum non sunt nomina hic notata. sunt hec anno domini M. CC. XLI. XIIII. Indictione. Datum in *Chremse* VII. kalendas octobris per manus dicti *magistri Vlrici prepositi* superius memorati tunc *prothonotarii* nostri, cui hec scriptura et sigillo nostris iniunximus consignanda.

Orig. auf Pergam. mit Siegel im Stiftsarchive zu Wilhering. — Stülz, Wilhering. 516.

C.

1241. 5. October. Wien. — *Friedrich, Herzog von Österreich, gewährt den Bürgern zu Ottensheim gleich denen von Enns und Linz besondere Rechte in Mauth und Zoll*).*

FRidericus dei gratia *dux Austrie et Stirie, dominus Carniole* vniuersis hanc paginam inspecturis in perpetuum. Quoniam labilis est memoria hominum, expedit, vt negotia siue beneficia subditis a dominis suis inpensa scripture munimine roborentur. Vnde vniuersitatis vestre noticie duximus conmendandum, quod nos ciuium nostrorum in *Otensheim* vtilitatibus prouidere volentes omne ius omnemque simul gratiam, quam in mvte et thelonei solutione in terra et in aqua ciues nostri in *Anaso* et de *Lintz* gaudere noscuntur, predictis ciuibus de *Otensheime* cencessimus et indulsimus, vt hoc ipso iure et gratia semper ex hac ipsa nostra debeant concessione gaudere. Et vt hec ipsis concessa gratia et ius pariter permaneant illibatum (sic), presentem paginam nostri inpressione sigilli signatam predictis curauimus exhibere. Datum *Wienne* III° nonas octobris anno domini M° CC° XL° primo, indictione XIIII[ta]

Orig. auf Pergament mit Siegel im Marktarchive zu Ottensheim.

CI.

1241. 27. October. Neustadt. — *Friedrich, Herzog von Österreich, bestätiget und erneuert Gundakern von Starhemberg das Recht, die zum eigenen Bedarf bestimmten Nahrungsmittel zu Wasser und Land mauthfrei und ungehindert zuführen zu dürfen.*

Wir *Fridreich von gotes gnad Herczog ze Ősterreich vnd ze Steyr vnd herr ze Krain* Kunden mēnklichem in kunftige zeit, Daz

*) Cf. 1228, 22. Octob.

vnser lieber getrewr *Gundaker von Starchemberg* zu vns kom vnd legt vns fur, Daz, wie wol das wêr, daz er hiett an vestem recht, Daz alle sein Narung an allen vnsern zolsteten freylich furgiengen, Doch von wandlung der Amptlêut so wêr es vnderweilent an den egenanten Steten mit ettleichen derselben Nachkômen vmb dis ding zweyuellich vnd darumb an bewêrung derselben sach wurd er ettwenn beswêret von schaden der sawmung vnd auch des Kosten Vnd pat vns, daz wier Im daruber erbieten geruchten ein scheinbêr sicherheit vnsers gewaltes. Der pet haben wier gehullen Vnd sein darczu genayget baide von wegen seins rechten, das er vncz her gehebt hat, vnd auch vmb die gunst vnserr gnad zu Im Vnd beczeugen, daz der yeczgenant Gundaker an allen den vorgenanten Steten das obgenant recht hat, als das an disem brief gesagt ist. Dauon wellen wier vnd gebieten, daz alle Narung des egenanten Gundaker, wein, traid vnd ander notdurfftige ding seins Hauses, wie die genant sind. baide auf land vnd auf wasser, man fure Si auf, ab oder vber, an allen zolsteten vnserr Herrschafft, die man zu têutscher sprach nennet vruart, gênczlich an all vorderung freylich furgeen. Wier weren auch vesticleich in den vorgenanten, Daz nyeman dhain gût oder lêut oder dhain ander ding in den egenanten Steten, die dem offt genanten Gundaker zugehôrent, von wegen Pfandes, hazzes oder dhainer anderr sach in kain weg bekumber. Vnd durch daz dise ding alle dem offtgenanten Gundakern vnd seinen Nachkômenden erben, als vorgeschriben ist, stêt und vest beleiben, Erpieten wier Im zû ierr Krafft diesn brief geuestenet mit warnung vnserr Insigeln Vnd der Nachgeschriben geczeug. Vnd sind dis die zeug: *Anshalm von Justing, Heinrich Schenkch von Habechspach, Heinrich vnd Wernhart Brûder genant Prwzel, Chol von Vronhofen, Meinhart genant Trôstel, Ott von Walchmiskirchen, Lutwig von Netinsdorff, Wolfher genant Schine*, *Weighart von Spicz* vnd ettleich ander. Dis ist beschechen in der *Newnstat* Nach Kristes gepurd Tausent zway Hundert vnd ains vnd vierczig Jaren in der sechsten Kalend des anderen Herbst Manôts.

Aus der Bestätigungs-Urkunde Herzog Albrecht's V. vom 21. März 1415 im k. k. Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien. — Ludewig, Reliq. Mscpt. IV. 216.

CII.

1241. — *Zeugniss des Spitals am Pyhrn, dass Leutold von Pernau und seine Hausfrau demselben für eine Pfründe fünfzig Talente, dann jährlich sechs Metzen Getreide und sechs Metzen Hafer und ein Gut in Ellingen gegeben haben.*

Qvoniam labescentibus temporibus simul cvm ipsis labitur memoria hominum, necesse est, ut scripto conmendentur, que in recordatione digne haberi debentur. Ea propter ego *Amerlo hospitalis in Pirn* tam presentibus quam futuris per presentem paginam notifico. quod dominus *Livtoldus de Pernowe* et uxor sua prebendam unam consensu fratrum domus apud nos impetrauerunt, pro qua prebenda L talenta antique monete dederunt. Qui ut saluti animarum suarum melius prouiderent, annuatim sex scaphia frumenti et sex auene de mensura in *Anaso* et duos porcos in usum comunis prebende dare promiserunt. Insuper predium vnum in *Ellinge* reddens annuatim tres solidos ecclesie isti contulerunt. Qualis autem ipsa prebenda cottidie esse debeat, ne minus detur uel magis ab ipsis exigatur, in presenti scripto exprimimus. Quolibet die quatuor panes. Si vero sacerdotibus in domo albus panis detur, duo albi et duo siguli ipsis dentur. Qualitas ferculorum, uelut ipsi magistro hospitalis ipsis administretur, siue ipso hospitalensi absente velut duobus sacerdotibus ipsis fercula impendantur. Si vero tanta penuria eueniat, ut domui annona in pane non sufficiat, per ebdomadam mensuram vnam tritici, que dicitur *gorl,* ipsis tantum vsque ad nouam messem damus. Quando domus tres carradas uini habuerit, de meliori post primum uas dimidiam carradam ad annum ipsis dare promisimus, ni forte tantus defectus uini fuerit, de dimidia carrada statuta secundum quod conueniens uidetur, remittant. Quod si forte mutata uoluntate ab hospitali sponte recesserunt, de omnibus, que dederint, nullam habeant possibilitatem repetendi, nec etiam ipsis absentibus prebenda interea detur, nisi denuo redierint, prebenda predicta ut prius sine contradictione ipsis persoluatur. Si unus u . . . . . . cesserit, taliter ordinauimus. Si dominus *Livtoldus* prior obierit, vxori sue dimidietas prebende statute in cibo et potu amministretur. Si autem ipsa prius decesserit, dominus *L.* mensam hospitalis accedat et ueluti vni sacerdotum in omnibus sibi prouideatur et seruus unus sibi pascatur. Nos vero huiusmodi conuentionem ecclesie vtilem esse deliberauimus,

maxime cum ipse dominus *L.* firmiter promiserit, vt sine omni dampno domus nobiscum stare uelit et ecclesie profectum et vtilitatem in omnibus uelit promouere. Et ut nichil dubietatis in predictis ualeat reperiri de frumento et de porcis annuatim persoluendo, sic definitum est. Post mortem domini *Livtoldi* uxor sua frumentum et porcos non soluat, sed si ipse superuixerit, quamdiu per se familiam et domum habuerit, sex scaphia et porcum vnum soluat, donec comunem vitam fratrum eligere uoluerit, vt in mensa hospitalarii, ut predictum est reficiatur, tunc amodo non soluat. Acta sunt hec anno incarnationis domini M°. CC°. XLI° domino *Amerlone hospitalario* sub hiis testibus dominus *Volmarus sacerdos*, *Heinricus sacerdos*, *magister Chunradus de Lambach*, dominus *Albertus cappellarius domini episcopi babenbergensis*, *Heinricus Vlæminc*, *frater Chunradus Clauiger*, *frater Perhtoldus*, *frater Fridericus*, *frater Heinricus de Wilbach*, *Pilgrimus de Chirchdorf*, *officialis ecclesie Heinricus Chrivchær* et alii quam plures.

Orig. auf Pergament. Das Siegel verdorben. K. k. Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien.

CIII.

1241. Hintperch. — *Friedrich II., Herzog von Österreich, verleiht seinem Jäger Heinrich von Molln den Hof bei der Kirche, den schon Herzog Leopold VII. dessen Vater Heinrich gegeben, ferner eine Hube zu Geisberg und fünf Colonen auf zwei Gütern in der Garnwide.*

Fridericus dei gratia *dux Avstrie et Stirie et dominus Carniole* omnibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Licet omnibus hominibus nostris esse velimus, vt est iustum, auxilio fauorabiles et subsidiis tam parati, vt nobis eorum obsequia fidelitatis referant argumentum, illis tamen, qui nos cottidiana presentia non relinquunt et fideliter nobis per omnia famulantur, gratiori volumus liberalitatis gratia subsidium impertiri. Hinc est, quod nos servienti et *venatori nostro Heinrico de Molna* hubam suam apud ecclesiam ibidem cum omnibus attinentiis, sicut pater meus inclite memorie *dux Leupoldus Heinrico prefati venatoris patri* contulerat, assignamus et de nostre magnitudinis largitate aliam hubam in *Geizperch* cum suis pertinentiis et quinque colonos in duobus prediis *in der Garnwide* ad nostrum granarium serviens eidem *Heinrico* concedimus

titvlo pheodali. Datum per manum *magistri Leupoldi prothonotarij* et actum apud *Hintperch* anno domini M. CC. quadragesimo primo

Orig. auf Perg. mit Siegelresten im Klosterarchive zu Garsten.

CIV.

1242. 1. März. — *Sieghard Piber gibt dem Kloster Wilhering zum Ersatze für zugefügten Schaden ein Gut zu Waldenstein.*

Nouerint tam futuri quam presentes huius littere inspectores, quod ego *Sigehardus* cognomento *castor* venerabili domino *Chunrado abbati in Wilhering* suoque conuentui pro dampnis dicte ecclesie per me illatis cum reconpensatione *predii* siti *in Waldensteine,* quod annis singulis I. talentum soluit, coram testibus satisfeci cum abdicatione, quod vulgo dicitur *vurzhit, fratrum meorum Rvdegeri* scilicet et *Gozwini* (consensu). Verum cum ipsum predium in presentiarum predicte ecclesie non possem libere assignare eo, quod pro XII. solidis sit obligatum, per decimam meam *in Lintheim* et in *Curia Rothele* talem prefate ecclesie cautionem feci, vt, si ante festum sancti Jacobi proxime iam venturum predictum per me predium non solutum plane (fuerit) de predictis meis decimis solui debeatur hoc adiecto, ut seruicia etiam tam anni preteriti quam presentis de fructibus sepedicte decime domino abbati cedant, Vt igitur huius conpositionis pactum ratum permaneat atque firmum, presentem cartulam exinde conscriptam sigilli proprii appensione cum appositione sigilli ciuium in Linzee et subscriptione testium conmuniui, Testes de *Conuentu in Wilhering, Musco prior, Galfridus cellerarius, Cvnradus subcellerarius, Galfridus portarius, Anselmus, Albertus. De ciuibus in Linzhe, Hermannus judex senior, Marchwardus filius suus, Vlricus Mutarius, Heinricus Garzhon, Bernhardus Ruchlose, Cvnradus vf dem Graben, Cvnradus Wachreiner, Cvnradus thelonearius* et alii quam plures. Datum kalendis Martii anno domini M° CC° XLII°

Orig. auf Pergam. mit einem Siegel im Stiftsarchive zu Wilhering.

CV.

1242. 26. März. Hintperch. — *Friedrich II., Herzog von Österreich, gewährt dem Kloster Lambach die Mauthfreiheit auf der Donau.*

Fridericus dei gratia *dux Austrie et Stirie ac dominus Carniole* omnibus hanc litteram inspecturis salutem. Qvia ad instanciam et peticionem dilecti nostri *Wernhardi abbatis de Lambach* et conuentus eiusdem ecclesie necnon ex gracia speciali pro remedio anime nostre duximus perpetuo concedendum, vt omnia victualia sua, quocumque nomine censeantur, de cetero per *danubium* transducere debeant libere sine muta. Vt autem huius rei donatio robur firmum optineat et profectum, presens scriptum ipsis in euidens testimonium iussimus exhiberi sigilli nostri patrocinio conmunitum coram testibus subnotatis, *Anhelmo viro nobili de Justinge*, *Chunrado de Zekinge*, *Ottone camerario nostro de walchunschirchen*, *Ditrico de Tobra*, *Truslino de Heimburch*, *Liupoldo preposito Ardacensi*, *magistro Vlrico de Chirchperch, prothonotario nostro Gotschalco plebano de Holabrunne*, *Marquardo notario nostro* et aliis quam pluribus, quorum non sunt nomina hic notata. Datum *Hintperch* anno domini M° CC° XLII° VII. kalendas Aprilis.

Orig. auf Pergament mit Siegel im Stiftsarchive zu Lambach.

CVI.

1242. 15. April. Puecham. — *Heinrich von Pucheim wählt sich seine Grabstätte in der St. Ägidskirche zu Veklabruck, der er dafür mehrere Güter übergibt.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. *Hainricus de Půchaim* humilis seruus omnium deo famulantium notum fieri volo omnibus presentibus et futuris, quod ego elegi michi sepulturam apud *sanctum Egidium in Veklapruke*, et talis contractus inter me et *Hůrdnidum eiusdem loci tunc temporis plebanum* intercessit, quod vbicunque locorum citra mare decederem ipse aut suus successor cum hominibus meis *de Půchhaim* me accedat, corpus ad locum sepulture deportaturus. *Ecclesie* eciam *sancti Georii in Puchaim* in nocturnis luminaribus deinceps ministrabit *). Ad executionem huius rei, ne prefata ecclesia nimium laboribus et expensis grauetur, de consilio fidelium et hominum meorum presente vxore mea et *filio meo Alberone* predictam

*) Es scheint hier etwas ausgelassen zu sein.

ecclesiam prediis talibus dotaui. Vineum in *Wachaw* in villa, que *Wesendorf* vocatur, villicacionem in *Pucinperge*, item villicacionem in *Mohse*, item predium unum in *Ottenange*. Ad (ut) hec vero rata et inconuulsa permaneant, presentis pagine inscripcione roboraui inpressioneque sigilli mei nec non *prepositi sancti Floriani*, ad cuius *ecclesiam sancti Egidii ecclesia* inmediate spectare dinoscitur, confirmaui. Huius rei testes sunt dominus *Chunradus de Aiche et fratres sui Hárdnidus et Růdigerus*, *Hainricus de Hollinge et filius suus Willehalmus*, *Wernhardus de Óde*, *Arbo de Winchlaren*, *Tegin de Schalcheim*, *Wernhart de Húselperge et frater suus Wilhalmus*, *Fridricus de Perntal*, *Dietmarus Wásso*, *Hártwicus de Romolunge*, *Hainricus de Puche*, *Wernhart Hiertte*, *Helmwicus de Wenge*, *Otto de Otinange et fratres sui Hainricus et Pero*, *Wilchalmus de Otinange*, in cuius manu prefata predia sita sunt velut in registro. Hec facta sunt anno ab incarnacione domini M° CC° XLII° indictione XV. XVII. kalendas maii. Datum in *Půcham*.

Aus einem Perg. Codex. Saec. XV. des Stiftes St. Florian.

CVII.

1242. 3. Juni. Tittmaning. — *Rudiger, Bischof von Passau, bestätiget einen Tausch zwischen Raitenhaslach und dem Pfarrer zu Haiming.*

Rudegerus dei gratia *Patauiensis episcopus* uniuersis, ad quos presens littera peruenerit, salutem in domino. Dilecti in christo fratres *abbas et conuentus in Raitenhasilah* ex una parte et *plebanus de Heiminge* ex altera ad nostram accedentes presentiam a nobis humiliter postularunt, ut conmutationem bonorum subscriptorum, quam simul contraxerunt, admittere dignaremur presertim, cum eadem permutatio profectibus ecclesie partis utriusque et utilitatibus expediret. Est enim talis, dictus conuentus prefato plebano hubam unam *in Eisschin* cum suis attinentiis tradidit et donauit, prefatus uero plebanus uice conmutationis et recompensationis predium in *Schvzzinge* et agrum ibidem et passagium ibidem, quod *vruar* uulgariter appellatur, donauit dicto conuentui possidenda. Nos igitur considerata utilitate ecclesie utriusque petitionibus quoque partium predictarum satisfacere cupientes ipsam commutationem auctoritate litterarum presentium confirmamus. Ne autem in eadem conmutatione presumptuosa temeritate alicuius possit in posterum aliquid inmutari,

presentem paginam conscribi et sigillo nostro conmuniri fecimus ad cautelam. Data apud *Tittmænninge* anno domini Millesimo CC. XLII. III. nonas Junii.

Orig. auf Perg. mit Siegel im k. baier. Reichsarchive zu München.

CVIII.

1242. 7. Juli. Passau. — *Rudiger, Bischof von Passau, bestimmt einige Gefälle aus verschiedenen Pfarren des Archidiakonates Lorch zur Bestreitung der Kosten der Beleuchtung der Domkirche zu Passau.*

Rudegerus dei gratia *Patauiensis episcopus* salutem imperpetuum. Cum ad decorem domus dei ex iniuncto nobis officio pastoralis sollicitudinis teneamur intendere uigilanter, cooperante gratia ipsius taliter ad id adhibere desideramus operam nostram cum suffragio temporali, ut ipsa domus dei prouisione nostra et laboribus se gaudeat decoribus adornata et nobis nostrisque predecessoribus et successoribus, quod temporaliter agimus, ad salutem animarum conuertatur et transeat sempiternam. Hinc est, quod presentibus et futuris tenore litterarum presentium declaramus, quod nos cognito defectu, cuj patauiensis ecclesia in luminaribus uel propter malum statum terre uel ex negligentia miserabiliter subiacebat et quod venerande reliquie et sanctorum corpora in latebris tenebrarum existerent, ad suspicia excitati, moti pia deuotione cogitauimus intente, qualiter huic esset defectui succurrendum, sperantes nos lumine uisionis illius, in quem desiderant angelj prospicere, perfrui sine fine, si id, quod ex pio affectu concepimus, transiret salubriter in effectum. Nos igitur de consensu et uoluntate capituli nostri in subsidium luminarium et aliorum utensilium ad custodiam pertinentium ecclesie Patauiensi prouentus quarundam ecclesiarum *in archidiaconatu Laureacensi*, uidelicet de *Lintze* octo talenta, de *Sirnich* IV. talenta, de *Tauersheim* viginti solidos, de *Neunchirchin* dimidium talentum, de *Velldin* duo talenta, de *Hartchirchin* duo talenta, de *Uriztra* duo talenta, quj ad nos jure kathedratici pertinebant, liberaliter donauimus et tradidimus annis singulis perpetuo exsoluendos. Ei uero, qui pro tempore prefuerit officio custodie, hanc indulgemus gratiam specialem, ut auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam ad solutionem compellat dicti kathedratici detentores. Vt autem hoc nostre donacionis subsidio luminaria ecclesie memorate libere et sine calumpnia

cuiuslibet perpetuo perfruantur, presentem paginam cum sigilli nostri appensione et capituli subscriptione fecimus communiri. Datum *Patauie* anno dominj Millesimo CC. XLII. Indictione XV. Nonas Julij, pontificatus nostri anno Nono.

Ego *Chunradus decanus* Pataviensis subscribo. Ego *Gotfridus* canonicus Patauiensis subscribo. Ego *Chunradus* plebanus et archidiaconus subscribo. Ego *Heinricus* archidiaconus subscribo. Ego *Eberhardus* canonicus Patauiensis subscribo. Ego magister *Dieho* subscribo. Ego *Menigotus* etiam archidiaconus subscribo. Ego *Hainricus* Patauiensis canonicus subscribo. Ego *Gerhohus* canonicus Patauiensis subscribo. Ego *Rudigerus* canonicus Patauiensis subscribo. Ego *Wernhardus* canonicus Patauiensis subscribo. Ego *Oulricus* subscribo. Ego *Einwicus custos* subscribo. Ego *Otto* canonicus Patauiensis subscribo.

Mon. boic. XXIX. II. 356.

CIX.

1242. 22. Juli. Passau. — *Heinrich, Graf von Ortenberg, verpfändet dem Bischofe Rudiger von Passau um zehn Mark Gold seine Vogteirechte auf Gütern zu Mondsee etc.*

Ego *comes Heinricus de Ortenberch* tenore litterarum presentium uolo innotescere uniuersis, quod pro decem marcis auri, quas dominus meus uenerabilis *Patauiensis episcopus* mutuo mihi dedit, omnia jura iudicii et aduocatie mee in *Maense* et in *Steinenchirchen* et in bonis prefati episcopi in *Strazwalhen* in aliis quoque, siqua de bonis *Ratisponensis episcopi* in illis partibus per dictum *Patauiensem episcopum* fuerint conquisita, sibi hac conditione interposita obligaui, ut eadem bona ab omnimoda iurisdictione et dominio meo libera et exempta tamdiu cum omni utilitate et prouentibus ad ipsum episcopum debeant pertinere, quousque de prefata summa auri sibi per me integraliter satisfiat. Memoratus etiam episcopus eandem obligationem mihi sine contradictione restituet, cum sibi de ipsa summa auri per me fuerit satisfactum. Promitto insuper sibi firmiter data fide, quod de bonis siue iure prefati iudicii et aduocatie mee dicto episcopo obligatis nullo alienationis genere alieneare medio tempore aliquid adtemptabo, donec a me recipiat integraliter debita dicte summe. Si uero quicquam de iure prefati iudicii et aduocatie iam

dicto episcopo obligatis a me medio tempore euictum fuerit per iustitiam uel alio quoquo modo, tantundem de *bonis* meis *in Echenheim* obligationis nomine possidet et etiam possidebit. Insuper uero possessionis et obligationis nomine, quamdiu in prefati episcopi fuerint seruitute, XII. denarios annis singulis sibi soluam. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli mei appensione et subscriptione testium sibi dedi. Testes sunt hii: *Chunradus comes de Hardekke, Hademarus de Wesin, Chunradus de Valchinstein, Heinricus de Merswanch, Ortolfus de Waldekke, Waltherus de Tannenberch, Chunradus de Chremisdorf, Wernherus pincerna de Anzenchirchen, Gotfridus de Flozze, Ottachrus de Sygenheim, Wernhardus de Prambach* et alii quam plures. Datum *Pataule* anno domini M. CC. XLII. Indictione XV. XI kalendas Augusti.

Mon. boic. XXVIII. II. 347.

CX.

1242. 16. August. — *Friedrich II., Herzog von Österreich, bestätigt dem Kloster Wilhering die Mauthfreiheit.*

Fridericus Dei Gratia *dux Austriæ et Stiriæ et Dominus Carniolæ* omnibus Mutariis et Iudicibus eius iuxta danubium constitutis gratiam suam et bonam uoluntatem. Cum iuxta solitam progenitorum nostrorum pietatem honorare debeamus ecclesias et ecclesiasticas personas, in quarum honore Deus honoratur, specialiter tamen dilectorum nostrorum abbatis et conuentus in *Wilheringen* immunitatem et libertatem ipsis a progenitoribus nostris et a nobis indultam minuere nolumus, sed augere. Quare fidelitati vestræ mandamus sub obtentu gratiæ nostræ præcipientes, quatinus gratiam et immunitatem, quam ex nostra concessione hactenus habuerunt, conseruetis prædictis fratribus inconcussam Ita, quod in ducendis uictualibus uel aliis rebus propriis ad usus ipsorum pertinentibus, tam in terris quam in aquis, in ascensu et descensu ab eis nihil penitus exigatis prouisuri diligentius, ut illa ecclesia nunc et in posterum sic gaudeat de indulta sibi gratia, ut nos propter hoc apud Deum digna recipere possimus præmia meritorum. Datum Anno gratiæ M° CC° XLII. XVII. Calendas Septembris.

Aus der Pancharte des Stiftes Wilhering vom 24. October 1680. — Stülz, Wilhering 518.

CXI.

1242. 21. August. Passau. — *Rudiger, Bischof von Passau, überlässt dem Stifte Kremsmünster die Pfarre Weisskirchen zur vollen Nutzniessung für die zu Alburg abgetretenen Güter und Zehenten.*

Rudegerus Dei Gratia *Patauiensis Episcopus* Imperpetuum. Cum ad regimen et in partem sollicitudinis Pastoralis Officii diuina simus prouidentia euocati, summe perspicacitatis conamine in ipso diuina suffragante gratia laborare taliter optamus, principaliter tamen sic nos gerere in prouisionibus Subditorum, ut talento nobis credito cum fenore multiplici reportato in gaudium Domini introire et eternorum premiorum mereamur dulcedine saciarj. Sane cum propter hominum obliuionem et temporis labilem decursum res geste adnichilari consueuerint, si tenaci scriptorum memoria non firmentur, ea, que per nos aguntur temporaliter, perpetuare nostris scriptis consueuimus ad cautelam. Hinc est, quod innotescere cupimus tam presentibus quam futuris, quod, cum Ecclesia in *Chremsmunster* propter multiplicem hominum maliciam et miserabilem statum terre et temporis irrecuperabiliter redacta ad nichilum et oppressa de profundo miserie nostri subsidij peteret humiliter adiuuamen, nos ipsius anxietatibus paterno affectu compassi cogitauimus, qualiter eius esset inopie succurendum, recognoscentes, quod eidem Ecclesie ex eo, quod de corpore Patauiensis Ecclesie creata esset, in suis necessitatibus adesse teneremur specialiter et fauorabiliter cum effectu, vnde de communicato consilio Capituli nostri Ecclesiam in *Weizchirchin* ad ipsorum donationem spectantem cum omnibus prouentibus ipsius in usus et in subsidium prebenda et consolationis Fratrum et Conuentus diuine retributionis intuitu dedimus et donauimus liberaliter perpetuo possidendam hoc tamen adiecto, quod Conuentus Ecclesie prefate dictam Ecclesiam in *Weizchirchin* sibi datam reconpensationis nomine pro quibusdam prediis et decimis sitis in Pago et villa *Alburch*, quas ab Abbate et Conuentu dicte Ecclesie in *Chremsmunster* in proprium recepimus, debeat nihilominus possidere. Ne autem super hac nostra donatione dicto Conuentuj ualeat inposterum calumpnia suboriri, presentem paginam, qua ipsam donationem confirmamus, cum Sigilli nostri appensione ipsi Conuentui in testimonium dedimus et cautelam. Datum *Patauie* Anno Domini Millesimo CCXLII. XII. kalend. Septembris Indictione Quintadecima, Pontificatus nostri Anno Decimo.

Urkundenbuch von Kremsmünster, Nr. 72.

CXII.

1242. 28. August. St. Florian. — *Dietmar, Propst zu St. Florian, verzichtet auf den Ersatz der durch Pilgrim von Samagdorf widerrechtlich bezogenen Zehente zu Salmansleiten, nachdem das Schiedgericht das Bezugsrecht derselben dem Kloster zugesprochen.*

D. dei gratia *prepositus, archydiaconus Laureacensis* et *Capitulum in domo sancti Floriani* Omnibus hanc paginam inspecturis Salutem in domino. Cum *Pilgrimus de Samagdorf et Vlricus filius eius* deciman ecclesie nostre in *Salmansleiten* multo tempore iniuste detinuissent et domini nostri *Patauienses Episcopi Vlricus, Gebhardus* et *Rudigerus* ad querelam Ecclesie nostre iniustos detentores prefate decime sepius excommunicassent, tandem bonis uiris mediantibus nos ex parte nostra et Vlricus ex parte sua compromisimus in arbitros, qui secundum qualitatem negocii et processuum iudiciorum litem terminarent, promissione ab utraque parte exhibitam, quod sententiam arbitrii reciperemus. Arbiter ergo ex parte nostra dominus *Wernhardus custos* et *Otto filius Gerwici*, Ex parte *Vlrici Pilgrimus de Praitenanger* et *Heinricus de Styria* et *Rupertus de Aneso* mediator, causa (sic) diligenter discucientes ita diffiniuerunt, vt *Vlricus*, quia in illa decima nullum ius habuit, nobis eam libere resignaret et nos pro bono pacis ipsum *Vlricum* et patrem eius a vinculo excommunicacionis et a peticione preteritorum dampnorum absolueremus et domino *Rudberto* mediatori in festo sancti Michahelis tria talenta solueremus. Et hec forma arbitrii ab utraque parte recepta est et confirmatum (sic). Huius rei testes sunt *Otto decanus de Aneso, Heinricus scolasticus, Engelschalcus Scriba, Hermannus Wolfolt, Leupoldus filius Rudberti, Engelbertus et Rudpertus fratres, Rudigerus, Meinhardus, ReicherusPier, Hainricus Institor, Hainricus Officiarius de Lobenstain, Hainricus Pellifex de villa nostra, Chunradus et Otto fratres, Otto de Gattern et Hainricus Gener suus, Meingodus magister hospitum. Herwordus apud Pontem. Chunradus et Syboto gener suus, Meingoldus, Hainricus, Gumpoldus, Fridericus camerarius, Et Otto Aquilegensis, Vlricus de Mauthausen, Albero de Swans, Rugerus Ramzgût, Dietericus filius Reinhardi.* Et ad pleniorem huius facti confirmacionem cum Sigillo nostro Sigillum *Rudberti* et sigillum *Burgensium de Aneso*

presenti pagine appendere iurauimus. Data Anno domini M° CC° XLII. in *domo sancti Floriani* V° kalendas septembris.

Aus einem Codex Saec. XV. des Stiftes St. Florian.

CXIII.

1242. 22. September. Salzburg. — *Das Domcapitel zu Salzburg beurkundet die Übernahme der Vogtei über das Kloster Reichersberg von Seite des Erzbisthums Salzburg.*

Chuno dei gratia *prepositus*, *Heinricus decanus totumque Capitulum ecclesie Salzburgensis* tam presentibus quam futuris Imperpetuum. Quoniam aliquando improborum audacia et discordias suscitantium malitiosa obtrectatio peruertere solet, que rite fuerint ordinata, et pro quiete religionis concessa in dispendium nonnunquam pertrahere moliuntur, per curricula etiam temporum humana fragilitas obliuiscitur, quod suo tempore per graues labores et expensas non modicas obtinuit utiliter difiniri, vnde prouida deliberatione antiquitas bene statuit et nouitas perspiciens honestum et utile conseruauit, tam perturbantium bene gesta quam etiam per antiquitatem in obliuionem deducta per autenticam scripturam ad memoriam hominum reuocari (sic per omnia). Qua propter cum *ecclesia Reicherspergensis* per *nobilem uirum de Hagenawe Lvdewicum* et progenitores suos adeo fuerit ratione aduocatie et iniusti dominij deuastata, quod eius talis esset defectus, quod tam in spiritalibus quam in temporalibus in precipicium pertrahi uideretur et ut resurgeret, adicere non ualeret (sic), venerabilis in Christo pater et dominus *Eberhardus secundus Salzburgensis archiepiscopus*, qui condolens destrvctionj ipsius et reformationj intendens de sua solita pietate, qua religiosorum et deo famulantium semper utilitates promouit, per labores multos et expensas non modicas dictum nobilem ab eadem aduocatia totaliter separauit numeratam ei pecuniam, prout inter ipsos conuentum extitit, exsoluendo ita, quod ipsi renuntiaret omnino in suis manibus resignando et hoc in presentia curie sue et dominj *Lvdewici* uiri magnifici *dvcis Bawarie Renique Palatyni* et multorum nobilium, qui eidem resignationi et tractatui interfuerunt, quorum consilio et auxilio est peracta, et preterea eandem aduocatiam idem pater venerabilis supradictus super altare beati Rvberti assignauit de consensu capituli et ministerialium hac condicione adiecta, ne ipse

uel successores sui alicui de cetero infeodare ualeant, sed qui pro tempore Salzburgensis ecclesie archiepiscopus esset, ad manus suas sine aliquo emolumento teneret, priuilegium suum super hoc tam sigilli sui munimine quam subscriptione testium roboratum eidem ecclesie hylariter conferendo. Venerabiles igitur fratres *prepositus et capitulum Reicherspergense* uidentes, quia mundus in maligno est positus et non nocet abundans cautela, a nobis humiliter petierunt, quatenus tenore priuilegi (sic) sui perspecto litteras testimoniales nostras eis concedere dignaremur. Nos autem iusta petentibus desiderata noluimus denegare, sed petitioni eorum beniuolum prebere consensum, presens instrvmentum in supradictorum euidens testimonium cum apositione nostri sigilli duximus concedendum. Datum apud *Salzburch* X. Kalendas Octobris anno ab incarnatione domini M? CC? X? LII?

Orig. auf Perg. mit Siegel im Stiftsarchive zu Reichersberg.

CXIV.

1242. 23. September. Salzburg. — *Eberhard, Erzbischof von Salzburg, überlässt dem Kloster Reichersberg für eine von dem Grafen von Ortenburg verkaufte Besitzung zu Lessach andere Güter.*

✝ In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Eberhardus* dei gratia *Salzburgensis archiepiscopus apostolice sedis legatus* tam presentibus quam futuris in perpetuum. Ecclesiastice moderationj conueniens est omnino, quecumque ordinata fuerint rationabiliter uel decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari. Hinc est, quod scire uolumus uniuersos, quod nos in conmutationem possessionum in *Lessach,* quas a *Comite de Ortenburch* conparauimus, cum aliis possessionibus ac numerata pecunia possessionem dilectorum fratrum de *Richersperge* in *werenhersdorf* cum suis attinentiis ac mancipiis sibi dedimus, quia ratione aduocationis idem collegium plurimum infestabat in eodem predio, ut quasi non habitum reputarent. Cum autem idem monasterium nobis in temporalibus ex donatione fundatoris specialiter attineret, ipsum in omnibus subleuare uolentes cum propter improbitatem aduocati, tum etiam propter conmodum propinquitatis eidem possessiones nostras tradimus pleno iure, nomina locorum, ubi sita sunt predia, et censum ipsorum, ne exinde aliquando oriatur questio, subnotantes: jn *Appenawe* quinque feoda, *Rota* duo,

Strubsteg tria, quorum quodlibet estimatione taxata centum quinquaginta caseos soluit uel duodecim solidos usualis monete et decimam in eisdem feodis pro libra Salzburgensium computata. Item apud *Albm*, quod uulgariter dicitur *Gigær*, unum feodum ualens ducentos caseos uel duas libras, item in *Verrepach* trecentos caseos uel totidem libras, item *Hohenwart* triginta denarios, item *Albenliten* denarios sexaginta et hec omnia cum siluis, pascuis, quesitis (et) in posterum inquirendis. Horum autem reddituum summa est quatuordecim libre in computatione finali. Vt igitur hec conmutatio seu donatio nostra de consensu capituli nostri facta coniuentia Ministerialium accedente de cetero non ualeat irritari, presentem paginam ipsis in euidens testimonium dedimus sigilli nostri munimine roboratam protectioni apostolice et beatorum Patronorum nostrorum Petri et Pauli et sanctorum Confessorum Roberti, Virgilij patrocinio subponentes, ut, qui maliciose in irritum deducere uoluerit, omnipotentis dei offensam se nouerit incursurum. Testes autem sunt hij: *Heinricus Decanus, Heinricus Custos, Chunradus purcrauius, Otto de Merenstain, Fridericus de Leimher (?), Heinricus de Megelinge, Heinricus de Perchaimen Canonici Salzburgenses. Comes Chunradus et nepos eius Comes Liutoldus de Plain, Albero de Walichen, Gerhohus de Perchaimen, Dietmarus de Aichaim, Gerhohus de Wœiœr, Sachcs de Tanne, Chunradus de Taeching, Marquardus de Perchaim, Chunradus Tisingar, Otto Gœnsel* et alii quam plures. Datum aput *Salzpurch* Nona Kalendas Octobris, Anno ab incarnatione dominj M° CC° XL° II°

Orig. auf Perg. mit Siegel im Stiftsarchive zu Reichersberg.

CXV.

1242. 11. November. Ötting. — *Otto, Herzog von Baiern, genehmigt einen Gütertausch zwischen dem Kloster Raitenhaslach und dem Pfarrer zu Heiming.*

Otto dei gratia *Comes Palatinus Rheni et Dvx Bawarie* presens scriptum intuentibus salutem. Cum pleraque gesta hominum et contractus ex obliuionis uicio et iniquorum hominum perfidia sepius uideantur debilitari, necesse est, ut ea, que posteris relinqui volumus, litterarum testimonio confirmemus. Hinc est, quod notum facimus uniuersis presens scriptum intuentibus, quod concambium, quod factum est inter dilectum nobis *conuentum de Raitenhasla* et

plebanum de Haiming pro predio, quod dicitur *Eisching* et *portum*, qui dicitur *Schuzing*, ratum uolumus habere et inconcussum. Ne uero quisquam huic pacto ualeat obuiare, presentem paginam sigilli nostri munimine decreuimus roborari. Datum apud *Odingam* Anno domini M. CC. XLII. in die sancti Martini.

Orig. auf Perg., dessen Siegel zum Theile zerbröckelt, im k. baier. Reichsarchive zu München.

CXVI.

1243. 25. Februar. Rosenberg. — *Heinrich von Rosenberg verleiht seinem Diener, genannt Gusner, das Dorf Waldau zum erblichen Besitze.*

Cum res gesta mandatur litteris, uniuersa calumpnie materia preuenitur. Nos igitur *Henricus dominus de Rosenberch* notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos fideli *famulo* nostro *Vlrico* dicto *Gusner* atendentes ipsius obsequium et fidelitatem, villam nostram in *Waldawe* cum omnibus ad eandem iuste pertinentibus, videlicet agris, campis, pratis atque siluis jure hereditario contulimus possidendam. In cuius collationis testimonium et robur validissimum presentem litteram fecimus nostri sigilli munimine roborari, testibus subnotatis: Primo domino *Wenceslo purchrauio in Rosenberch, Wolfrado de Gusen, Zenco de Zypin, Dworata filio ipsius, Vlrico de Weichsel, Pribislo Lednicer, Ortlino Seubelperger, Freisinger, Ditmaro de Nemce, Vlrico de Sestauue, Walmano, Petro, Ottone, Trojano, Zastaworo* et aliis quam pluribus fide dignis. Actum et datum in *Rosenberch* anno domini M° CC° XXXXIII. V° kalendas marcii.

Orig. auf Perg. mit Siegel im Stiftsarchive zu Hohenfurth.

CXVII.

1243. 20. Mai. Kremsmünster. — *Rudiger, Bischof von Passau, spricht dem Kloster Garsten zwei Höfe zu, welche Dietmar von Steyr widerrechtlich an sich gerissen.*

Rudegerus dei gratia *Patauiensis Episcopus* vniuersis, quibus presens littera fuerit demonstrata, Salutem in domino. Continentia litterarum presentium uobis duximus declarare, quod, cum nuper aput *Gœrstin* essemus personaliter constituti, ex priuilegiis dicte ecclesie nobis exhibitis et prelectis nobis constitit manifeste, quod curia

sita *in loco, ubi Rŏmnich in Anasum fluuium labitur, et curia super Gastaige*, quibus *Ditmarus de Stiria* ab *Ecclesia Patauiensi* se asserit infeodatum, ad prefatam *Ecclesiam in Gærstin* inmediate et cum omni iure sacerdotali debeant pertinere. Et ne quisquam in posterum calumpniose nomine *Patauiensis Ecclesie* uel ex eius infeodatione sibi in ipsis curiis in grauamen *ecclesie Gærstensis* aliquid iuris uendicet uel usurpet, presentem litteram roboratam munimine Sigilli nostri prefate ecclesie pro testimonio dedimus et cautela. Datum in *Chremsmunster* Anno domini Millesimo CC. XLIII. XIIII° kalendas junij, Indictione Prima.

Orig. auf Perg., dessen Siegel abgefallen, im Archive zu Garsten.

CXVIII.

1243. 8. December. Krems. — *Friedrich, Herzog von Österreich, bestätiget die Rechte und Freiheiten des Klosters St. Florian.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Fridericus* dei gratia *dux austrie et stirie et dominus carniole* omnibus christi fidelibus in perpetuum. — Licet generaliter imago ad ymaginem omnium condita creatoris, pro ut sui (sic) deposcit qualitas conditionis, suo sit opifici ad reddendas gratias obligata, specialiter tamen in sublimatibus constituti tanto sunt ei ampliori obnoxii famulatu (sic), quanto pocioribus ipsos beneficiis sua fecit prouidencia principari. Cvm itaque gratie a deo habundancius nobis collate desideremus existere non ingrati, progenitorum nostrorum uestigijs inherentes, qui spe diuine remunerationis de suo patrimonio monasteria fundauerunt et alias ecclesias pro diuino amore de suis facultatibus ditauerunt, nos ad earundem ecclesiarum defensionem omnimodam et quietem cupientes intendere cum effectu, quamuis omnium generaliter teneamur indempnilatibus prouidere, ecclesiam tamen, que *domus sancti floriani* nuncupatur, in nostram recepimus defensionem et gratiam specialem recognoscentes et confirmantes eidem singula jura, que pie memorie pater noster simul cum reliquis condonationibus, quocunque nomine censeantur, ipsi gracioso animo ac pia deuocione noscitur concessisse. Itaque sicut in priuilegijs dicte ecclesie et in priuilegiorum confirmationibus siue ab imperatoribus siue a patre nostro pie memorie ipsi collatis plenius est expressum, ob dei reuerenciam et beati martiris floriani prefatam ecclesiam cum omnibus hominibus suis,

colonis et propriis, censualibus et prediis et possessionibus habitis et habendis, ubicunque in nostra potestate, districtu, iudicio seu dominio constitutis ab aduocatorum uexatione et secularium judicum prorsus eximimus ditione (sic) districte precipientes, ut nullus jvdex secularis in bonis ecclesie placitandi uel homines eorum ad placitum euocandi, pernoctandi uel aliquid ab eis exigendi aliquam auctoritate nostra sibi uendicet potestatem. Ivs quoque nostrum, quod dicitur *Marchfuter*, in omnibus ecclesie prediis secundum antiquam collatam ipsi gratiam relaxamus, victualium quoque suorum siue in aquis siue in terris transducendi libertatem ipsi plenissimam indulgemus. Preterea siqui ministerialium de *austria*, de *stiria* uel aliorum nostrorum fidelium, cuiuscunque fuerint conditionis, pro remedio anime sue uel quocunque genere donationis uel conmutationis predia sua ad nos quocunque jvre spectancia ecclesie contulerint memorate, donationem huiusmodi volumus esse ratam statuentes, ut nullus huic nostre confirmationi pariter et iuribus concessis ausu debeat temerario contraire, sed ecclesiam sepe dictam gaudere permittat concessa sibi a nobis sine obstaculo libertate. Vt autem huismodi nostre donationis confirmatio et ivris concessio graciosa perpetui roboris obtineat firmitatem, presens scriptum eidem ecclesie duximus concedendum sigillorum nostrorum caractere roboratum et testibus subnotatis. Huius ergo rei testes sunt *Heinricus de schômberch, Otto De Slevnza, Chadol de Veldsperch, Heinricus de Prvnne, Heinricus de Sevelde, Rapoto de Valchenberch, Heinricus de Havspach, Gvndacher de Storchenber, Ljvpoldus prepositus de Ardacher, Meinhardus scriba, Hatmarus de Schônberch, Dietmarus de Steira, Hertnidus de Altenhoven, Heinricus de Zelking, Chvnrat et Vlricus fratres de Hintperch* et alij quam plures. Datum in *Chremsa* per manus *Vlrici Prothonotarij* VI^ta^ Idus Decembris.

Orig. auf Pergament mit Siegel im Stiftsarchive zu St. Florian. — Stülz, St. Florian. 312, und Ludewig, Rlqq. Mscpt. IV. 221.

CXIX.

1243. — *Revers des Abtes Heinrich von Wilhering, die Stiftung Leutold's von Pernau, der seinen Hof in Pernau zum Kloster gegeben, getreu zu erfüllen.*

Heinricus diuina miseratione dictus *abbas in Wilhering* officii nostri debitam prosequimur actionem et ad vtriusque uite felicitatem

nobis prodesse non ambigimus, si memoranda nostri temporis facta per suffragia litterarum transmisimus noticie posterorum eo, quod diminute sint veritates a filiis hominum querentium per calumpniam aliena. Nouerint igitur vniuersi presentem paginam inspecturi, quod pie memorie dominus *Levtoldus de Pernawe* anime sue prouidens in futurum tradidit ecclesie nostre manu coadunata et potestatiua *vxoris sue Jute* et *filii sui Levtoldi* curiam suam in *Pernowe* fratrum vsibus profuturam. Nos autem uersa uice de conmuni consilio conuentus plena fide promisimus eidem L. suisque consanguineis subnotatis, quod prefata curia nunquam per nos alienabitur ab ecclesia in *Wilhering* iure feodali vel censuali nec aliis modis, sed singulis annis in vigilia Thome apostoli dabitur conuentui consolatio conpetens de prouentibus curie prenotate. Porro si contingat eandem curiam in aliquo molestari vel in iure nostro debilitari, filius suus *Levtoldus* adhuc uiuens sine omni vtilitate molestiam illam propulsabit et ius nostrum fideliter promouebit. Ad huius rei certam euidentiam presentem paginam exinde conscriptam sigillo nostro fecimus insigniri. Testes sunt *Ditricus plebanus in Witimspach, Vlricus ibidem, Heinricus et Chvnradus filii sui, Alramus et Chunradus filius suus de Witimspach, Heinricus de Alzingen, Hermannus de porsenprunne, Werinhardus de pozowe, Walchunus de nitertingen, Chunradus de Golansperge, Herrandus faber, Heinricus de villa* et alii quam plures. Actum Anno domini M° CC° XLIII° Indictione prima.

Aus einem Copialbuche des Stiftes Wilhering.

CXX.

1243. — *Friedrich, Herzog von Österreich, verleiht den Brüdern Heinrich und Arnold Piber und dem Ulrich von Lobenstein die Mauthfreiheit für ihren Hausbedarf.*

Nos *Fridericus D. G. Dux Austriae* et *Styriae et Dominus Carniolae* etc. Quod nos *Henrico Piber* et *Arnoldo* Fratri suo et *Ulrico de Lobenstain* concessimus ex gratia speciali, sicut piae memoriae Pater noster ipsorum Patribus dato instrumento quondam dignoscitur indulsisse, ut omnia victualia eorum, quae pro domibus suis habuerint necessaria, transducant jure perpetuo absque et sine exactione qualibet etc. Anno 1243.

Hoheneck III. 353.

CXXI.

1244. 8. April. St. Florian. — *Rudiger, Bischof von Passau, erlaubt den Brüdern von Steyr, dass sie einige ihrer Güter zu Hargelsberg, welche passauische Lehen sind, dem Kloster St. Florian zum Seelgeräthe geben dürfen.*

Rvgerus dei gratia *Patauiensis episcopus* omnibus presentem litteram inspecturis salutem in domino. Accedentes ad presenciam nostram *fratres de Styria* nobis humiliter supplicarunt, ut ad hoc noster consensus accederet et uoluntas, ut ipsis liceret quedam bona in *Haedegersperge*, que a nobis et ecclesia patauiensi feodaliter possiderent, ecclesie *S. Floriani* in remedium animarum suarum et progenitorum et posteritatis ipsorum tradere perpetuo possidenda. Nos itaque peticionis ipsorum deuocioni fauorabiliter annuentes, intendentes nichilominus prefate ecclesie nobis deuote profectui hac in parte ea, que dicti fratres pia deuotione ducti postulabant, cum fauore admisimus et consensu renunciantes iuri feodi, quod in eisdem bonis ad nos spectare et *Patauiensem* ecclesiam sciebatur, ut prefata ecclesia in subsidium necessitatum suarum tytulo proprietatis eadem bona liberius perpetualiter possideret. Vt autem huiusmodi consensus noster et donacio sine calumpnia robur obtineat perpetue firmitatis, hanc litteram conscribi et nostro sigillo muniri in testimonium fecimus et cautelam. Datum in *sancto Floriano* Anno domini MCCXLIIII. VI. Idus Aprilis, Indictione II.

Aus einem Codex Saec. XIII. im Stiftsarchive zu St. Florian. — Stülz, St. Florian. 319.

CXXII.

1244. 3. Juli. Starhemberg. — *Freiheitsbrief Herzog Friedrich's II. von Österreich für die Stadt Enns.*

Fridericus dei gratia *Dux Austrie et Stirie et Dominus carniole* vniuersis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Attendentes dilectorum *Ciuium* nostrorum *de Anaso* huiusmodi deuotionis merita, que nobis utpote fideles et deuoti hactenus exhibuerunt et adhuc exhibent indefesse, ipsis concessimus ex gratia speciali, ut nullus ex ipsis, qui ibi nunc resident et adhuc ibidem residere cogitant in futurum, aliquam mutam de hiis, que de ipsa Ciuitate abduxerint uel induxerint, exsoluere debeant, sed libere transuebant

vniuersa. Ad hec ut dicta Ciuitas nostra, que plerisque incendiis est uastata, solite nostre gratie recipere debeat incrementum, Statuimus et illibata iussimus obseruari, vt omnia fora diebus dominicis de cetero conquiescant nec caupones sint infra Miliare, sicut hactenus consueuerunt, nec in *villa*, que *Ensdorf* dicitur, ex panificibus nisi tantum duo resideant et unus caupo, nec extra murum aliqui Caupones resideant, sed intrent conmuniter Ciuitatem et ibi suas venditiones exerceant more debito et consueto. Et ut hec, que ipsis indulsimus, robur optineant perpetue firmitatis, presentem litteram eis exhiberi iussimus nostro Karactere consignitam in euidens testimonium et tutelam. Datum *Starchenberch* Anno domini M. CC. XLIIII° V. Nonas Julii.

Orig. auf Perg. mit Siegel im Stadtarchive zu Enns. — Hormayr, Taschenbuch 1813. 54.

CXXIII.

1245. 3. August. Lyon. — *Papst Innocenz IV. nimmt das Spital am Pyhrn in seinen Schutz.*

Innocentius episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis *a. magistro et fratribus hospitalis sancte Marie in alpibus* patauiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia deuotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consueuit et, ne prauorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam pia mater sue protectionis munimine confouere. Eapropter dilecte in domino fili, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas uestras et locum, in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem terras, possessiones, redditus et alia bona uestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uobis et per uos hospitali uestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Lugduni* III. nonas augusti, pontificatus nostri anno tercio.

Orig. auf Perg. mit Bleibulle im k. k. Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien.

CXXIV.

1245. 31. October. Krems. — *Rudiger, Bischof von Passau, bestätiget auf die Bitte Gundackers von Starhemberg den Gabbrief des Bischofes Wolfker vom Jahre 1198 über die Herrschaft Wildberg.*

Rudigerus Dei Gratia *Pattauiensis Ecclesiæ Episcopus* omnibus Christi fidelibus salutem in ipso. Cum scripture exercitium stabilitatis memorie sit certum auxilium, solent cause conservabiles scripti sepius et testium munimine solidari. Vnde scire damus omnibus in futurum, quod dilectus fidelis Noster *Gundackerus de Storchenberch* Nos accedens quoddam Nobis privilegium præsentavit aliquando patri suo super collatione *Castri Wiltperch* et omnium eidem attinentium a Venerabili *Pattauiensis Ecclesiæ Episcopo Wolfkero* traditum petens a Nobis instanter ipsius privilegii contentum sibi scripto et testibus innovari. Erat autem tenor oblati Nobis privilegii tali modo:

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. *Wolfkerus* Dei Gratia *Pattauiensis Ecclesie Episcopus* omnibus in futurum affectum etc. (Folgt die Urkunde vom 30. Juni 1198, Bd. II, pag. 460, Nr. 316.) Nos itaque lecto et examinato ipsius privilegij contentu per omnia sicut omnium causarum in ipso positarum exordium bene competere sentimus, sic ipsarum effectum omnimodis approbamus. Non quasi de nuper concepto benivole dispensantes Sed ut de diu bene percepto debite disponentes in hoc feodo. Omnia igitur et singula, que hic denuo in rescripto ponimus, habentes rata approbando confirmamus Animadvertentes perpensi in his, quod quevis possessio per sui usus perceptionem et temporis diuturnitatem quiete adducta in omni re Potentatum juris et triumphum justitie perpenditur obtinere. Omnia quoque, (que) in hac pagina posita videntur, tanquam ab antecessore Nostro *Wolfkero* Venerabili Episcopo data Nos authoritate, qua fungimur, confirmamus, ut sit dicto *Gundackero* quam petiit a Nobis, firmitas et probatio innovationis in omni suo jure, quod secundum premissa huc usque cognoscitur habuisse. Vt autem omnia hec, que hic expressa sunt, in statu debito observari oporteat inconvulsa, Apponimus in robur et testimonium rei geste huic pagine Sigillum Nostrum Testibus quoque huic facto presentibus annotatis. Testes *Hadmarus de Wesen*, *Waltherus de Tanneberch*, *Chunradus de Valchensteine*, *Chunradus de Griffenstæine*, *Hadmarus et Rappoto*

fratres de Valchenberch, Hadmarus et Rappoto fratres de Schenneberch, Chadoldus et Hadmarus fratres de Werde, Ramungus de Lengenvelde, Hermannus de Rechperch, Otto de Manneswerde, Karolus de Alkenperge, Wulfingus de Charlsperch et alii quam plures. Acta sunt hec in *Chrems* in Carnario Anno ab incarnatione Domini M. CC. XLV. indictione XIII. Anno pontificatus Nostri XV. pridie Kal. Novembris.

Wurmbrand, Collectanea genealogica, Addenda 236. — Ludewig, Reliqq. Mscptt. IV. 230. — Leupold, Allgemeines Adels-Archiv der österreichischen Monarchie 639.

CXXV.

1245. Formbach. — *Dietmar von Hugenberge gibt zum Seelgeräthe nach Formbach mit Verzicht auf die Vogtei den vierten Theil der Hube Pomgarten.*

Uniuersitatis christiane inpingimus memorie, quod Miles quidam *Ditmarus nomine de Hůgenberge* annuente filio suo seniore *Sifrido* uocato pro remedio anime sue tradidit ecclesie beate Marie in *Vornbach* quartam partem unius hůbe, que *Pomgarten* dicitur, ad LX denariorum redditum annualem, cunctis eiusdem donationis usibus nec non et iuri aduocatie tam ipse quam filius firmiter et libere renuntiantes. Et ne successorum ipsius quispiam predictum cenobium hac donatione debeat in posterum diuestire uel iure hereditario aduocatiam sibi partis huius uendicare, traditionem illam sub descriptione testium disposuit confirmari. Acta sunt hec in Vornbach anno M°. CC°. XL°. V. Testes huius rei sunt Domnus *Offo* eiusdem loci prepositus cum ceteris ibidem confratribus, *Rudigerus de Aiglinge, Chunradus junior de piurebach, Vlricus de Poppenberge* et alii quam plures.

Aus dem Formbacher Codex in dem k. baier. Reichsarchive.

CXXVI.

Circa 1245. — *Otto von Steyr sendet dem Bischof Konrad von Freising fünf Güter zu Klaus und Öd auf.*

Reuerendo in Christo Patri ac Domino *Conrado Frisingensis* Ecclesiæ Episcopo *Otto miles Dominus de Styre* affectuosum et paratum ad omnia famulatum. protestor præsentibus coram uobis, quod quinque Pheoda, quæ uestra gratia mediante hactenus possedi titulo feodali, quorum quatuor super locum dictum *clusa* sunt posita

et residuum super solitudinem dictam uulgariter *Oede*, uobis uoluntarie et libere cum omni iure, quo illa possedimus, reconsigno et scilicet residuo (sic), ut mei causa seruitij *Henrico de Neundorf* et suis fratribus conferatis cum omnibus pertinentijs et iuribus, sicut a me ab Ecclesia Frisingensi et uestra munificentia eadem sint possessa, feoda enim, de quibus agitur, ad manus aliorum transferre disponens causis aliquibus est interceptum, maxime cum prædicti fratres in eisdem Priores fuerint possessores et ideo maiori instantia uestræ paternitati porrigo preces meas. Testes autem, qui huic scripto præsentes aderant, est (sic) meus frater *Duringus* et *Cunradus miles de Gailspach*, *Otto de Cheldorf* et *Theodoricus de Vokkenberg* et *Ericus Bauarus*. (Sine dato.)

Aus einer handschriftlichen Genealogie der Abkömmlinge der Grafen und Markgrafen von Steyr, verfasst von Valentin Preuerhuber, 1637. Archiv zu Eschelberg.

CXXVII.

1246. 12. Mai. Salzburg. — *Eberhart, Erzbischof von Salzburg, verleiht dem Kloster Wilhering jährlich ein halbes Pfund Küffelsalz aus seiner Saline.*

Eberhardus dei gratia *Salzburgensis archiepiscopus apostolice sedis legatus* Omnibus presentem Paginam inspecturis Salutem in domino iesu christo. Cvm pretextu fragilitatis humane labilis sit memoria hominum, necesse est, ut ea, que aguntur in tempore, per aliquod amminiculum mentibus hominum commendentur. Hoc igitur scripto notum facimus tam presentibus quam futuris, quod defectum, quem Monasterium de *Wilheringen* in Sale patitur, intuentes, moti visceribus pietatis eidem Monasterio in Salina nostra nudi salis talentum dimidium Cuppularum ob nostrorum predecessorum ac propriorum veniam delictorum de consensu nostri capituli tradidimus annuatim ita, quod sepedicto Monasterio aput Salinam nostram annis singulis in festo Natiuitatis beate virginis ab officialibus nostris, qui idem officium Saline pro tempore tenuerint, dicta Salis quantitas annis singulis assignetur. Vt autem talis donacio perpetuo gaudeat robore firmitatis, pro euidenti testimonio et cautela Sigillo nostro ac eciam Sigillo Capituli nostri memorato Monasterio hanc fecimus Paginam roborari. Datum huius aput *Salzburch* anno domini M° CC° X° LVI° IIII^to^ Idus Maii, Indictione IIII.

Orig. auf Pergament. Die an Pergamentstreifen hängenden Siegel sehr beschädiget. Stiftsarchiv Wilhering. Diese Schenkung bestätigt Erzbischof

Friedrich (Dat. *Salzburge* M. CC. LXXII. IIII^te kalendas Julii) wörtlich den Brief Eberhard's einschaltend, Orig. auf Pergament. Das Siegel hängt an einem Pergamentstreifen. — Endlich bestätiget die Verleihung noch (Dat. *Salzeburge* Mensis Julii die Decima Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto) Erzbischof Friedrich. Siegel verloren. — Abgedruckt bei Stülz. Wilhering. 519.

CXXVIII.

Circa 1245. — *Die Brüder von Waldeck verzichten zu Gunsten des Klosters Reichersberg auf alle Vogteien, die sie bisher angesprochen haben, und entsagen der Gerichtsbarkeit über die Unterthanen desselben.*

Presenti scripto pateat vniuersis, quod nos *Ortolfus, Hainricus-Alkerus fratres de Waldek* pro dampnis et grauaminibus, que nos et homines nostri dumtaxat *Richerspergensibus* intulimus, satisfecimus in hunc modum. Aduocatias, quas dominus *Meingotus de Einberge patrvelis noster* in possessionibus dictorum *Richerspergensium* cum lite tenebat, remisimus vniuersas et fratres nostros *Lvtoldum et Meingotum*, qui etiam in eisdem Aduocatiis jus habere videbantur, induximus prece nostra, quod et ipsi integraliter remiserunt. Sunt autem ista: *Pvrchartingen* duos mansus, *Mvkkenwinchel* duos, ad *molendinum* duos, Inter *Molendinum et Mvkkenwinchel* duos, *Elhenpach* duos. Remisimus quoque Aduocatiam Curie, que dicitur *Pvhperge*. In aliis autem aduocatiis, si quas ad presens habemus vel in futurum habituri sumus, generalem de jure aduocatorum constitutionem domini *Friderici Imperatoris* presentis, quam fecit vel adhuc faciet, promisimus ipsis inviolabiliter conseruare. Item recognouimus eis ius ipsorum a Regibus et imperatoribus eis concessum et eorundem priuilegiis confirmatum, quod tale est: Nos uel quicunque judex noster pro tempore fuerit in Monte ipsorum, ubi Claustrum situm est, a ponte maiori et infra exercere placita non debemus, Familiam quoque ipsorum, que in cottidiano seruicio eorum est, non licebit nobis de causa alicuius iudicare nec ad placita nostra, ubicunque habuimus, aduocare, nisi forte aliquis ordine judiciario de latrocinio vel de furto vel de aliquo alio crimine, quod morte plectendum est, conuictus fuerit, illum si extra septa Montis conprehendimus, poterimus licite condempnare, ipsius tamen res, si quas habet, nobis tangere non licebit. In monte autem quantumcunque reum non debemus captiuare vel aliquo modo manus inmittere

violentas, sed ipsi tenentur tales a se, cum nos eis significauimus, remouere. Promisimus autem, ut, si aliquis colonus ipsorum vel alius de familia Ecclesie, vbicunque in bonis ecclesie habeat mansionem alibi quam in Monte, conuictus legitime fuerit de tali crimine, quod morte plectendum est, circa bona eiusdem mobilia et inmobilia generale ius terre et patrie consuetudinem eis integraliter conseruemus. Super hec omnia memorate *Richerspergensi Ecclesie* dedimus predia nostra libere et absolute ad XX^ti^ solidos, nichil iuris nobis uel aduocatie vel alterius rei in eisdem prediis reseruantes. Promisimus quoque, quod et nos ab omni futura lesione, iniuria, grauaminibus et indebita usurpatione tam aduocatorum quam aliarum rerum omnino abstineamus tam facto quam consensu et homines nostros et omnes nobis adherentes vel in posterum adhesuros similiter et efficaciter conpescamus. Fuit autem conpositio iniciata mediante et promouente domino nostro *Rvdegero Patauiensi Episcopo* in presentia multorum, quos huius rei rogauimus esse testes, quorum hec sunt nomina: *Magister Albertus boemus, Meingotus frater noster Patauienses canonici et Archidyacones, Alramus Nobilis de Halse, Otto de Poschmunster, Waltherus, Pilgrimus fratres de Tannenberch, Sigboto de Lonsdorf, Fridericus de Pachschingen, Engelscalcus judex Patauiensis, Chvnradus antiquus iudex* et alii quam plures. Postmodum vero hec ipsa eadem conpositio fuit taliter confirmata. Nos predicti fratres *Or. et H. et Al.* in manus domini *Gregorii Subnensis Prepositi* porreximus dextras nostras et fidem datam confirmauimus prestito sacramento, quod si quisquam de familia nostra laudum nostrum ausus fuerit uiolare dampna dictis *Richerspergensibus* inferendo, nos super hoc requisiti ipsis tenemur satisfactionem infra mensem. Huius rei testes sunt prefatus *Gregorius Subnensis Prepositus, Hainricus Svain capellanus suus, Dietricus cellerarius Richerspergensis, Chŏnradus de Valchenstain, Chunradus Pvrbach, Chvnradus de Rainpach, Hartwicus de Angesiez, Alhardus* et alii quam plures. Ad maiorem quoque certitudinem presens scriptum sigillis nostris fecimus conmuniri.

Orig. auf Perg. Das Hängesiegel verloren. Stiftsarchiv Reichersberg.

CXXIX.

1246. 14. Juni. Niwenstat. — *Auftrag des Herzogs Friedrich von Österreich auf Albero von Polheim, im Falle seines Todes dem Bischofe von Passau dreitausend Mark Silber Schadenersatz aus den Gefällen der landesfürstlichen Städte Linz und Wels zu bezahlen.*

Fridericus dei gratia *dux austrie et Styrie et dominus Carniole* dilecto fideli suo *Al. de pollenhaim* salutem et omnem gratiam. Quia, cum presens scriptum tibi porrigitur, forte tunc non sumus, fidei tue condecens est et meritorium apud deum, ut nostris excessibus conpaciendo et nostram animam et singula, que tibi commisimus, plus sollicita benignitate manuteneas et conserues. Hinc est, quod te scire uolvmus, quod nos *tempore nostri conflictus cum Hungaris,* sicut scis, habendi nos, sicut speramus, plenarie confessi *quoddam testamentum confecimus sed quasi occultum propter diuersas causas,* sicut apostolico per integre scripto expressimus propter hoc, ut ipse tanto promcius possit et debeat singula, que statuimus, auctoritate apostolica confirmare. In ipso siquidem testamento quia statuimus, quod domino *Episcopo patauiensi* pro damnis, que sibi intulimus, debent dari tria milia Marcarum argenti a nostris coheredibus, uolumus et mandamus, quod tu *Ciuitates Welsam et Lintz* simul cum *trostelino* tue fidei habeas conmendatas, ipsas ciuitates cum earum prouentibus tam diu dicto Episcopo contuendo, donec ipse memoratam pecuniam totam percepit juxta formam littere, quam dedimus super ea ciuitatibus nominatis. Item scias, quod nos nostram animam, terram et homines tunc temporis apostolice subiecimus dicioni ad hoc, ut tu et alii nostri ab iniustis insultibus et grauaminibus possint interea ad ipsum papam appellare, donec illi consurgant, quibus ordinauimus terras nostras. — Datum *Niwenstat* sub castris jn nocte sancti Viti.

Mon. boic. XXIX. II. 361.

CXXX.

1246. 3. Juli. Burghausen. — *Otto, Herzog von Baiern, verzeiht dem Abbte und Convente von Mondsee die ihm von denselben aus Anlass der Belagerung des Schlosses Wildeneck zugefügten Beschädigungen und nimmt das Kloster in seinen Schutz.*

Nos *Otto* dei gratia *Comes Palatinus Reni*, *dux Bauarie* etc. Omnibus presenti scripto declaramus, quod dilecti nostri *Abbas et Conuentus de Mânnsee* venerabiles super grauaminibus vniuersis ab ipsis et familia sua in obsidione *Wildenegk* et alias nobis illatis nostre gratie plene sunt reformati. Et ipsam Ecclesiam cum omnibus attinentijs nostre speciali assumpsimus tuicioni, Ita videlicet, si pactum et promissum Sigillis et scriptura ipsorum videlicet Abbatis et capituli nobis caute ac sincere obseruentur nobis ab eisdem assignatis. Quoniam autem actus modernorum hebescere consueuerunt, nisi scripture testimonio fuerint consolidati, presentem literam ipsis dedimus Sigillo nostro gloriose munitam. Datum *Burchusen* Anno domini M° CC° XLVI° V. Nonas Julij, Quarta Indiccione.

Aus dem Copialbuche des Klosters Mondsee im k. k. geh. Hausarchive zu Wien.

CXXXI.

1246. 23. Juli. Burghausen. — *Chunrat, Graf von Wasserburg, verleiht dem Kloster Raitenhaslach die Mauthfreiheit bei seiner Mauth zu Vichtenstein.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego *Chŏnradus Comes de Wazzerburch* feliciter Amen. Pateat vniuersis christi fidelibus tam presentis quam futuri temporis, quod nos ob reuerentiam dei et omnium sanctorum et in remissionem omnium peccaminum nostrorum Ecclesie Cysterciensis ordinis in *Raytenhasila* talem gratiam prestamus videlicet, ut fratres illius ecclesie victualia sua in ascensu et descensu et alia sibi pertinentia in tanta per terras et aquas deferant libertate, quod nullus Mutariorum aut officialium nostrorum in *Castro nostro vichtinstein* vel alibi conmorantium occasione rerum eisdem fratribus pertinentium aliquam Mvtam siue exactionem requirere audeat vel presumat. Super hac igitur donationis libertate presentem paginam insignitam Kractere (sic) Sigilli nostri fratribus memorati loci cum ydoneorum annotatione testium duximus porrigendam. Testes

autem sunt hii: *Inclitus Otto Comes Palatinus Rheni, Dux Bavvarie, filii sui Lvdwicus et Heinricus, Rapoto Comes Palatinus Bawarie, Wernhardus de Schovvinberch et Wernhardus de Vttindorf nobiles, Ortolfus de Laimingen, Chŏnradus de Sebruke, Arbo Notarius Ducis Bawarie, Rapoto Notarius Ducisse, Vlricus Notarius Comitis de Wazzerburch, Heinricus de Pyrchenwanch, Wolframmus dictus Stal, Vitulus de Pŏrchŏsin, Dietricus Scriba* et alii quam plures. Datum aput *Pŏrchvsin* Anno Incarnationis domini M° CC° XL sexto, X. kalendas Augusti, Quarte Indictionis.

Orig. auf Perg. im k. bair. Reichsarchive mit einem Reitersiegel an weissen und rothen Seidenfäden.

CXXXII.

1246. Im Schlosse Neuburg. — *Leo von Hutenheim vermacht auf seinem Sterbelager dem Kloster Formbach Besitzungen in Utenheim, Rizing, Rutheim etc.*

Cunctis christi fidelibus omnisque generationis, que uentura est, memorie inpingimus, quod *Leo dictus de Hutenheim* dum ultima traheret suspiria et sacram percepisset feliciter unctionem a domno *wernhardo plebano huius cenobii prespitero* in Remissionem peccatorum suorum testatus est *Worbacensi* monasterio dimidium mansum in *vtenheim* et dimidium mansum in *Ricinge* et in *Rutheim* dimidium et quartale apud Ripam *Rurippe*. hec traditio facta fuit publice in castro dicto *nevmburch*. Testes sunt Domnus *Rapoto de Ezenbach. Rudinus de heiglinge*, in cuius domo actum est, Domnus *Vlricus de popinperge*, *Chunradus iunior de Pevribach*, *Ortwinus de Geselperge* et alii quam plures. Acta sunt hec Anno domini M° CC° XL° VI°

Aus dem Formbacher Codex im königl. bair. Reichsarchive.

CXXXIII.

1247. 7. Jänner. Lyon. — *Papst Innocenz IV. nimmt das Kloster Kremsmünster mit allen seinen Gütern in seinen apostolischen Schutz und bestätigt dessen Besitzthum.*

Innocentius episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis Abbati et Conuentui *Crhensemonasterij* ordinis sancti Benedicti, Patauiensis diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et uota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Quapropter dilecti in domino filij uestris iustis postulationibus grato con-

currentes assensu personas uestras et Monasterium, in quo diuino mancipati estis obsequio, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, Specialiter autem terras, possessiones et alia bona uestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uobis et per uos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Lugduni* VII. Id. Januarii, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Urkundenbuch von Kremsmünster, Nr. 73.

CXXXIV.

1247. 21. Jänner. Lyon. — *Papst Innocenz IV. nimmt das Kloster Kremsmünster in seinen Schutz und bestätigt den Besitz aller hier aufgezählten Besitzungen.*

Innocentius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs Abbati *chremsmonasterij* eiusque Fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis Inperpetuum. Religiosam uitam eligentibus apostolicum conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Quapropter dilecti in domino filij uestris iustis postulationibus clementer annuimus et Monasterium *Chremsemonasterij* Patauiensis diocesis, in quo diuino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus, In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam in eodem Monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem Monasterium impresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum uel Principum, oblatione fidelium seu alijs iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec proprijs duximus exprimenda uocabulis. Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus

pertinentijs suis, Parrochialem ecclesiam de *Kirichperch* cum decimis et omnibus pertinentijs suis, quam bone memorie *Theobaldus Pataviensis Episcopus* Capituli sui accedente consensu Monasterio uestro pia et prouida liberalitate concessit; Ecclesias *de Ror inferiori* et *superiori* cum omnibus pertinentijs suis; de *Chemnaten*, de *Halle*, de *Riede* et de *Weizchirichen* parrochiales ecclesias cum omnibus decimis et pertinentijs suis; *sancti Egidij in Ponte* et de *Cell* ecclesias cum omnibus decimis et pertinentijs suis; de *Welse*, de *Taleheimen*, de *Puohchirichen* et de *Warcpercheum* parrochiales ecclesias cum omnibus decimis et pertinentijs suis, ecclesiam de *chirichtorf* cum decimis et omnibus pertinentijs suis; Parrochialem ecclesiam de *Gersten* cum decimis et aliis pertinentijs suis; Parrochialem ecclesiam de *Stemmechirichen* cum omnibus cellis, Capellis, decimis et aliis pertinentijs suis; Parrochialem ecclesiam de *Vihet Wanch* cum omnibus pertinentijs suis; parrochialem ecclesiam de *Monte sancti Martini* cum omnibus pertinentijs suis, ius patronatus eiusdem ecclesie et predium, que ex dono quondam *Alheidis Comitisse de Hohemburch* et filiorum eius habetis ibidem; ecclesiam in *Phestol* cum omnibus pertinentijs suis. Jus patronatus, quod in predictis parrochialibus ecclesiis obtinetis; predium, quod a flumine *Norebach* seorsum usque in *Chremsam* quondam dux Bawarie, prout spectabat ad eum, Monasterio uestro pia et prouida liberalitate donauit; Mansum unum in *Halle*, unum Mansum in Monte uicino necnon et possessiones uestras alias cum pratis, uineis, terris, nemoribus, usuagijs et pascuis, in bosco et planno, in aquis et molendinis, in uijs et semitis et omnibus alijs libertatibus et immunitatibus suis. Sane noualium uestrorum, que proprijs manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, siue de uestrorum animalium nutrimentis nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat quoque uobis clericos uel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conuersionem recipere ac eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum uestrorum post factam in Monasterio uestro professionem fas sit sine Abbatis sui licentia nisi artioris religionis obtentu de eodem loco discedere, Discedentem uero absque communium litterarum uestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat uobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis suppressa uoce diuina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto.

Chrisma uero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promouendi, a diocesano suscipiatis Episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam et communionem sacrosancte Romane sedis habuerit et ea uobis uoluerit sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, ut infra fines parrochie uestre nullus sine assensu diocesani Episcopi et uestro Capellam seu Oratorium de nouo construere audeat, Saluis priuilegijs Pontificum Romanorum. Ad hec nouas et indebitas exactiones ab Archiepiscopis et Episcopis, Archidiaconis seu Decanis alijsque omnibus ecclesiasticis secularibusue personis a uobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni et extreme uoluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati uel interdicti sint aut etiam publice usurarij, nullus obsistat, Salua tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones ad ius ecclesiarum uestrarum spectantes, que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad ecclesias, ad quas pertinent, reuocandi libera sit uobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte uero te nunc eiusdem loci Abbate uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu uiolentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu uel eorum maior pars consilij sanioris secundum deum et beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Paci quoque et tranquillitati uestre paterna inposterum sollicitudine prouidere uolentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum uestrorum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere uel interficere seu uiolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus Monasterio uestro concessas, nec non libertates et exemtiones secularum exactionum a Regibus et Principibus uel aliis fidelibus rationabiliter uobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, Salua sedis apostolice auctoritate et diocesani Episcopi canonica iustitia et in predictis decimis moderatione concilii

generalis. Siqua in futurum igitur ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit secundo tertioue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, Quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum Judicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Ego *Innocentius* Catholice ecclesie Episcopus ss. Ego *Oto portuensis et Sancte Rufine Episcopus* ss. Ego *Petrus albanensis episcopus* ss. Ego *Petrus tituli sancti Marcelli presbiter cardinalis* ss. Ego *Willhelmus basilice duodecim Apostolorum presbyter cardinalis* ss. Ego frater *Hugo tituli sancte Sabine presbiter cardinalis* ss. Ego *Ottauianus sancte Marie in Via lata diaconus Cardinalis* ss. Ego *Petrus sancti Georgij ad uelum aureum diaconus Cardinalis* ss. Datum *Lugduni* per manum Magistri *Marini* sancte Romane ecclesie Vicecancellarij XII. kal. Februarii, Indictione V. Incarnationis dominice Anno M° CC° XL. VI° Pontificatus uero domini Innocentij pape IIII. Anno Quarto.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 74.

CXXXV.

1247. 4. Februar. Wien. — *Rudiger, Bischof von Passau, verpfändet für ein Darlehen von fünfzig Mark Silber zur Abzahlung der wegen Einlösung der Veste Viechtenstein gemachten Schulden einige Güter.*

Rvdegerus dei gratia *Patauiensis Episcopus* Omnibus hanc litteram inspecturis salutem. Presentis scripti testimonio pateat vniversis, quod, cum nos *Chunrado Comiti de Wazerburch* pro absolutione Castri *vihtenstein* grauibus essemus debitorum oneribus obligati, *Fridericus de Prunne* dilectus Ministerialis noster et *Gerwicus de Prukke* L. marcas argenti nobis ad nostram instantiam mutuarunt interposita tali forma, quod in *villa nostra Mosprunne* XVI. talentorum et LX. denariorum redditus, quos antedictis pro memorato argento de consilio nostrorum fidelium duximus obligandos, nomine pignoris possidebunt. Et si a festo Natiuitatis domini proxime uenturo per Annum dictum argentum ipsis a nobis non fuerit

persolutum, ex tunc tenebunt et heredes eorum tytulo feodali. Si uero decedere ipsos contigerit eo tempore, quo dicti Fridericus et Gerwicus possessiones predictas uel ratione obligationis uel nomine feodi tenebant, illj, quibus testati fuerint, eodem iure per omnia possidebunt, premissis eisdem, sicut et prioribus a nobis integraliter conseruatis. Vt autem prescripta ipsis inuiolabiliter a nobis nostrisque successoribus obseruentur, presentem litteram sigilli nostri munimine roboratam eis dedimus cum subscriptione testium in testimonium et cautelam. Hii sunt testes: *Meingotus de Waldek, Vlricus de Memminge* Patauienses Canonici, *Plebanus Heinricus de Prukke, Chunradus notarius, Hadmarus de Wesin, Heinricus Pincerna de Habispach, Vlricus frater suus, Otto de Haselowe, Heinricus de Merswanch, Uulfingus de Horsendorf, Irnfridus de Swabdorf, Trauslibus de Porz, Otto de Lengembach* et alii quam plures. Acta sunt hec *Wienne* Anno dominj Millesimo CC. XLVII. Pridie Nonas Februarij.

Mon. boic. XXIX. II. 362.

CXXXVI.

1247. 13. März. — *Albero von Chunring und die Bürger von Krems, Stein und Linz leisten Bürgschaft für Siboto, den Sohn des Regensburgers in Stein, der von Albero von Polnheim und Tröstl von Zierberg gefangen worden.*

Omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, ad quos presens scriptum peruenerit, notum fiat, quod nos uidelicet *Albero de Chunringe* et ciues *Cremenses, Steinenses et lincenses* pro duobus milibus talentorum ponimus nos fideiussores Domno *Alberoni de Polnheim* et Domno *Trostlino de Cyrberch* pro *Sibotone filio Ratisponensis in Stein,* quod nec ipse nec unquam aliquis hominum ipsos uel aliquos de suis impetet uel grauabit pro incomodis siue dampnis, que captiuando ipsum sibi dinoscuntur intulisse, ita dumtaxat, ut, si hiis contrarium aliquid fuerit attemptatum, debitores efficiamur, ut spopondimus, duum (sic) milium talentorum et nichilominus nobis obici possit, quod uiolauerimus fidem nostram. Et ut hec conpromissio nostra plenioris certitudinis habeat firmamentum, hoc priuilegium sigillorum nostrorum appensionibus conmunitum supra dictis domnis exhibemus. Huius rei testes sunt *ciues de Crems, Irnfridus Decanus, Siuridus iudex, Minhardus quondam iudex, Ekbertus, walchunus wrto,*

Ebergerus filius vochonis, Albertus miles de wedeling, Zeizmannus, Helnwicus sartor et vlricus frater suus, vlricus filius decani, Heinricus ungarus frater iudicis, Pilgrimus, Siuridus de vruar, Heinricus egenburger, Ortlibus, Rapoto uir hadmudis, Conradus rufus, Prehtelo scriba, Gotfridus frater pilgrimi, Beibastus iudeus. Item De Stein Conradus ratisponensis, Conradus seuelderius, Conradus pheffinger, Conradus cetto, vlricus patauiensis, Reinbertus gener seueldarij, Hugo de Movtarn, Ekbertus et Siboto filij eius, Otto filius haistolfi, Eberhardus Chezzelrinch, Gozzo gener seueldarij, Conradus filius eiusdem, Heinricus de ibs, Otto et Gerhardus filij eius, Hovnelinus gener ratisponensis, Fridricus auunculus sibotonis, haitvolch de levben, Gotfridus et Hertwicus de Mavtarn, Grifo de Mavtarn. Item De linz Hermannus, Marquardus et Heinricus antiqui iudicis filij, Siboto gener fabrisse, Heinricus faber, Conradus wachrainer, Conradus perwinder, Pernhart nevnchircher, walther in Angulo, Conradus gener gevmanni, Chalochus maritus sitchinne, Fridricus hòsrucker, Herbordus patauiensis, Otto plenchel, Heinricus de assa, Marquardus mvleich, Ditmarus antiqui iudicis filius, Heinricus de wachrain, Otacher vutrer, Hertnidus antiqui thelonearij filius. Item huius rei testes sunt *vlricus prepositus De Reichersberge* et *Heinricus miles cognomine zveimannus* et *Pabo dispensator domni trostlini*, quo presente predicti omnes fecerunt sua nomina hic ascribi, Isto et aliis pluribus sigilla ista huic litere sunt appensa. Datum Anno domini M°CC°XLVII° III° jdus Martij.

Orig. auf Perg., schadhaft, im Archive zu Garsten; die drei Siegel, welche an der Urkunde hingen, sind abgefallen.

CXXXVII.

1247. 12. Juli. Passau. — *Rudiger, Bischof von Passau, bestätiget dem Kloster Baumgartenberg den Zehent auf drei Meierhöfen zu Gozoltinge, Modenstorf und Teiming.*

Rudegerus dei gracia patauiensis Episcopus Omnibus presentem literam inspecturis Salutem in eo, qui est uera salus. Licet iuxta dominicum preceptum proximos nostros intuitu fraterne caritatis diligere teneamur, maxime tamen illis in quolibet necessitatis articulo subuencionis stipendio adesse tenemur, Qui se ipsos abnegantes et

conmutantes transitoria perpetuis intemerate virginis filio se holocaustum offerunt sub sancte religionis habitu sibi iugiter militantes. Huius rei gracia presenti scripto innotescimus vniuersis, quod nos dilectorum in christo fratrum Abbatis et Conuentus sancte Marie in *Paumgartenperge* iustis et rationabilibus peticionibus fauorabiliter inclinati ipsis indulsimus auctoritate et testimonio presentium literarum, ut decimaciones trium Grangiarum, videlicet *Gozoltinge, Modenstorff* et *Teiming*, siue easdem grangias in Mansus redigere uoluerunt (sic) siue non, sicut ab inicio ecclesie sue ipsas quiete et sine contradiccione qualibet possederunt, sic perpetuo presentis scripti patrocinio et confirmacione ipsos quieta possessione gaudere uolumus earundem. Quicumque autem in huius nostre confirmacionis et indulte sibi libertatis nocumentum aliquid attemptarit, indignacionem omnipotentis dei et nostram et sentenciam excommunicacionis se nouerit incurrisse. Ad maiorem eciam confirmacionem et in testimonium premissorum, ad que dilectorum in christo fratrum Capituli patauiensis uoluntas affuit et consensus, presentem litteram conscribi et sigilli nostri et Capituli Robore fecimus conmuniri. Huius rei testes sunt: *Pylgrimus abbas de sancta Cruce*, *Dietricus Abbas de Alderspach*, *Ernestus abbas in wilheringe* Cisterciensis ordinis, *Gerhochus* Archidiaconus, *Vllricus de Mamingc* Archidiaconus, *Dietmarus* plebanus Canonici Patauienses, *Otto de posemunster*, *Conradus zachalm* laici et alij quam plures. Datum *patauie* Anno domini Millesimo ducentesimo Quadragesimoseptimo, Quarto ydus Julij, Pontificatus nostri Anno Quartodecimo.

Aus einem Vidimas auf Perg. vom 28. Juni 1439 im Musealarchive zu Linz.

CXXXVIII.

1247. 16. Juli. — *Rudiger, Bischof von Passau, beurkundet einen Vergleich zwischen dem Kloster St. Nikola und Leutolt Prüschink wegen des Hofes zu Lintheim.*

R(udigerus) dei gracia *Patauiensis episcopus* Omnibus presentis pagine inspectoribus salutem. Nouerit discrecio uestra, quod, cum ad nostram venirent presenciam *Conuentus s. Nycolai* et *Leutoldus* cognomine *prúschinc*, idem conuentus locauit iam dicto *Leutoldo* curiam suam in *Linthaim* pertinentem ad officium camere predicti conuentus sub annuo censu duarum librarum Wiennensis Monete in festo Andree soluendarum hoc pacto adiuncto, ut si temere

neglexerit eundem censum soluere vltra predictum terminum amplius quam ad VII dierum spacium, a iure suo cadat nec posteris suis aut heredibus vllum ius relinquet in predicta. Insuper in robur huius pacti firmius et fidelius obseruandum se ipsum et secum *Wernhardum germanum suum* et dominum *Fridericum de Walde* obligauit promittentes in solidum, ut si iniuriosus aut violentus ipsis postmodum in iam dicta curia existeret, predictorum quilibet solueret antedicto conuentui X libras wiennenses. promisit et post ipsius obitum eidem curie relinquere tam in armentis quam alijs omnia, que pertinent ad culturam et que vulgo *paugriht* dicuntur, nec habebit ius obligandi vel vendendi aut quoquo modo alienandi antedictam curiam ab eis, nisi de ipsorum licencia speciali. Insuper omni actioni, quam habuit in prepositum et conuentum absolute renuncians in amicabilem concordiam consenserunt. Preterea ad ius aduocati de eadem curia pertinens se obligauit sub pena predicta integraliter persoluendum. petierunt et instancius, ne talis causa denuo in iudicium veniat, presens factum sigilli nostri munimine roborari. Acta sunt hec M°. CC°. XLVII°. XVII°. kalendas Augusti.

Aus einem Pergam. Codex. Saec. XIV. in der k. Hofbibliothek zu München.

CXXXIX.

1247. 23. October. Krems. — *Otto, Graf von Eberstein, Reichsverweser in Österreich und Steyr, erklärt mit Bezug auf den Freibrief Herzog Friedrich's die Besitzungen des Stiftes Waldhausen für frei von der Gerichtsbarkeit und den Requisitionen der Richter zu Laa und im Machlande und des Amtmannes zu Strancendorf.*

Otto commes de Eberstein, Sacri Imperii per austriam et stiriam Capitaneus et procurator Judicibus in *La* et in *Machlant* et Officiali in *strantendorf (vel strancendorf)* Salutem et omne bonum. Mandamus vobis auctoritate jmperiali precipientes et nostra, quatenus nullam vobis Jurisdicionem aut prouentuum receptionem seu exactionem in prediis *Ecclesie Sancti Johannis apostoli et ewangeliste in walthusen* aliqualiter vendicetis, secundum quod a quondam *Duce austrie Friderico* inductum (sic) fuit eidem, prout in ipsius priuilegio plenius continetur. Qui autem contra tenorem huius scripti venire presumpserit. Offensam jmperatorie maiestatis et nostram se nouerit incursurum. Datum aput *Cremis* anno domini M°. CC°. XLVII°. X. kalendas nouembris, VI. Indictionis.

Orig. auf Pergam., an dessen Abschnitzel das nun verloren gegangene Siegel hing. Musealarchiv zu Linz. — Kurz, Beiträge. IV. 460.

CXL.

1247. 1. December. Passau. — *Rudiger, Bischof von Passau, begnadiget das Kloster Wilhering dahin, dass dasselbe von seinen Weinbergen in Zukunft nur ein Pfund Pfenninge jährlich statt des Zehentes an ihn zu entrichten habe.*

Rvdegervs Dei gratia *Patauiensis Episcopus* Imperpetuum. Grata et deuota obsequia abbatis et Conuentus Sancte Marie in *Wilheringe* nobis exhibita et que nobis gratiora inposterum exhibere poterunt, aduertentes, principaliter tamen pro diuina retributione eidem Ecclesie hanc gratiam fecimus specialem, ut de omnibus vineis ad ipsam pertinentibus, siue vinee in agros siue agri in vineas redigantur, nobis et successoribus nostris tantum vnam libram Wiennensem jn festo Cholomanni annuatim soluant nomine decimarum. Vt autem eidem Ecclesie indulta gratia a nobis et nostris successoribus inuiolabiliter obseruetur, presentem paginam cum sigilli nostri appensione et testium subscriptione fecimus roborari. Testes sunt hii: *Magister Dietzo, Otto de Lonsdorf canonici Patauienses, Otto de Possmunster, Heinricus de Harthaim, Chunradus de Chremsdorf, Heinricus de Prisekke, Dietricus Abbas et frater Anshalmus de Alderspach, Gebolfus plebanus de Niwnchirchen, Otto Notarius* et alii quam plures. Datum *Patauie* Anno domini Millesimo CC°. XLVII°. Kalendas Decembris, Pontificatus nostri Anno quinto decimo.

Orig. auf Pergam. Das Siegel hängt an rothen und gelben Seidenfäden. Stiftsarchiv Wilhering. — Stülz, Wilhering 520.

CXLI.

1247. — *Gundacker von Storchenberg bezeugt, dem Kloster Ebersberg zu Zeiten des Abbtes Konrad einen Zehent zu Wedling übergeben zu haben.*

Notum sit omnibus presens scriptum intuentibus, quod ego *Gvndukerus de Storchenberch* quo quadam summa peccunie ac pro remedio anime mee vxorisque mee, progenitorum ac liberorum nostrorum decimam in *Wedelingen,* qua infeodatus sum a domino meo Episcopo *Patauiensi*, tradidi *Eberspergensi* ecclesie Frisingensis dyocesis temporibus *Chvnradi Abbatis ibidem cognomento Chrevlinger;* procurante vero *heinrico Monacho dicto Stokel, qui postea electus et confirmatus in Abbatem,* petiuit a me, quamvis memoratam decimam per litteras meas resignassem Domino meo Episcopo

Rvdigero, ut ad totjus cavillationis vitium amputandum resignationem porrigerem personalem, duobus ministerialibus suis predictam decimam iure traderem feodali. Hanc peticionem, sicut debui, subito et voluntarie adimpleuj. In Curia eius *Grussendorf* et presentia Venerabilis *Abbatis Ditricj de Aldirspach* Patauiensis dyocesis cysterciensis ordinis prenominatus Abbas Heinricus de Ebersperch obtulit mihi multis viris honestis presentibus duos de meliorj familia ecclesie sue, *Sifridum cognomine Slegil* et *Růdigerum de Ekkelpurch*, quibus propter deum et preces ac merita dilecti Amici mej iam dicti Abbatis vvltu leto, mente hylari supra nominatam decimam iure contuli feodalj. Statim infeodati a me pro animo dederunt et confirmauerunt per obligationem manu mea factam CC[as] libras Ratisponensis monete toto dapsilis suo domino et cenobio sepedicto. Abbas vero Heinricus sibi suisque successoribus cauens, ne nota vsure ipsis a cauillosis hominibus posset inpingi, decreuit, Sifrido Slegil et Růdigero de Ekkelpurch in testimonium possessionis et seruitij Annualis de summa prescripte peccunie omni Anno XXX denarios defalcari. Et ne in hoc tractatu salutifero posteritati nostre obliuio vel aliqua contrarietas Eberspergensi Cenobio dampnosa oriatur, presens scriptum iussi sigilli mei munimine roborari. Acta sunt hec Anno domini MCCXLVII[mo].

Orig. auf Pergament im k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien. Das Siegel ist verloren.

CXLII.

1247. — *Chunrat Cachhalm gibt durch die Hand Ulrich's von Lonstorf sein Gut zu Cumpoting dem Kloster St. Nikola bei Passau.*

IN nomine domini amen. Laudabile est scripture testimonium, quod ueritate sua lites reprimit et euacuat calupmias (sic) accionum. Nouerint igitur uniuersi tam presentes quam posteri huius pagine inspectores, quod ego *Chunradus cognomine Cachhalm* ob anime mee remedium et liberacionem animarum progenitorum meorum lego per manum *Ulrici de lonstorf* predium meum aput *Cumpoting ecclesie sancti Nycolai* cum omnibus eidem predio adtinentibus agris, siluis, pratis, areis nullo contradictionis articulo eidem ecclesie in predicto predio nocituro, cum antedictus *Vlricus* eiusdem predii sit *confirmator*, quod wlgo *salman* dicitur, et quum proprium sigillum non habeo, donacionem antedicti predij a me prius factam

antedicte ecclesie per sigillum patauiensis capituli decreui nunc tandem firmiter roborare. Acta sunt hec Anno domini M° CC° XLVII°.

Aus einem Perg. Codex Saec. XIV. in der k. Bibliothek zu München.

CXLIII.

1248. 20. Jänner. Passau. — *Das Domcapitel zu Passau gibt seine Zustimmung zu dem Gnadenbriefe des Bischofes Rudiger, dat. 1. December 1247 für das Kloster Wilhering.*

Capitulum Patauiense Omnibus christi Fidelibus presentem litteram inspecturis Salutem in domino. Cum uota iusta digne sint et rationabiliter admittenda, maxime tamen illorum, qui pro religione, ampliori sunt gratia amplectendi. Hinc auctoritate presencium declaramus, quod nos ad preces domini nostri *R. venerabilis Pataviensis Episcopi* gratie, quam ipse fecit *Ecclesie in Willheringe*, omnimodis consentimus, videlicet ut eadem Ecclesia de omnibus vineis, quas in presentiarum possidet et ad ipsam pertinent, siue vinee in agros siue agri in vineas redigantur, sibi et successoribus suis tantum vnam libram Wiennensem in festo Kolomanni annuatim soluant nomine decimarum; de eodem nostro consensu hanc presentem litteram ipsi Ecclesie dantes Sigillo nostri Capituli conmunitam. Testes vero sunt hii: fratres *Gotfridus Senior*, *Magister Dietzo*, *Heinricus de Weging*, *Heinricus de Ramung*, *Magister Ainwicus*, *Magister Johannes*, *Dietmarus Tumplebanus*, *Otto de Lonsdorf Archydiaconus*, *Werinhardus de Morspach*, *Albertus de Alderspach*, *Anshalmus frater ibidem*, *Dietricus Plebanus de Grimarstetin* et alii quam plures. Datum *Patauie* Anno domini M° CC° XLVIII° XIII. Kalendas Februarii.

Orig. auf Perg. mit einem hängenden Siegel. Stiftsarchiv Wilhering. — Abgedruckt bei Stülz, Wilhering 520.

CXLIV.

1248. 26. März. Patauie. — *Revers Heinrich's von Morspach, das Bisthum Passau nicht mehr zu beschädigen.*

Ego *Heinricus de Morspach* presentibus litteris notum facio vniuersis, quod, cum de lesionibus, quas domino *R. Patauiensi Episcopo* et ecclesie et hominibus ipsis intuleram, penitentia ducerer et sue quererem gratie reformari, promisi sub sacramento non solum in posterum abstinere a consimilibus et eum et suos pro uiribus defendere,

sed etiam tanquam fidelis ecclesie sibi et ecclesie fidelibus et debitis obsequiis adherere. Et ut de premissis et subsequentibus plenior fides sibi fieret, *filium meum Ottonem seniorem* sibi assignabo pro familia et pro servo, cui secundum gratiam suam et auxilio suo et ad consilium amicorum meorum prouidebit in uxore et a me medietatem proprietatis et hereditatis recipiet cum uno Castrorum meorum, quod dominus episcopus duxerit eligendum. Ceterum promisi firmiter, Castra mea sibi assignare, custodia hominum suorum, quamdiu uoluerit et ad amicorum meorum consilium reseruanda et dominus episcopus in aliquo Castrorum suorum me tenebitur collocare. Item adiectum est et per *Heinricum et Ortolffum fratres de Waldekke*, *Wernhardum de Murringe*, *Ortolffum de Morspach* et *Chalhohum de Valchinstein* et eorum et meos amicos iuratum, quod si ego uel aliquis ipsorum omnium promissorum aliquid attemptauerimus uiolare uel antiquas iniurias iterare, eundem inuademus et persequemur hostiliter, cum a domino episcopo fuerimus requisiti, et eidem gratia domini episcopi, quam adeptus fuerat, omnimodis subtracta precedentes iniurias districte repetet ab eodem et feoda et patrimonium eiusdem ad dominium ecclesie uacantia transferentur ita uidelicet, si ipsas iniurias infra XIIII. dies non correxerit requisitus. In cuius rei testimonium presentem litteram conscribi et Sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Datum *Patauie* anno domini Millesimo CC. XLVIII. VII. Kal. Aprilis.

Mon. boic. XXIX. II. 364.

CXLV.

1248 im Juni. Im Lager vor Parma. — *Kaiser Friedrich II. verleihet dem Herzoge Otto von Baiern die durch die Treulosigkeit des Herzoges Otto von Meran verwirkten Grafschaften Neuburg und Schärding.*

Fridericus dei gratia *Romanorum Imperator* Semper Augustus *Jerusalem et Sicilie Rex*. Tunc Imperialis Excellencie firmissimo robore firmatur Imperium, tunc decus extollitur Cesaree Maiestatis, cum Infidelibus pro perfidia penam digne retribuit et pro fide fidelibus premia liberaliter elargitur, Amorque uirtutis tunc crescit in bonis et pene fragor in malis acuitur, cum Iniustorum diuitijs ditantur et induuntur innocentes quodammodo spolijs dampnatorum. Hac igitur consideratione permoniti, qui Romani frena Imperij moderamur, attendentes quoque puram fidem et deuotionem sinceram, quam *Otto*

Comes palatinus Reni et Dux Bawarie dilectus Princeps noster ad Excellentiam nostram gerit, necnon et grata ualde ac fidelia seruitia, que Culmini nostro incessanter exhibet et exhibere poterit inantea gratiora, Considerantes etiam manifestam perfidiam, quam *Otto Dux Meranie* proditor noster adherendo rebellibus nostris contra nos et Imperium proditorie conmisit, *Comitatus de Nuemburch et Scherdingen*, quos idem *Dux Meranie* a nobis et Imperio tenuit, prefato *Ottonj Comiti Palatino Reni et Duci Bawarie* et heredibus suis masculis cum omnibus Juribus et pertinentijs suis de gratia nostra duximus in perpetuum conferendos, ut seruire proinde nobis et Imperio teneantur. Ad hujus autem concessionis nostre memoriam et stabilem firmitatem presens Scriptum fieri et Maiestatis nostre Sigillo iussimus conmuniri. Datum *in Castris in depopulatione Parmensi* per manus *Magistri Petri de vinea Imperialis aule prothonotarij et Regni Sicilie Logothete* Anno dominice Incarnationis Millesimo Ducentesimo, Quadragesimo Octauo, Mense Junij VI° Indictionis.

Mon. boic. XXX. I. 305.

CXLVI.

1248. Im Juni. Im Lager vor Parma. — *Kaiser Friedrich II. bestätiget unter Citation des Privilegiums Herzog Friedrich's des Streitbaren, dat. Sitzenberge 18. September 1235 die Freiheit des Klosters Garsten von der Vogtei.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. *Fridericus secundus* diuina fauente clementia *romanorum imperator semper augustus, ierusalem et sicilie rex**) Justis fidelium nostrorum petitionibus condescendere cogimur, quas nisi fauorabiliter audiremus, obaudire, quod iuste petitur, per iniuriam uideremur. Ea propter per presens Priuilegium notum fieri uolumus vniuersis Imperij fidelibus tam presentibus quam futuris, quod *Ortolfus* venerabilis *Gerstensis Abbas Cappellanus et fidelis noster* ad presentiam nostram accedens quoddam scriptum patens per *Fridericum quondam Ducem Austrie et Stirie* Monasterio suo super Aduocatia eiusdem Monasterij dudum indultum Culmini nostro exhibuit supplicauitque attentius Celsitudini nostre, ut omnia, que continerentur in eo, confirmare de nostra gratia dignaremur, cuius scripti tenor per omnia talis est: *Fridericus*

---

*) Bis hieher verlängerte Schrift.

dei gratia *Dux Austrie et Stirie et dominus Carniole* notum facimus etc. (wie in der Urkunde vom 18. September 1235). Nos igitur attendentes fidem puram et deuotionem sinceram, quas idem Abbas et Monasterij sui Conuentus fideles nostri ad Excellentiam nostram gerunt, quodque pro salute et Incolumitate nostra et pro salubri ac tranquillo statu Imperij nostri eterno Regi supplicent incessanter, considerantes quoque, quod in negotio predicti Abbatis nostrum pariter conmodum procuretur, cum aduocatia prescripti Monasterij suj sit ad nos et Imperium post prefati Ducis obitum libere deuoluta, suis supplicationibus benignius Inclinati predictum scriptum huic nostro Priuilegio de uerbo ad uerbum inseri iussimus, omnia, que continentur in eo, de Imperialis preminentie (sic) nostre gratia perpetuo confirmantes. Statuimus igitur et Imperiali sanctimus (sic) edicto, quatenus nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Baro, Ministerialis, nulla denique persona alta uel humilis, Ecclesiastica uel mundana prefatum Abbatem et successores eius in aduocatia predicti Monasterij suj, quam ad manus nostras et Imperij perpetuo retinere uolumus, contra presentis confirmationis nostre tenorem temere impedire, molestare seu perturbare presumat. Quod qui presumpserit, indignationem nostri Culminis se nouerit incursurum et in uindictam temeritatis sue Centum libras Auri purissimi compositurum, quarum medietas Camere nostre, reliqua uero passis iniuriam applicetur. Ad huius igitur confirmationis nostre futuram memoriam et robur perpetuo ualiturum presens priuilegium fieri et Maiestatis nostre sigillo iussimus conmuniri. Huius rei testes sunt *Heinricus* Illustris *Rex sardinie*, *Philippus* venerabilis *Paccensis Episcopus*, *Magister Gualterius* venerabilis *Cap* . . . *electus*, *Manfredus Marchio Lancea*, *Bertholdus Marchio de Hohemburch*, *Berardus Comes laureti*, *Riccardus de Montenigro*, *Magister Justiciarius*, *Ansaldus de Mari sacri Imperij et Regni Sicilie Ammiratus* et alij quam plures. (Monogramma.) Signum domini nostri *Friderici secundi* dei gratia inuictissimi *romanorum imperatoris semper augusti*, *ierusalem et sicilie regis* (diese Stelle hat wieder verlängerte Schrift). Acta sunt hec An no dominice Incarnationis Millesimo Ducentesimo Quadragesimo Octauo, Mense Junij, Sexte Indictionis, Imperante domino nostro *Friderico* dei gratia Inuictissimo *Romanorum Imperatore semper augusto*, *Jerusalem et Sicilie Rege*, Imperij eius Anno vicesimo Octavo, Regni Jerusalem vicesimo Tertio, Regni

uero Sicilie Quinquagesimo feliciter Amen. Datum in *Castris in depopulatione Parme* per manus *Magistri Petri de vinea Imperialis Aule prothonotarij et Regni Sicilie Logothete* Anno, Mense et Indictione prescriptis.

Orig. auf Perg. Das Siegel ist abgefallen. Stiftsarchiv Garsten. — Abgedruckt bei Kurz, Beiträge II. 550.

CXLVII.

1248. 18. Juli. Berchtesgaden. — *Albert, Bischof von Regensburg, überlässt seine im Amte Irenbrecht ansässigen Unterthanen als Eigenthum an das Kloster Mondsee.*

Albertus miseracione diuina *Ratisponensis Episcopus* Notum facimus presentium inspectoribus vniuersis, quod nos dilectis nobis venerabili *abbati et Conuentui in Mánnse* respicientes ipsorum fidelia obsequia et deuota, homines Ecclesie nostre attinentes *officio*, quod wlgariter dicitur *Irramprecht*, quos quandoque *Hainricus* dictus *Ostermannus Curie nostre Camerarius* dictorum hominum procurator conmiserat sub nomine cuiusdam census *hainrico dicto Rẃthas*, contulimus in perpetuum possidendos, et ne id alicui vertatur in dubium, presentem literam conscribi fecimus Sigilli nostri Munimine roboratam. testes *Herwicus Curie nostre notarius*, *Hainricus et dietricus fratres dicti de Aẃ*, *Otto de otnang*, *Vlricus seruus eiusdem*, *Ruetherus* et alij quam plures. actum aput *Perchirchsgadem* Anno domini M°CC°XLVIII° XV. kalendas Augusti, pontificatus nostri Anno Secundo.

Copialbuch des Klosters Mondsee Saec. XV. — Chronicon Lunaelac. I. 149. — Ried, Cod. Ratisb. I. 414.

CXLVIII.

1248. 4. August. Lambach. — *Rudiger, Bischof von Passau, verleiht dem Kloster Lambach die Pfarre Obernkirchen in Unter-Österreich mit aller Zugehörung.*

Rvdigerus dei gracia *Pataviensis Episcopus* in perpetuum. Quia non solum memoria sed et uita hominum breuis esse dinoscitur et inconstans, pivm et salutiferum credimus in domino nobis esse, ut, siquam pietatis graciam ecclesiis seu religiosis personis curauerimus exhibendam, hanc et ipsis, ut stabilis pertineat, scripti nostri mvnimine confirmemus. Hvjus rei gracia ad noticiam vniversorum tam presentivm quam futurorum tenore presentis scripti cupimus

peruenire, quod nos multiplicem defectum nec non et penuriam *Monasterii in Lambach* paterno affectu, sicut gracie nostre congruit, considerantes, ad petitionem dilecti in christo fratris nostri *Wernhardi abbatis eivsdem loci Parrochiam in Obernchirchen* cum omnibus attinentiis et omni ivre, cum noualibus et dote necnon et decimis quesitis et non quesitis ad subplementum et meliorationem prebende fratrum ibidem deo servientivm predicto donavimus Monasterio eternaliter possidendam. Si quis autem huius nostre donationis graciam presumpserit infringere, quod absit, cum dathan et abyron eterne subiaceat ultioni. Omnibus igitur eam seruantibus sit pax et salus in domino, gaudia felicitatis eterne feliciter adepturis. Testes *Fridericus plebanus in Steinchirchen, Ditricus plebanus in Witenspach, Heinricus plebanus in Pvchel, Albero de Pollenheim, Albero filius eius, Gerochus frater episcopi, Ulricus de harthaim, Heinricus de harthaim, Wernhardus de Inne, vlricus Dorn, Otto de Pawerawe, Fridericus frater eius, Fridericus de Aichaim, Marquardus Notarius* Et alii quam plures. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M°. CC°. XLVIII°. Indictione VI. Concurrentia III. Datum in *Lambach* II. Nonas Augustj.

Orig. auf Pergament mit einem hängenden Siegel. Stiftsarchiv Lambach.

CXLIX.

1248. 26. August. — *Ortolf von Volkenstorf stellt dem Kloster St. Florian die Zehente von den Neugereuten zu Kremsau zurück, welche er sich unrechtmässig zugeeignet hatte.*

Vniuersis hanc paginam inspicientibus innotescat, quod ego *Or(tolfus) de uolkenstorf* iurisdicionem, quam mihi in decimis *domus sancti floriani* de noualibus scilicet circa *chremsowe,* que ad dictam domum pertinet, ut ipsius iusticia probabiliter adtestatur, indebite uendicaueram, duxi prefate domui remittendam de cetero liberam et quietam. In cuius rei euidenciam presentem litteram sibi do sigilli mei munimine roboratam. Datum anno domini M.CC.XLVIII. VII. Kalendas Septembris.

Aus einem Pergament-Codex Saec. XIV. im Stiftsarchive zu St. Florian.

CL.

1248. 1. September. — *Rudiger, Bischof von Passau, verleiht dem Kloster St. Florian die Pfarrkirche Ansfelden.*

Rudegerus Dei Gratia *Patauiensis Episcopus* In perpetuum. Quoniam res gestas tollit obliuio, necesse est ea, que memorie commendare uolumus, literarum testimonio confirmari. Cum igitur pastoralis officii debitum nos credamus exequi, si religiosarum personarum indigentiam paterna prouisione releuare studeamus, ipsis subsidia temporalia largiendo, ut, qui per nos ipsos propter temporalium occupationum tumultus, diuinis obsequiis sedulitate, qua deceret, insistere non ualemus, eorum, quos ope nostra fouemus, orationes et ministerium temporali nobis beneficio comparemus. Testimonio literarum presentium significamus tam presentibus quam futuris, quod cum ecclesia sancti Floriani, que nostra est filia specialis, propter malum statum temporis et hominum maliciam diuersis esse defectibus onerata, merita deuotionis et honestatis et seruitiorum Dilecti in christo fratris *Ditmari* prepositi eiusdem ecclesie recognoscentes, quibus nobis affuit indefesse, et eius precibus fauorabiliter inclinati, principaliter tamen propter deum et pro nostre et antecessorum et successorum nostrorum remedio animarum ecclesiam in *Almsvelde* cum omnibus suis adtinentiis prefate ecclesie sancti Floriani ad usus fratrum ecclesie de consensu Capituli nostri tradidimus possidendam perpetuo pleno iure. Et ut hec nostra donatio robur obtineat firmitatis, presentem paginam ad confirmationem et in testimonium huius rei sigilli nostri munimine fecimus communiri. Si quis igitur, quod deus auertat, contra hanc nostre traditionis formam qualibet temeritate aliquid agere presumat, omnipotentis dei indignationem se nouerit incurrisse et cum Dathan et Abyron habere in dampnatione perpetuam portionem. Conseruantibus autem pax et misericordia a deo in presenti et in futuro seculo conseruetur. Acta sunt hec *Patavie* Anno Dominice Incarnationis Millesimo Ducentesimo Quadragesimo Octauo, Kalendis Septembris, Pontificatus nostri Anno Sexto Decimo.

Original. Gut erhaltenes Siegel. Stiftsarchiv St. Florian. — Stülz, St. Florian. 320.

CLI.

1248. 8. October. Passau. — *Rudiger, Bischof von Passau, gibt dem Meinhart Tröstel vier Höfe zu Ofteringen, Leidrating und Meisching zu Lehen.*

Rudigerus dei gratia *Patauiensis Ecclesie Episcopus* Omnibus imperpetuum salutem. Notum esse uolumus in futurum, quod nos attendentes fidelia obsequia *Meinhardi* cognomine *Troestel* tam exhibita quam exhibenda contulimus eidem et uxori sue *Chunigundi* accedente consensu Capituli nostri iure feudali quatuor Curias villicarias, vnam in *Oftheringe* et alteram in *Mishingen* et duas in *Laidratingen*, omnes ipsas tamen a nostris antecessoribus grauiter obligatas et possessori autem in predictis infeudationj talis conditio interponitur, quod si predicti sine simul genitis decedant heredibus, dicte possessiones ad usus dicte ecclesie reuertantur et preter eam in Oftheringen unam dictarum curiarum in usus Canonicorum dicte Ecclesie cedat uel saltim ipsam pecuniam, pro qua una istarum redimi cognoscatur. Sed nec aliqua alienationis potestas ipsis infeudatis in ipso feudo promittatur, nisi peregrinatio ecclesiastica aut summa personarum necessitas id exposcat, in quibus articulis non sunt aliquomodo coarctandi. Hanc igitur dictorum feudationem sigillo nostro et subnotatis testibus, in quorum hec acta sunt presencia, roboramus. Testes: *Burchardus de evert. Rappoto de Ezzenpach, Otto de Lonstorf et Gerhohus* Canonici Patavienses, *Conradus decanus eiusdem ecclesie, Hadmarus de Wesen, Rvgerus everdinger, Rvgerus prveschinke, henricus de prishechen, Alkerus de Crumperch, Lupoldus de engelpoltstorf, perhtoldus de Altenperge, Wolricus de hovingen* et alij quam plures, Acta sunt hec *Patavie* anno ab incarnatione domini M. CC. XL. VIII.

Mon. boic. XXIX. II. 78.

CLII.

1248. 8. October. Passau. — *Revers Meinhart Tröstel's, über drei von Bischof Rudiger von Passau zu Lehen erhaltene Höfe zu Ofteringen, Leidrating und Meisching.*

Ego *Meinhardus Troestel* cognomine vniuersis patere cupio, quod domino meo reuerendo *Patauiensis Ecclesie episcopo Rvdegero* conferente mihi et uxori mee domine *chvenigundi de Zirberch*

iure feudali tres curias villicarias uetustissime obligatas talem conditionem concordi uoluntate interposuimus, ut, si ego troestel et dicta vxor mea sine genitis simul heredibus decedamus, due dictarum curiarum, id est vna jn *oftheringe*, altera in *Laeideraringe* ad usus ipsius uel cuiuslibet dicte Ecclesie tunc temporis episcopi reuertantur, tercia vero in *Meishingen* ad usus dicte Ecclesie canonicorum redigatur aut si pataviensis episcopus eandem sibi assumere uoluerit, loco ipsius XXV libras Wienensis monete, pro quibus ipsam redimo, dictis Canonicis reconpenset nec oportebit dictas a nobis curias aliquomodo transferri, nisi solius persone summa necessitate solummodo conpellente. Hoc etiam nostre conditioni firmiter annecto, quod dictis possessionibus ad dictam Ecclesiam iuxta formam premissam reuerens confraternitate ipsorum canonicorum mihi. Vxori mee prestita nostri ad dominum mentio iugiter habeatur. Testibus subnotatis: *domino Ottone de Lonstorf et domino Gerloho, Canonico Patauiensi, Gebholfo, Marcwardo, Swirdo frvemesil, Walthero de tannenberch, Gvndachero de ovd.* Datum *Patauie* VIII. Idus Octobris Anno domini Millesimo CC.XL.VIII.

Mon. boic. XXIX. II. 77.

CLIII.

1248. 12. December. Linz. — *Otto, Herzog von Baiern, bestätigt dem Kloster Wilhering die Mauthfreiheit.*

Otto Dei Gratia *Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie* Omnibus Mutenariis et Thelonearìis in Partibus Terre *Austrie* Salutem et omne bonum. Vestra nouerit dilectio, nos Priuilegia et rescripta eorundem serenissimi domini nostri *Imperatoris Friderici* nec non *Ducum Austrie* uidisse, quorum talis fuit tenor, quod ad supplicationem *abbatis et Conuentus* venerabilium *Ecclesie Wilheringen* hanc gratiam concesserunt specialem, ut de uictualibus et rebus eiusdem ubicumque in locis Mutarum et Theloneorum ducendis nulla Thelonea seu Mute in partibus eisdem soluantur ascendendo uel descendendo in aquis uel in terris, de hiis maxime non soluantur, que ad usus ipsius ecclesie pertinere uidentur. Insuper ipsis fratribus est concessum, ut talentum Salis maioris ligaminis seu ponderis super id, quod fratrum et familie eiusdem Monasterii necessitati sufficit, annuatim transducatur semel in anno sine Mutta. Nos itaque ipsi ecclesie eandem gratiam uolentes firmiter obseruari, Districte uobis

precipiendo mandamus, ne contra Priuilegia sepedicti Monasterii aliquid exigatis. Datum *Lyntz* anno domini M° CC. XL. octauo, II. Idus Decembris.

Orig. auf Perg. Das Siegel, welches an einem Pergamentstreifen hing, ist abgefallen. Stiftsarchiv Wilhering. — Abgedruckt aus einem Codex traditionum bei Kurz, Beiträge IV. 539. — Stülz, Wilhering. 521.

CLIV.

1249. 9. Jänner. Salzburg. — *Philipp, Erzbischof von Salzburg, bestätiget dem Kloster Reichersberg seines Vorgängers Eberhart's II. Gnadenbrief vom 3. August 1231.*

Nos *Philippus* dei gratia *Electus ecclesie Salzburgensis, Apostolice sedis legatus* Hoc scripto notum facimus tam presentibus quam futuris, nos litteras predecessoris nostri clare memorie *Eberhardi Archiepiscopi Salzburgensis* perspexisse per omnia in hec uerba: In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Eberhardus* dei gratia *Salzburgensis archiepiscopus* etc. (wie die Urkunde vom 3. August 1231). Cum igitur ex debito offitii pastoralis libertatibus et honoribus ecclesiarum insistere teneamur, nos adtendentes pium affectum, quem idem predecessor noster gessit prefate ecclesie in *Richersperge* in negotio suprascripto, singula, que per eum facta sunt laudabiliter hac in parte, rata habentes per omnia de consensu nostri Capituli et ministerialium nostrorum presenti pagina confirmamus. Et in huius nostre confirmationis et ratihabitionis euidens testimonium ipsi Ecclesie hanc dedimus litteram sigilli nostri munimine insignitam. Etiam huius rei testes sunt *Otto Prepositus et archidiaconus Salzburgensis*, *Wolframus Decanus totumque Capitulum eiusdem loci,* videlicet *Gregorius, Heinricus de Ranshouen, Hermannus de Justingen, Henricus de megelingen presbiteri, Luppoldus diaconus, Vlricus, Fridericus, Heidenricus subdiaconi, Richerus Abbas sancti Petri in salzburc*, *Waltherus abbas in Reitenhasela*, *Chunradus Comes de Wazerburc, Vlricus de chalheim, Chunradus de steinenkirchen, Chunradus de goldeke ministeriales nostri, Thuringus de schirgenberc et heinricus frater eius*, *Chunradus de Cribbuch, Gotscalcus index et vicedominus, ysengrimus Tisinger* et *Reimarus frater eius* et alii quam plures. Datum in *Salzburc* Anno Domini M° CC° XLVIIII° Indictione VII. V. Idus Januarii.

Orig. auf Perg. Das Siegel an rothen und gelben Seidenfäden verloren. Stiftsarchiv Reichersberg. — Abgedruckt in Mon. boic. IV. 450.

CLV.

1249. 31. März. Passau. — *Rudiger, Bischof von Passau, verspricht dem Pilgrim von Tannberg, ihm die Lehen seines Schwagers Manegold von Wesinberch, im Falle dieser ohne Söhne zu hinterlassen sterben sollte, zu verleihen.*

Rudegerus dei gratia *Patauiensis Episcopus* omnibus presentem litteram inspecturis salutem in domino. Per presens scriptum notum facimus vniuersis, quod, cum *Pilgrimus de Tanneberch* Ministerialis noster filiam *Manegoldi de Wesinberch* duceret in uxorem, dictus M. de Wesinberch a nobis petiuit humiliter et deuote, quod, si ipsum sine filiis decedere contingat, Feoda, que a nobis et ab Ecclesia nostra jure hereditario possideret, dictus P. de Tanneberch suique heredes a nobis jure possideant feodali. Nos uero suis precibus inclinati feoda sepedicta Pilgrimo suisque heredibus tali condicione interposita contulimus eo jure. In cuius rei testimonium presentem litteram sibi damus Sigilli nostri munimine roboratam. Datum *Patauie* anno domini Millesimo CC. XLVIIII. Kalendas aprilis.

Mon. boic. XXIX. II. 366.

CLVI.

1249. 3. Juni. Lyon. — *Papst Innocenz IV. ordnet in Folge einer Klage des Abbtes von Kremsmünster eine Untersuchung wegen der Übergriffe des Propstes von St. Florian und des Dechants zu Ens in Bezug auf die Pfarre Weisskirchen an.*

Innocentius episcopus seruus seruorum dei Dilectis filijs . . *sancti Petri* Salzeburgensi et . . de *Inferiori Alta* Patauiensis diocesis Abbatibus ac Preposito ecclesie *Secowensis* Salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorum . . Abbatis et Conuentus Monasterij de *Chremsmunster* ordinis sancti Benedicti fuit propositum coram nobis, quod cum *Sighardus* dictus *Dringer* clericus Salzeburgensis diocesis nostras ad . . Prepositum ecclesie *sancti Floriani* et Decanum Ecclesie de *Anaso* Patauiensis diocesis impetrasset litteras inter cetera continentes, ut de aliquo ecclesiastico beneficio ad collationem dictorum Abbatis et Conuentus spectante, si tunc uacaret, facerent eidem clerico prouideri, tandem eisdem Preposito ac Decano prefatis Abbati et Conuentuj litterarum huiusmodi auctoritate mandantibus, ut ecclesiam de *Weizchirichin*, quam falso

uacare dicebant, dicto clerico conferre ac assignare curarent, ex parte ipsorum fuit excipiendo propositum coram eis, quod cum eadem ecclesia, que ad communem mensam ipsorum pertinet, prout erant probare parati, nec de facto nec de iure uacaret, ad prouidendum de ipsa clerico memorato de iure compelli nec poterant nec debebant; et quia prenominati Prepositus et Decanus exceptione huiusmodi non admissa ipsos ad conferendam prefatam ecclesiam eidem clerico per excommunicationis sententiam contra iustitiam compellebant, ipsi sentientes, ex hoc indebite se grauari, ad nostram audientiam apellarunt. Quocirca discretioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, reuocetis in statum debitum, quicquid post appellationem huiusmodi inuenietis temere attemptatum; Alioquin negotium huiusmodi ad predictos Prepositum et Decanum remittere procuretis Appellantes in expensis legitimis condempnando. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellatione cessante cogatis ueritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo uestrum ea nichilominus exequantur. Datum *Lugduni* III. Non. Junij, Pontificatus nostri Anno Sexto.

Urkundenbuch von Kremsmünster. Nr. 75.

CLVII.

1249. 14. Juni. Lyon. — *Papst Innocenz IV. nimmt das Kloster Kremsmünster in den Schutz des heil. Stuhles und bestätigt ihm sämmtliche Besitzungen.*

Innocentius episcopus seruus seruorum dei Dilectis filijs Abbati *Chremesmonasterij* eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis In perpetuum. Quotiens a nobis petitur, quod religioni et honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere ac petentium desiderijs congruum suffragium impertiri. Quapropter dilecti in domino filij uestris iustis postulationibus clementer annuimus et Monasterium *Chremesmonasterij* Patauiensis diocesis, in quo diuino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus, In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum (et) beati Benedicti regulam in eodem Monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem Monasterium impresentiarum iuste ac canonice possidet aut in

futurum concessione Pontificum, largitione Regum uel Principium, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec proprijs duximus exp imenda uocabulis: Locum ipsum, in quo prefatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentijs suis; parrochialem ecclesiam sancti Stephani in loco, qui dicitur *Chirichperch*, et sancti Petri in *superiori* et sancti Bartholomei (in) *inferiori Ror*. Capellas ab eadem ecclesia dependentes cum decimis et omnibus pertinentijs earumdem; sancti Nicolai in *Riede*, sancti Martini in *Chenaten*, sancti Georgij in *Halle*, sancte Marie Virginis in *Werzchirichen*, sancti Benedicti in *Petenbach* et sancti Johannis in *Vihetwanch* parrochiales ecclesias cum Capellis ab eisdem ecclesijs dependentibus, decimis et omnibus pertinentiis earumdem. Predia, que in loco, qui dicitur *Vihetwanch*, proponitis uos habere; parrochialem ecclesiam sancte Marie Virginis in loco, qui dicitur *Vorihdorf*, et sancti Laurentij in *Chirichheim* et sancti Bartholomei in *Einsidelinge* Capellas ab eadem ecclesia dependentes cum decimis et omnibus pertinentijs earumdem. Parrochialem ecclesiam sancti *Martini* in loco, qui dicitur *Steinenchirchen* cum sancti Petri de *Viscenheim* et sancti Vdalrici *de Celle* Capellis ab eadem ecclesia dependentibus, decimis et omnibus pertinentijs earumdem. Parrochialem ecclesiam in *Talheim* cum Capella *sancti Egidij in Ponte* ac ceteris Capellis ab eadem ecclesia dependentibus, decimis et omnibus pertinentijs earumdem; parrochialem ecclesiam sancti Johannis in *Welsa* cum Capellis ab eadem ecclesia dependentibus, decimis et omnibus pertinentijs earumdem; parrochialem ecclesiam sancti Jacobi in *puochchirichen* cum decimis et omnibus pertinentijs suis; duas partes decimarum, quas in parrochialibus ecclesijs sancti Kiliani de *Wartperch*, sancti Gregorij de *Chirichdorf* et sancte Marie Virginis de *Gersten* proponitis uos habere; parrochialem ecclesiam sancti Martini in *Monte sancti Martini* cum decimis et omnibus pertinentijs suis, ius patronatus, quod habetis in dictis ecclesijs et capellis; Predia, que habetis in eodem *Monte sancti Martini*. Stagnum in *Albense* et piscarias, quas habetis ibidem. Grangiam, quam habetis in Villa, que dicitur *Moutarn*, cum uineis et omnibus pertinentijs suis; possessiones, quas habetis in loco, qui dicitur *Obelarn*, necnon possessiones uestras alias cum terris, pratis, uineis, nemoribus, usuagiis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in uijs et semitis

et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane noualium*). Ego *Innocentius* catholice ecclesie Episcopus ss. Ego *Petrus Albanensis Episcopus* ss. Ego *Willhelmus Sabinensis Episcopus* ss. Ego *Petrus tituli sancti Marcelli Presbiter cardinalis* ss. Ego *Willhelmus basilice duodecim Apostolorum Presbiter cardinalis* ss. Ego frater *Johannes tituli sancti Laurentij in Lucina Presbiter Cardinalis* ss. Ego frater *Hugo tituli sancte Sabine Presbiter Cardinalis* ss. Ego *Johannes sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus Cardinalis* ss. Datum *Lugduni* per manum Magistri *Marini* sacre Romane ecclesie Vicecancellarij XVIII. Kal. Julii, Indictione VII, Incarnationis dominice Anno M. CC. XLVIIII, Pontificatus uero domini Innocentij pape IIII. Anno Sexto.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 76.

CLVIII.

1249. 4. September. In ecclesia buorensium. — *Das Kloster Michelbeuern überträgt die durch den Tod Liutolt's von Plain erledigte Schutzvogtei dessen Neffen Wernhart von Schaunberg.*

Chunradus dei gratia humilis minister in *Buorin* Cum toto eiusdem ecclesie conventu omnibus in perpetuum. Quoniam, ut ait Salomon, generatio preterit et generatio advenit et utraque tam preteriens quam adveniens quasi adhuc antiqui serpentis deceptione persuasa sepius ad bonorum et observandorum tendat ignorantiam et oblivionem, inde nos dignum duximus scripto confirmandum, quidquid memorie omnium volumus et credimus esse commendandum. Pateat igitur universis hec scripta legentibus seu exposita intelligentibus, quod post mortem pie memorie *Liutoldi comitis in plaeien*, qui nostre advocatus fuerat ecclesie, jam eadem vacante advocatia dominus *Heinricus in Schaumberch* pretextu et ratione uxoris sue Sororis scilicet predicti Liutoldi loco et filii sui senioris nomine *Wernhardi*, quem secum ducens locum nostrum accessit, primo proponens, quomodo linea consanguinitatis satis propinqua ipsa uxor sua et filius nostris fundatoribus essent astricti, quomodo et jus et libertas ecclesie ab ipsis progenitoribus eorum esset quasi inviolabiliter observata et quomodo locus noster rebus et honore hactenus per eos

*) Hier wiederholt sich wörtlich der Inhalt der Urkunde vom 21. Jänner 1247 bis zu Ende.

fuerit sublimatus. His propositis humiliter et toto affectu institit supplicando, quatenus memores omnium predictorum in hoc unamini voto consentiremus, ut predictus filius suus substitueretur advocatus. Nos vero super hoc habito prudentum virorum consilio multis hinc inde tractatis tandem ad hoc unaminiter convenimus, ut privilegio papali a nobilibus fundatoribus nostris elaborato in presentia ipsius et aliorum multorum lecto et ad plenum exposito, Si ipse super hoc plena certitudine nobis vellet prestare cautionem, ut jus libertatis in ipso privilegio scriptum et per dominum papam Innocentium plene confirmatum et sub sententia corroboratum per ipsum non infringeretur, Sed secundum antiquam a fundatoribus nostris observatam consuetudinem in hominibus et rebus omnia in bono statu permanerent, in ipsum substituendum vellemus consentire, quod et factum est. Nam ipse audito privilegio et jure ecclesie pollicitus est se nunquam ipsa jura et libertates velle minuere vel infringere, Sed semper ad usus et honestatem ecclesie totis viribus intendere. Talem igitur super hoc certitudinis cautionem poposcimus, ut sub sigillis principum, Scilicet domini *Archielecti Salzburgensis* apostolice sedis legati et domini *episcopi pataviensis* et domini *ducis Wawarie* et domini *Wernhardi de Schaumperch* et uxoris proprie in hac cedula appensis nos de hoc certificaret. additum est etiam, ut quecunque ipso die reciperet in suam potestatem, non haberet potestatem, in rebus et hominibus aliquid alienare nec aliquem jure alicuius aduocatie nisi in presentia domini abbatis infeodare et quecunque ab eis injuste detenta pro posse suo revocare. Ipse igitur tam pater quam filius porrecta in manus nostras dextra, quanto citius possent, hoc facere compromiserunt presentibus nobilibus domino *alberone juniore de polnheim*, *domino Chunrado de Steinchirichen et domino N. de Tegernpach*, *Wernhardo loner*, *Ulrico de Wasen*, *Chunrado de Starch*, *Ludwico Schiner (Schiuer)*, *Gotfrido de Chamer*, *Haeidfolcho de Chamer* et aliis nobilibus, qui dextras suas super hoc faciendum omnes quasi iurati porrexerunt. Actum est hoc *in ecclesia buorensium* coram principali b. Arch. Michaelis altari in die b. Erentrudis II. Non. Sept. Anno ab incarnatione domini M. CC. XLVIIII. Huius confirmationis et promissi isti sunt testes: *Alramus de Atergeudorf*, *Chunradus Lochen*, *Fridericus phnurro*, *Otto vaerler*, *Otto de Hunting*, *Otto de porta*. *Mehtfridus de Franchenpurch*, *Gerungus de Haensinhaei(m)*, *Pertholdus de Eizesperge*, *Chuonradus*

buorensis, *Fridericus pistor*, *Aiser cecus*, *Chunradus de Lylain*, *Liupoldus ibidem*, *Heinricus Taz*, *Ulricus golan*, *Pertholdus pecco* (*pecco?*), *Fridericus filius eius*, *Chunradus*, *Adam*, *Jedungus Cocus*, *Liutwinus*, *Chunradus dens* et alii quam plures.

Stülz, Michelbeuern 780. — Vergl. Hoheneck. III. 630.

CLIX.

1249. 16. September. Neustadt. — *Hermann, Herzog von Österreich und Steyr, bestätiget dem Kloster Baumgartenberg die Mauthfreiheit auf der Donau.*

H. dei gratia *Dux Austrie et Styrie et Marchio de Badem* (sic) omnibus mutariis suis iuxta aquam *Danubii* constitutis gratiam suam. Mandamus vobis, ut conuentui *Ecclesie Paumgartenbergensis* dimittatis omne ius, quod a *duce Liupoldo et Friderico filio suo* clare memorie actenus habuerunt ita uidelicet, ut uictualia illorum et omnes res ipsorum more consueto transduci libere permittatis. Datum *Newenstat* Anno ab incarnatione domini M. CC. XLVIIII. XVI. Kal. Octobris.

Kurz, Beiträge. III. 422.

CLX.

1249. Im September. Wels. — *Abbt und Convent zu Kremsmünster verleihen erblehensweise zwei Güter im Amte Buchkirchen an Wulfing zu Grub und seine Brüder.*

In nomine Domini. *Ortolfus* dei gratia *Abbas in Chremsmunster* et Conuentus Omnibus fidelibus christi presentibus et futuris orationes et perpetuam in dei filio salutem. Quoniam humane fragilitatis memoria labilis est et caduca, ideo nimirum, ne memoria rerum gestarum processu temporis aut obliuione hominum euanescat, litteris eam consueuimus eternare. Notum igitur facimus omnibus scire uolentibus, quod nos communi consilio et assensu *Vvlfingo de Grub* et suis fratribus *Marchwardo* et *Hertwico* duo beneficia, unum in *Zaizendorf* pertinens ad officium in *Půchchirichen* et alterum in *Campo* pertinens ad Cameram ecclesie nostre, de quibus officiatus noster in *Půchchirichen* dimidium talentum et Camerarius ecclesie Sexaginta denarios publice monete wienensium singulis annis recipere consueuerunt, sita quidem ultra danubium et a nobis nimium semota, ivre hereditario contulimus ad dictum censum ita, ut idem census, Sex uidelicet solidorum predictis officiato nostro de *Půchchirichen* et Camerario in Natiuitate beate Marie virginis uel saltem in Octaua eiusdem

Natiuitatis annuatim omni occasione deposita persoluatur hac interposita condicione, ut quandocunque memoratus census in predicto termino non seluatur, prefati *Vvlfingus* suique fratres ac omnis eorumdem posteritas cadant totaliter ab omni ivre, quod in eisdem beneficiis habuerunt, et ipsa libere redeant in nostre ecclesie possessionem. Vt autem hec nostris temporibus et post nos in perpetuum rata maneant et inconvulsa, presens instrumentum super huiusmodi collatione conscriptum sigillorum nostri ac dominorum de *Schowenberch* atque domini *Alberonis de Pollnheim* munimine ad maiorem cautelam necessarium et utile duximus confirmari testibus subnotatis, Quorum nomina sunt hec: Predicti domini *Heinricus et Wernhardus de Schowenberch*, Dominus *Albero de Pollnheim*, quorum sigilla presenti pagine sunt appensa, *Vlricus plebanus Sancte Marie secus fluuium Palsenz, Chunradus plebanus in waldarn, Teimo de Pernov, Dietmarus de Ottesdorf, Hertwicus de Môlperch, Heinricus dens, Ernsto de Stein, Heinricus de Tobel, Chunradus de Geirsperg, Heinricus, Fridericus de Palsenz, Heinricus in pomerio, Alrammus Speiser, Ortolfus, Wigandus* et alij plures. Datum apud *Welsam* Anno Domini MCCXLVIIII. Acta sunt hec eodem predicto tempore In mense Septembri.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 77. — Pachmayr p. 120 u. 883. — Strasser S. 335.

CLXI.

1249. — *Rudiger, Bischof von Passau, beurkundet, dass Gundaker von Storchenberch mit seiner Einwilligung dem Kloster Ebersberg die von Passau zu Lehen tragenden Zehente zu Wedling theils durch Verkauf, theils durch Schenkung überlassen hat.*

Rudigerus dei gratia *Patauiensis Episcopus* Recognoscimus et presentium tenore profitemur, quod dominus *Gundakerus de Storchenberch ministerialis ducis austrie* de bono consensu nostro ad instantiam et petitionem dominj *Heinricj abbatis de Ebersperch* et conuentus eiusdem monasterij pro remedio anime sue successorumque suorum libere tradidit *ecclesie Eberspergensi* decimas in *curia Waedlingensi*, quibus a nobis fuit infeodatus, sed cum certitudinem abbatj et ecclesie iam dicte sufficientem alio modo facere non posset, porrexit decimas iure hominij ministerialibus *monasterij eberspergensis* in usus fratrum inibj degentium perpetuo profuturas.

Ministeriales uero infeodati per manum dominj *Gundakeri* dederunt predicto abbatj et conuentuj super eisdem decimis CC^as^ libras ratisponenses, sic tamen, ut XXX^a^ denarij pro censu detescant annuatim, ne abbas et ecclesia de usura ab aliquo postmodum impetretur. Ne igitur talis tractatus a successoribus nostris in preiudicium abbatis et *cenobij eberspergensis* ualeat cassarj, presentem paginam sigilli nostri munimine decreuimus insignirj. Acta sunt anno dominj M.CCXLVIIII^o^ Indictione VII^a^

Orig. auf Perg. Das Siegel verloren. K. k. geh. Hausarchiv.

CLXII.

Circa 1249. Passau. — *Vertrag zwischen Bischof Rudiger von Passau und den Brüdern von Schaunberg wegen Verleihung der Lehen weiland Liutolt's von Plain.*

Notandum, quod talis est contractus dominorum de *Schaumberch* super collatione feodi *Comitis Leutoldi de Plagen* per dominum R. *Episcopum* eis facta: veniente siquidem domino Episcopo predicto *a colloquio, quod cum Duce Bawarie aput Landowe habuerat, Pataviam* et dictis *fratribus de Schaumberch*, simul etiam *H. iuniore de Schoumberch* ibidem existentibus, ut ipsis predicti Comitis feodum, quod iam vacabit Ecclesie, conferret, ab eo attencius postularunt, quorum votis et precibus dictus Episcopus de consilio sui capituli, Ministerialium nec non Ciuium Patauiensium annuit fauorabiliter tali pacto, quod uidelicet quilibet eorum ratione huius feodi bona fide Patauiensem Ecclesiam obsequi teneretur fideliter assistendo eidem de cetero contra quoslibet ipsius adversarios excluso *Romanorum imperio et domino Duce Austrie*, ab hoc pacto adhuc prompti erunt ad uocationem dicti Episcopi, qui pro tempore fuerit, venire cum ipso, quo Ecclesie necessitas hec requisierit, et si inde, quo ab eo vocati fuerint, ad propria redire potuerint ipsa nocte, ipso die expensas proprias facere tenebuntur. Si vero in obsequio ecclesie ipsos contigerit ulterius demorari, per eundem dominum Episcopum ipsis prouidebitur in expensis. Preterea si pro alieno et non Ecclesie negotio secum ierint, ad consilium duorum infeodatorum ab eis et aliorum duorum militum ipsorum, quos ad hoc elegerint; pro parte vero domini episcopi duorum fratrum de Capitulo et duorum Ministerialium suorum ipsorum laboribus respondebit.

Insuper idem dominus Episcopus vna cum omnibus Ministerialibus et hominibus suis in singulis suis et suorum possessionibus, feodis et proprietatibus uel alio quocunque censeantur nomine, in districtu *iudiciorum dictorum de Schaumberch per Traungeu et Tunawetal, cuius termini usque Rotensala protenduntur*, omni iure nec non approbata et antiqva consvetudine, que ipsis tempore *Ernesti de Churenberch* per Traungeu et per alios ipsorum districtus tempore *Manigoldi Episcopi* aut alterius, cuius tempore ipsorum ius clarius uiguit, conpetebat, gaudere tenebitur libere et quiete. Ceterum iidem Nobiles de Schaumberch ipsj domino Episcopo et suis *in Ciuitate sua Everdinge* iura quelibet sic plenissime conseruabunt, qualia fuisse aliquo tempore poterunt recordarj idem Ciuibus suis de Patauia circa *Mutam in Ascha* integre facientes. Et ut huiusmodi promissio ab eis Patauiensi ecclesie de cetero seruaretur, ipsum feodum ratione promissorum eis collatum vacare pronunciauerunt libere, si quicquam violauerint promissorum. Acta sunt hec *Patauie* presente Capitulo, Ministerialibus et Ciuibus nec non et predictorum nobilium fidelibus, qui singula predicta communiter approbarunt. Supradictus etiam dominus R. Episcopus ipsis super huiusmodi sua assignauit 'publica instrvmenta et cum de ipsorum parte transuersas repeteret, *quod suum aput Osterhouen sigillum perdiderint, asserebant*.

Mon. boic. XXIX. II. 203.

CLXIII.

1250. 22. März. Linz. — *Rudiger, Bischof von Passau, beurkundet, dass er Meinhart dem Tröstel vorlängst vier Mayrhöfe verpfändet habe.*

Rudigerus dei gratia *Pataviensis Ecclesie Episcopus* omnibus in perpetuum Salutem in domino, vt ea, que a nobis rite geruntur, rata semper in posterum conseruentur, volumus eadem interdum scriptis et testibus confirmare. Vnum omnibus in futurum notum esse uolumus, quod nos preterita et futura fidelitatis obsequia *Meinhardi* cognomine *Trostel* attendentes ipsi et uxori sue *Chvnigundi de Cierberch* contulimus iure et titulo feudali quatuor Curias villicarias, quas nomine et situ loci exprimimus tali modo. Due dictarum Curiarum sunt in *Strazze* posite, tercia in *levtingen*, quarta in *Rivte*, que tamen omnes erant a nostris uetustissime graui mutuacione antecessoribus obligate. huic autem nostre infeudationi interponitur

huiusmodi conditio, quod si dictus Troestel et uxor eius dicta sine simul genitis decesserint heredibus, dicte Curie ad usus pataviensis Ecclesie redeant absolute nec dictis infeudatis aliqua liceat nec obligandi aut uendendi alienatio in dictis curiis, nisi summa personarum necessitas aut ecclesiastica peregrinatio id conpellat. In huius rei testimonium et firmamentum damus hanc litteram Sigillo nostro et inscriptione testium roboratam. Testes: *ditmarus domus sancti Florianj prepositus*, *Otto et Gerhohus* canonici pataviensis ecclesie, *henricus et Wernhardus de Schovwenberch*, *albertus Livtzman*, *Burchardus de Weir*, *Wlr. de lobenstain*, *Vlr. de Kapelle*, *Siboto et Arnoldus de lonstorf*, *heinricus et arnoldus piber*, *Gvndacherus de Oede*, *Cunradus de Chlingenprunne*, *Luipolt de hvbe*, *Otto de Chriede*, *Rugerus prueschinke* et alij quam plures. Datum *in Lintza* anno domini M. CC. L. XI°. Kalendas aprilis.

Mon. boic. XXIX. II. 79.

CLXIV.

1250. 8. April. Passau. — *Rudiger, Bischof von Passau, verleiht dem Wernhart von Inne die Güter, welche dem Bisthum Passau von Rudiger dem Eferdinger heimgefallen sind.*

Rudegerus dei gratia *Patauiensis Episcopus* omnibus presentem litteram inspecturis Salutem in domino. Tenore litterarum presentium notum facimus uniuersis, quod nos grata et fidelia seruicia *Wernhardi de Inne*, que nobis exhibuit et exhibere in futurum poterit, aduertentes eidem et *Alheidi* uxori sue Domum in Insula, Molendinum, Vineam trans danubium cum piscina, cum eorum attinentiis, que nobis ex parte *Rudegeri Euerdingarij* omnia uacare ceperunt, tytulo contulimus feodali. Preterea quatuor Hubas in *Ahalminge*, que dicto Euerdingario pro triginta duabus libris a nobis obligate fuerant, eodem modo Wernhardo et Vxori sue pro eadem pecunia tamdiu obligationis tytulo assignamus, donec eisdem de prefata pecunia uidelicet ratisponensis monete per nos uel Successores nostros integraliter fuerit satisfactum. In cuius rei testimonium presentem litteram cum subnotatis testibus ipsis damus. Sunt autem hii: *Gerhohus*, *Vlricus de Maemminge*, *Otto de Lonstorf*, Canonici et Archidiaconi Patauienses; *Hademarus de Wesin*, *Waltherus de Tannenberch*, *Wernhardus de Prambach*, *Heinricus et Vlricus*

fratres de Prisekke, *Chunradus Zachalinus* et alii quam plures. Datum *Patauie* Anno domini Millesimo CC. L. VI. Idus Aprilis.

Mon. boic. XXIX. II. 369.

CLXV.

1250. Im April. — *Abbt und Convent zu Kremsmünster verleihen dem Heinrich von Rudleiching und seinen zwei Söhnen einen Hof daselbst auf Lebenszeit.*

Ortolfus dei gratia *Abbas in Chremsmunster* et Conuentus Notum facimus omnibus presentem paginam inspecturis tam presentibus quam futuris, quod nos *Heinrico de Rvdlaiching* et duobus filiis suis *Hertnido* et *Chunrado* eandem curtem in *Rvdlaiching* ad nostram pertinentem Cameram et vestitum ad dies vite ipsorum solummodo contulimus tali forma, quod ipsi annuatim dimidium talentum in festo beati Andre nostro Camerario inde soluant, quod si neglexerint, Sexaginta denarios pro eiusdem negligentie satisfactione vltra Quatuordecim dies cum predicta etiam soluant pensione, hac interposita pactione, quod si ad terminum anni sine legittimo impedimento dictam detinuerint pensionem, extunc ipsi a suo penitus cadant ivre, nichilominus etiam hoc adiecto, quod post mortem eorumdem *Heinrici* ac suorum filiorum *Hertnidi* et *Chunradi* memorata curtis in *Rvdlaiching* in nostram libere possessionem redeat pleno ivre, nec posteritas ipsorum aliquo ivre in eadem prefata curte sciat vlterius se potiri. Vt autem hec firma permaneant atque rata, presenti littera cum appensione sigillorum nostrorum liberaliter confirmamus testibus subnotatis: *Hertwicus de Mvlperch*, *Chunradus de Aschperch*, *Ernsto de Stein*, *Merboto de Öde*, *Chunradus de Schachen*, *Hertwicus Zant*. Item de familia Schowenbergensium: *Hertwicus de Heking*, *Hertnidus*, *Livtoldus fratres*, *Chunradus de Strachem*, *Fridericus de Palsentz*, *Herrandus de Galspach* et alii quam plures. Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCCL. In mense Aprili.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 79.

CLXVI.

1250. — *Die Brüder Heinrich und Wernhard von Schaumberg beurkunden einen Vertrag zwischen dem Kloster Wilhering und dem Ritter Konrad von Wert.*

Nos H. et Wn. fratres de Schovnberch notum facimus vniuersis, quod dominus *abbas de Wilhering* de consilio fratrum suorum militi nostro *Chunrado de wert Allodium in Stainsultz* ad dies suos iure contulit censuali, tali videlicet conditione, ut idem *Chunradus* predictum feodum ipsi monasterio deseruiat annis singulis censu statuto scilicet denariis LX. in natiuitate beate Marie. *Chunradus* autem *de wert* vicissim *domui in Wilhering* duo predia contulit post obitum suum, vnum in *Sigranswanch*, quod dicitur *an dem Aigen*, reliquum in *Michelpach*, disponens ipsis fratribus de illo in *sigratswanch* V mensuras avene, de reliquo X denarios, volens hoc ipsis fratribus ipso adhuc uiuente dari annis singulis. Post mortem vero ipsius tam suum predium *in Stainsultz* quam alia duo libere et quiete possidebunt. Quod factum, vt stabile, sicut diffinitum est, permaneat, presentem litteram abbati et conuentui predicto dedimus sigillo nostro roboratam cum testibus subnotatis: *Hertwico de Hekinge, Eberhardo clamatore, Hertnido et Levtoldo filiis dapiferi, Ludwico et Chunrado de Strahen, Vlrico schiuer, Chunrado de awe* et aliis quam pluribus. Acta sunt hec anno domini M° CC° L°

Aus einem Copialbuche zu Wilhering. — Stülz, Wilhering 522.

CLXVII.

Circa 1250. — *Mehrere Adelige bezeugen, dass Herzog Friedrich der Streitbare das Dorf Echendorf dem Kloster Wilhering geschenkt habe.*

Cum nostris temporibus sint veritates a filiis hominum diminute, Nos, quorum nomina sunt subscripta, volentes divine remunerationis intuitu ecclesie in *Wilhering* ab insidiosa et fraudulenta prauorum malitia precauere inposterum, fidele de hoc testimonium perhibemus, quod pie memorie *dux Fridericus uillam Echendorf sub Wagrain* pleno iure, quo pater suus *dux Leupoldus* ipsam possederat eamque filio dereliquit, dicte ecclesie pro remedio anime sue suorumque progenitorum contulit libere et quiete perpetuo possidendam. Super quo presens scriptum fecimus nostris sigillis et nominibus conmuniri. Hec

nostra sunt nomina: *Otto de Slevnz, Rapoto de Valchenberch, Chadoldus et Hadmarus de Werd, Hainricus dapifer de Greitzenstain, Otto de Pertholtstorf.*

Aus einem Copialbuche zu Wilhering. — Stülz, Wilhering 523.

CLXVIII.

1250. — *Hertnid, Leutold's Sohn des Truchsessen von Schaunberg gibt dem Kloster Wilhering zwei Güter zum Seelgeräth; Konrad von Furt ein anderes.*

Omnibus presentem paginam inspecturis tam presentibus quam futuris innotescat, quod ego *Hertnidus filius Leutoldi quondam dapiferi de showenberc* pie memorie predium in *rŭdlihcing* et predium *Gmeinholz* super altare beate Marie uirginis *in Wilhering* donaui pro remedio anime mee et omnium predecessorum meorum ita, quod post decessum ad zenobium predictum pertineant libere et absolute, me uero uiuente in meis usibus tenebo. Et sciendum est, quod predicta duo predia conparaui eo tempore, cum nullum habui heredem. Insuper ego *Chunradus de furt* etiam presentium tenore uniuersis constare cupio, quod ego predium unum in *michelpahc* etiam super altare beate uirginis in *wilhering* donaui post obitum meum usibus predicti cenobii cedendum, me uero uiuente in meis usibus seruabo. Et ne huic facto et donationi lis in posterum suboriatur, presentem cedulam sigillo dominorum nostrorum *Nobilium de showenberc* fecimus conmuniri. Huius rei testes sunt *Leutoldus filius dapiferi, Hertwicus de hækking, Chunradus de owe, Ludwicus shiuer et Vlricus frater suus, Chunradus de strahen et Ludwicus frater suus, Eberhardus shriær et Leutoldus frater suus* et *Pertoldus scriba.* Acta sunt hec anno domini M.CC.L.

Orig. auf Perg., die Siegel sind verloren. Stiftsarchiv Wilhering. — Stülz, Wilhering. 524.

CLXIX.

Circa 1250. — *Arnold Piber schenkt mit Zustimmung seiner Schwägerin Jeuta, Witwe seines Bruders Heinrich, die Höfe zu Aich, Linden und Grenssenberg dem Kloster Wilhering.*

Nouerint vniuersi tam presentes quam futuri, quod ego *Arnoldus Piber* nominatus cum *vxore fratris mei Hainrici* pie memorie domina *Jevta* et liberis eius in reconpensationem dampni ecclesie in *Wilhering*

illati et in remedium predicti fratris mei *H.* uiam vniuerse carnis ingressi et omnium progenitorum nostrorum et successorum nostrorum simulque omnium nostrorum predia duo, que wlgo nominantur *daz der aiche,* et secundum *daz der Linden* et curiam *grenssenperge* manu potestatiua iure proprietatis contulimus perpetuo possidenda, hac subnexa conditione, vt annis singulis dies obitus sui ita celebretur, ut conuentui per panem album et vinum sollempniter seruiatur, et quicunque ex nobis siue ex nostris debitum carnis exsoluens ad locum predictum siue monasterium, quocunque periculo rationabili et euidenti impeditus portari non poterit, ab ecclesia sepedicta, si caute fieri poterit, ibidem sepeliendus deportetur. Et ut talis facta donatio et nobis data conpromissa rata maneat et inconuulsa, eam sigilli nostri roboramine duximus confirmandam. Huius rei testes sunt hii: *Wernhardus de rotenvelse cum fratre suo C. (hunradò)* et *Weikardus grônenpech nomine, Cholo de Perndorf cum fratre suo Chunrado, Eberhardus de Tobel, Otto et Ortolfus de Wilheringe.*

Aus einem Copialbuche zu Wilhering.

CLXX.

Circa 1250. — *Abbt und Convent zu Kremsmünster überlassen erblehensweise und unter mehrfachen Bedingungen einigen Winzern die Weingärten des Stiftes Kremsmünster bei Aschach.*

In nomine domini. *Ortolfus* dei gratia Abbas et Conuentus in *Chremsmûnster.* Quoniam humane fragilitatis memoria labilis est et caduca, ea propter, ne rerum gestarum noticia facta in dierum longitudine duratura per obliuionem hominum posteris occasio litis fiant, perpetuis necessario debent confirmationibus et testimonijs roborari. Notum itaque facimus omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, quod nos communi consilio et consensu, congrua deliberacione preeunte *Wernhardo de Haimpach, Wernhardo Hakchtevfel. Rudolfo Haekchelheimer, Hainrico Zaengel, Rudigero Cellerario* culturam et procuracionem vinearum nostrarum aput *Asschach* cum uniuerso iure ad ipsas pertinente, quod vvlgari vocabulo *Weingaeten* appellatur, tam in agris quam in arijs iure perpetuo contulimus in hac forma; Quod ipsi predicti vinitores annuatim nobis et successoribus nostris de prefatis vineis et de ceteris appendicijs vnam vini carratam persoluant et ad hoc Officiali nostro de *Pucchirchen,*

qualiscumque fuerit, dent annuatim etiam duas vrnas vini. Si vero pluuiarum carentia vel alia quecumque aeris inclementia totam eandem prouinciam sic reddiderit infecundam, ut ibidem supra dictum vinum non valeant habere, aut si etiam prouincie qualiscumque defectus inciderit generalis, ipsi prememoratum vinum aut in *Lintza* aut in *Anaso* coemant et nobis ibidem assignent. Si autem aliquod ocstaculum sic acciderit, quod etiam vina de *Austria* non adducantur, ipsi sepe dictum vinum aput nos redimant, dantes nobis pro qualibet vrna XXX. denarios Wyennensis monete in festo beati Martini. Ad hec etiam ductoribus nostris eiusdem vini aput *Asschach* pernoctantibus alio quoque tempore nostris officialibus, cum propter ipsorum et ecclesie nostre ad eos pervenerint in expensis debent necessaria prouidere. Igitur quam diu promissa soluere non neglexerint et adimplere, non licet nobis aut successoribus nostris ipsos uel ipsorum successores in supra dicto iure eorum aliquatenus contra iusticiam ledere uel grauare. Quicumque vero de prenominatis hominibus aut etiam de eorum successoribus contra scienter venire temptauerit supra scriptam, et que promissa sunt, affectuose soluere neglexerit et adimplere, omni iure suo, quod a nobis collatum habuerat, sit priuatus et insuper quinque talentis denariorum Wiennensium monete nostre ecclesie teneatur, Hoc etiam adiecto, Quod si aliquis ipsorum facere temptauerit aut etiam voluntatem faciendi habuerit, censetur obligatus pena superius memorata. Vt autem huius facti memoria non posset instabilitatis vicio aliquo perturbari aut processu temporis venire in dubium et obliuionem, presens instrumentum Sigillorum nostrorum appensione et munimine consignatum, dignum duximus in testimonium confirmari ad maiorem cautionem testibus adnotatis: *Chunradus Plebanus de Chemnaten*, *Hertwicus de Mulperch*, *Ernesto Chunradus de Asperg*, *Hainricus dens*, *Ernesto de Stain*, *Merboto de Oed*, *Chunradus Rôt*, *Albero et Vlricus de Puchchirchen* et alii quam plures.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 78. — Pachmayr. 120 u. 882. — Strasser. 335.

CLXX.

Circa 1250. — *Otto von Tegernbach bezeugt, dass er dem Kloster St. Florian zum Ersatze für zugefügte Schäden etc. sein Gut zu Reut bei Nortprechtsberg und eines zu Pernau bei St. Marienkirchen geschenkt habe.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego *Otto de Tegernbach* prouidere cupiens saluti anime mee, in eo precipue, si fratres de *domo sancti Floriani* per me vel per meos aliquando fuerint lesi, hoc eis per aliquod beneficium reconpensarem, propter hoc ergo et alia peccata mea redimenda ad infirmitorium eorum tradidi legittima donacione predium meum soluens annuatim LX denarios situm in *Revt iuxta Nortprehtsperge*, tali tamen adiecta condicione, ut ad tempus uite mee idem predium in potestate mea retinerem et infirmitorio XX[1] denarios annuatim inde persoluerem. Procedente uero tempore cum ad *sanctum Jacobum* et alia sancta loca in peregrinacione proficisci proposuissem, pro remedio anime mee parentumque meorum delegaui super aram sancti floriani aliud predium, quod annuatim soluit tres solidos, situm in *pernowe iuxta ecclesiam sancte Marie* eo tenore, ut idem quoque predium diebus meis in mea detinerem dicione; sed post obitum meum utrumque predium ad *ecclesiam sancti floriani* cum omni utilitate libere et sine omni contradictione deuolueretur. Feci quoque tunc testamentum sub tali forma, ut, si contingeret me in peregrinatione illa decedere, octo scaffia frumenti ad elemosinas pauperibus faciendas de bonis meis seponerentur et ita partirentur iuxta discrecionem dancium eas, ut in festo sancti Georii, quando fames uiget, dari inciperent et usque ad proximam messem durarent. Disposui preterea duo scaffia frumenti dari ad *hospitale in pirn* et ad quinque claustra *Gærsten, Glúnich, sanctum Florianum, Wilhering,* ad *sanctum Nycolaum in patauia* XX solidos, cuique dimidium talentum, ut in qualibet ebdomada primi anni obitus mei cum missa anime mee fieret conmemoracio. Et ut speciale et perpetuum anime mee memoriale relinquerem, quinque talenta disposui dari ad *infirmitorium sancti Floriani,* ut cum eis aliqua possessio conparetur, de qua infirmi aliquam reciperent consolacionem et anima mea desideratum remedium. Aput dominum *Ramungum* dispono fratribus de *domo sancti Floriani* I. talentum et Scolaribus LX denarios et fratribus barbatis XXX denarios et Sororibus LX denarios.

Aus zwei Perg. Codic. von 1300 und Saec. XIV. zu St. Florian.

CLXXII.

Circa 1250. — *Berthold, Bischof von Passau, fordert den Otto von Bertholdsdorf auf, die dem Kloster Baumgartenberg entzogenen Zehente zurückzustellen.*

B. dei gratia *Patauiensis Electus* Nobili uiro fideli suo *O. de Pertoldesdorf* Salutem et omne bonum. Significauit nobis abbas et Conuentus ecclesie sancte Marie *in Pomgartenberg* conquerendo, quod decimas grangiarum suarum tibi uendices et usurpes ea racione, quod in mansus ipsas grangias commutauerunt. Cum igitur constet, quod ante centum annos a dictis fratribus absolute sint ipse decime et redempte ab ipsis, qui eas tunc temporis possidebant, alias enim antiquos mansus grangias facere minime potuissent, Discretionem tuam monemus in domino et rogamus, quatenus dei ac nostri intuitu prefatos fratres in antiquo suo iure non molestes, Alioquin indignacionem omnipotentis dei et sanctorum eius contra te implacabiliter prouocabis et ad ipsorum querelam cum aliis sacramentis sepultura ecclesiastica te priuato.

Kurz, Beiträge III. 425.

CLXXIII.

Circa 1250. — *Berthold, Bischof von Passau, ersucht den Konrad von Altenburg und die Brüder Ulrich und Pilgrim von Kapellen, dem Kloster Baumgartenberg jene Zehente wieder zurück zu verschaffen, die ihm C. der Hauser gewaltsam entzogen.*

B. dei gratia *Electus Pataviensis* ecclesie Honorabilibus viris *C. de Altenburch, Ul. et Pil. fratribus de Cappella* Salutem cum plenitudine omnis boni. Significavit nobis abbas de *Pomgartenberg* conquerendo, quod decimas ecclesie sue, quas antecessores sui ab exordio fundacionis sue iusto titulo quiete et libere possederunt, quidam *miles Chlammensis dictus C. der Houser* violenter sibi presumit et indebite uendicare. Quapropter discretionem uestram monemus in domino et rogamus, quatenus dictam ecclesiam in suo antiquo et legitimo iure cum decimis, quas centum annis et amplius libere dinoscitur possedisse, nostri ac dei intuitu defendere studeatis, pro tali facto a deo meritum et a nobis grates multimodas recepturi.

Kurz, Beiträge III. 425.

CLXXIV.

Circa 1250. — *Otto von Lonstorf, Domherr von Passau und Archidiacon, ernennt den Priester Richer zum lebenslänglichen Vicar seiner Pfarre Wartberg.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Omnibus inspecturis hanc paginam innotescat, quod ego *Otto dictus de lonstorf Canonicus patauiensis et Archydyaconus* ecclesiam meam in *Wartperch* iuxta *fluuium chrems* sitam cum prouentibus suis commisi domino *Richero sacerdoti* perpetuum ipsum constituens vicarium in eadem, perpetuitatem eandem tali sanciens firmitate, ut omnibus diebus uite mee et etiam sue, dummodo mecum stare uoluerit, ipsum a dicta ecclesia non debeam aliquatenus remouere, nisi casus contra eum emerserit tam enormis, qui totam possit uiciniam commouere et pro cuius euidentia ab officio sacerdotali et a propria ecclesia, siquam haberet, esset merito remouendus. Non tamen propter infamiam quamlibet, quam barrochiales et leues alique persone suis sacerdotibus solent sepius suscitare, contra dictum *R.* tenebor prepropere commoueri, nisi coram *preposito domus sancti Floriani* et *Archydiacono Laureacensi* eadem infamia fuerit comprobata, cuius examini dictum sacerdotem in hiis, que emerserint contra ipsum, volo per omnia subiacere. Predictus uero sacerdos in XVI^im^ libris denariorum probate monete tenebitur michi annis singulis respondere a festo Georii usque ad annum sub certis terminis, hoc est in festo Michahelis, jn festo Omnium sanctorum, jn natiuitate domini, jn purificatione sancte Marie, jn prima dominica Quadragesime et in pascha sine omni obstaculo persoluendis, nisi grandine uel qualibet graui aeris inclementia seu etiam incendiis et rapinis termini barrochie in tantum fuerint deuastati, quod in pretaxata ipsi condescendi oporteat pensione, tunc secundum discretionem sex uirorum meliorum videlicet de barrochia, quorum attestationi credi oporteat super dampnis illis, preposito tamen et archydiacono mediante secundum quantitatem fructuum illius anni pensio mihi conueniens ordinetur. Vt autem pactum huiusmodi tam de perpetuitate uicarie ex parte mei et de pensione mea ex parte sacerdotis inuiolabili constare debeat firmitate, sigillo pataviensis chori, sigillo quoque *prepositi domus sancti Floriani* et *archydiaconi Laureacensis* et meo proprio presentem decreui paginam roborari.

Mon. boic. XXVIII. II. 157.

CLXXV.

Circa 1250. — *Ortolf, Abbt von Garsten, und Elisabeth, Äbbtissin zu Traunkirchen überlassen eine beiden Klöstern angehörige Au an der Krems ihren Bauern daselbst zu Burgrecht.*

In nomine sancte trinitatis et indiuidue vnitatis Amen. Nos *Ortolfus* dei gratia *Abbas de Gærsten* et nos *Elysabet* dei gratia *Abbatissa de Trvnchirchen* omnibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Vniuersitati omnium presencium videlicet et futurorum presentibus declaramus, quod nos, cum nomine ecclesiarum nostrarum vnam aput *Chremsse* Augiam habeamus, eam de consensu Capitulorum nostrorum ad maiorem ecclesiis nostris vsum Colonis locauimus eo iure, quod wlgo *Purchrecht* dicitur, hoc adiecto, ut pena ipsorum, que wlgo *wandil* dicitur, tanta sit, quantus Census ipsorum fuerit. Vt autem hec locatio nostra Colonis in iam dicta Augia nomine nostro ivs habentibus firma debeat et perpetua permanere, presentem paginam sigillis Nostris conmvnivimvs.

Orig. auf Perg. Von den zwei Siegeln ist das zweite abgefallen, das erste theilweise beschädiget. Klosterarchiv Garsten.

CLXXVI.

Circa 1250. — *Gundacker von Storchenberch widerruft einen Tausch und gibt dem Kloster Garsten den Hof Durinsghaim gegen sein Lehen an dem Rigel wieder zurück.*

Ego *Gvndacharvs de Storchenberch* presentibus litteris cvpio fieri manifestvm, quod cvm inter me ac *ecclesiam Gerstensem* concambivm esset habitvm tali modo, quod michi Curia dicta *Dvrinsghaim* in proprios vsvs cedebat et ego dedi ecclesie predivm mevm sitvm *an dem Rigil*, tandem cvm perpenderem, quod in ipso concambio essem ecclesiam supergressus, qvicquid in hoc factum fverat, totaliter revocavj volens, vt ecclesia predictam Cvriam rehabeat memoratam et ad me ac meos heredes dictvm predivm revertatur. In cvivs rei testimonivm presentes litteras duxi mei sigilli robore consignandas.

Orig. auf Perg. mit einem zerbröckelten Siegel. Klosterarchiv Garsten.

CLXXVII.

Circa 1250. — *Wichart von Arenstein beurkundet, dass das Kloster Lambach für die in seiner Vogtei stehenden Güter ihm nichts weiter zu geben habe, als einen weissen Pelz, zwölf Scheiben Härbes und den je dritten Pfenning von jeder neuen Gülte.*

Ego *wichardus de Arenstein et forstmagister Ministerialis Austrie* cunctis presentem cartulam inspecturis salutem in uero salutari. Notum sit tam presentibus quam futuris, quod Ego *wichardus* aduertens, quod ueritas claudi potest, set uinci non ualet, quia suorum paucitate contenta est et multitudine hostium non terretur, ad honorem dei propterque parentum meorum et mee salutem anime conpromitto, quod in prediis Abbatis de *Lambach* et eiusdem monasterii conuentus ubicunque locorum in aduocatia mea sitis iniustas et indebitas occasiones male lucrandi scienter non Admittam fieri, Set solo et determinato iure ratione Aduocatie mihi cedente in predictis prediis ero contentus, Hoc uidelicet, quod Abbas pretaxati monasterii unum pellicium Album et XII^{cim} citas puri lini, quod in vulgari dicitur *zwelf sheiben harwes,* mihi dare tenetur annuatim. Insuper de omni acquisitione tercius denarius mihi cedit. Succedentes uero mihi filii. si secundum rectam et meam institutionem predicto jure contenti esse noluerint, sed ipsum in presumptione et superbia uiolauerint contumaces, ipso etiam debito et statuto jure Aduocatie me sic ordinante et sub ordinationis forma simpliciter protestante merito et omnimode ac irrecuperabiliter debeant priuari. Vt autem huius protestationis series maneat inconuulsa, duxi presens scriptum mei sigilli munimine roborandum. Huius rei testes sunt hii: *Otto de Arenstein, wulfingus frater eius de Tribanswinchel, vlricus asinus senior. vlricus asinus jvnior, Otto de Pertoldestorf, Chunradus de wildekke, Rudegerus de Arnstein, Heinricus de Ahlot, Pertoldus de ahlat, Albero murril, hermanus sagittarius* et Alii quam plures.

Orig. auf Perg. mit einem hängenden Siegel von weissem Wachse. Stiftsarchiv Lambach. — Kurz, Beiträge II. 464.

CLXXVIII.

Circa 1250. — *Otto von Ror macht dem Spital am Pyhrn eine Schenkung von zehn Talenten, in jährlichen Raten von zwei Talenten.*

Nouerint omnes tam presentes quam posteri presens scriptum inspecturi, quod ego *O. de Ror* propter reuerenciam gloriose dei genitricis Marie nec non et pro salute anime proprie et uxoris mee X talentorum donationem contuli *hospitali sancte Marie in Pirn* sub talj forma, quod annuatim ante quadragesimam usque ad persolutionem predicte pecunie *magistro hospitalis* duo talenta persoluam. Porro si medio tempore debitum mortis me soluere contigerit, uillicum meum *Wernhardum in der Owe* supradictam pecuniam de censu annuali mihi debito persoluere disposuj. Et ne forte filius meus hanc donationem cassare presumpserit, presentem paginam sigillo meo munitam prenominate domuj ad cautelam tradidi conseruandam. Huius facti testes sunt *Bernhardus plebanus de Halle, Gundakerus de Styre, Heinricus de Egendorf et frater suus Ortolfus, Magens ammanus domini O. de Ror, Poppo, Heinricus cognomine Sůnlin, Marquardus cognomine narre, Gotschalkus, Wernhardus de Hage, Albero filius domini Alberonis de Pollenheim, Pilgrimus ammannus de Kirchdorf, Herbordus, Heinricus gallus, Heinricus der Eichære.*

Orig. auf Perg. Ein Siegel. K. k. geh. Hausarchiv.

CLXXIX.

Circa 1250. — *Walgun, gewesener Official von Steyr, schenkt dem Spital am Pyhrn sein Burgrecht zu Steyr.*

In nomine patris et filij et spiritus sancti amen. Que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore processu temporis et ne eis in posterum possit calumpnia suboriri, solet litterarum apicibus et testimonio perennarj. Hinc est, quod ego *walgvnus quondam officialis Styrie* terram sanctam uisitaturus proficiscens pro salute et remedio anime mee et omnium parentum meorum *hospitali in Windischen Gersten purchreht meum in Styria* racionabiliter delegaui, ut eidem domui singulis annis XXX denarii tantum pro censu persoluantur nec aliud exigant. vt autem hec rata et inconuulsa permaneant, presentem paginam feci mei sigilli munimine roborari. Huic facto inter-

fuerunt hii: dominus *Ortolfus de Egendorf,* dominus *Otto chresselinch,* dominus *Chunradus de vochenperge, Pilgerim de Ridmarch* et alii quam plures.

Orig. auf Perg. mit einem weissen runden Siegel, das eine springende Thiergestalt enthält. K. k. geh. Hausarchiv.

CLXXX.

Circa 1250. — *Heinrich Chreucher von Garsten verpfändet dem Spital am Pyhrn eine Hube in Krems, worüber Pilgrim, Official zu Kirchdorf, dem Gotteshause auch sein Lehenrecht abtritt.*

Cum per etatis successionem omnia elabantur a memoria hominum, presenti scripto cunctis audientibus notificamus, quod *Heinricus Chrevchær de Gœrsten* habuit in beneficio mansum unum *in Crems* ab *officiali Pilgrimo in Chirichdorf.* Quem mansum ob mercedem diuine misericordie et etiam accepta ab *hospitalis Amerlone* parte pecunie *hospitali in Pirn* in estimatione decem talentorum obligauit et ius feodale in eodem mansu pariter ecclesie contulit. Predictus etiam *Pilgrimus* ob salutem sui et aliquo dono a nobis recepto inductus iuris sui feodalis certitudinem, quo a domino *Ottone de Tegernbach* infeodatus fuit, simul et consensum prioris facti nobis et hospitali condonauit. Quod factum, ne obliuioni detur, subscriptis testibus roboratur: Dominus *Leutoldus de pernowe, Heinricus et Volmarus sacerdotes, Chunradus de Lambach, Heinricus officialis hospitalis, Heinricus, Perhtoldus, Fridericus fratres domus (?) Vlæminc, Pilgrimus placmunt, Rutbertus, Fridericus, Ortolfus* et alii quam plures.

Orig. auf Perg. Ein zerbrochenes Siegel. K. k. geh. Hausarchiv.

CLXXXI.

1251. 24. April. — *Otto, Herzog von Baiern, verpfändet dem Ulrich von Lobenstein gewisse Güter bei Ens, die ihm auch früher schon Kaiser Friedrich um zweihundert Pfund Pfennige verpfändet hatte.*

Otto dei Gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie Per presens scriptum notum fierj volumus vniuersis, quod Dilectus fidelis noster *vlricus de Lobenstayn* litteras Patentes *FRiderici Romanorum Imperatoris* bone recordacionis nobis ostendit continentes, quod eidem VI. possessiones aput *Anasum ad Officium Notariatus pertinentes*

obligauerit pro ducentis libris. Licet igitur in eadem obligacione nominatus vlricus nullum ius habere dinoscatur, nos tamen ipsius fidelia seruitia nobis et filio nostro L. karissimo considerantes sepius ab ipso esse inpensa, easdem possessiones ipsi obligamus pro ducentis libris wiennensis Monete, sicut a predicto Imperatore habebat in obligacione. Easdem possessiones nobis et Heredibus nostris dabit soluendas in Natiuitate beate virginis et vsque ad eundem diem proventus in prediis et frvctiis (?) remanebunt. In testimonium itaque predicte obligacionis presentem cedulam ipsi dedimus Sigillo nostro communitam. Datum *Landeshůt* Anno domini M° CC. LI. In die beatj Georij Non. Indictione.

Orig. auf Perg. mit einem hängenden zerbrochenen Reitersiegel von gelbem Wachse im Schlossarchive zu Riedeck. — Österr. Archiv f. Gesch. 1832, Nr. 1.

CLXXXII.

1251. 13. September. — *Die Brüder Heinrich und Wernhart von Schaumberg ersetzen dem Kloster Mondsee den ihm durch Friedrich von Alkerstorf zugefügten Schaden durch Überlassung zweier Leibeigenen.*

Notum fieri volumus tam præsentibus quam futuris, quod nos *Heinricus et Wernhardus fratres de Schomburg* propter molestias et gravamina, quæ intulit *Fridericus de Alkerstorff* Abbati de *Mense* et ob remedium animarum nostrarum contulimus manu ad tradendum potestativa sancto Michaheli in Mense duas Ministeriales nostras Hiltigundam filiam *Alberti Loner* et Alheidem filiam Dietmari rustici. Testes per aurem tracti *Dominus Chunradus furter, Dominus Gottfridus de Talgeu, Dominus Wernhardus Loner, Dominus Heinricus de Pirchelvvanch, Dominus Haitvolcus et Dominus Chunradus de Stæheim, Dominus Rudigerus Zapfo, Dominus Ulricus de Chamer, Otto de Otnange, Heinricus de Stæheim, Heinricus Loner, Prunninger, Ulricus Schroer, Engilsalcus de Alkerstorf, Heinricus Schvvolfingen, Heidinricus Juvenis Zapfo, Hartliep, Engilsalcus, Ernestus filius Schrechonis* et alii quam plures. Acta sunt hæc anno Domini 1251. 13. Kal. Octob.

Chronic. Lunaelac. 156.

CLXXXIII.

1251. 16. November. — *Otakar, Herzog von Österreich, bestätiget die Freiheit des Klosters Baumgartenberg von aller Privatvogtei.*

Othakerus dei gracia Dux Austrie et Marchio Morauie omnibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Cum omnia Cysterciensis ordinis monasteria in nostro dominio constituta nullum praeter nos habere debeant aduocatum, fratres eiusdem Ordinis et bona ipsorum in protectionem nostram recipimus specialem Mandantes districtius, ut iuxta Imperialis priuilegii sanctionem et predecessorum nostrorum Ducum Austrie concessionem nullus eosdem grauet per exactiones indebitas aut molestet in hominibus vel in bonis. Quod tamen mandatum in hominibus claustri in *Paumgartenperg* et in ipso claustro firmiter et districte precipimus obseruari, ut ab omni aduocatorum racione atque exactione tam ex presenti nostra concessione quam ex communi Ordinis libertate omnino sit liberum et exemptum. Homines quoque eiusdem claustri exemptos esse volumus a generalibus placitis et priuatis, nisi propria venerint voluntate, Statuentes, ut nullus nostrorum Judicum vel aliorum officialium seu preconum quicquam Juris sibi de cetero, nostro vel alieno nomine vendicare audeat in eisdem Hoc excepto, quod si fur vel facinorosus pro maleficio in eis fuerit deprehensus, sine omni emolumento praecinctus tamen cingulo nostro Judici vel aliorum, in quorum dicione maleficia perpetrentur, debeat presentari, ut iustum fuerit puniendus. Id ipsum in omnibus suis possessionibus volumus observari. Et quia omnia cenobia eiusdem Ordinis in Austria constituta etiam quantitatem salis sine teloneo transducendi liberam habuerunt hactenus facultatem, nos antecessorum nostrorum piis studiis provocati prefatum monasterium saltem in aliqua parte eadem gaudere volumus libertate, videlicet ut unum talentum salis maioris ligaminis transducant libere sine Muta. Nequis igitur ipsum monasterium in prefata gratia grauare audeat vel modo quolibet perturbare, presentem paginam eis conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum anno domini Millesimo CC. Quinquagesimo primo, Sexto decimo Kalend. Decembris.

Kurz, Beiträge III. 426.

CLXXXIV.

1251. Niwenburch. — *Otakar, Herzog von Österreich, bestätigt die Freiheit des Klosters Lambach von aller Privatvogtei.*

In nomine Sancte ac Indiuidue Trinitatis. *Otakarus dej Gratia dux Austrie et Styrie et Marchio Moravie* Omnibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Venerunt ad presentiam nostram, cum essemus apud *Anesum* constitutj, *Abbas Wernhardus de lambach* et sui fratres contra *Gundakarum de Storchenberch* querimoniam proponentes pro eo, quod sibi aduocatiam eiusdem ecclesie vsurpabat, et exhibitis priuilegiis vtriusque partis invenimus, quod priuilegium *Gundachri* posterius fuerat inpetratum ac de primo abbatis predicti priuilegio ivste dato pariter et obtento non faciebat aliquatenus mentionem, vnde nos accepto consilio dictis partibus diem de suo negotio antedicto prefiximus ad *Nivvenburch* ad placitum generale, quod nos sollempniter duximus celebrandum presentibus ministerialibus avstrie vniuersis, vbi tam ipsam prelibatam aduocatiam quam alias de vna sententia nostre adtraximus potestatj, presertim sicut eas Illustris memorie *dux Fridericus* predecessor noster novissime possidebat. Tenor avtem privilegii, quod sepedicta *Lambacensis ecclesia* per ducem proxime memoratum acceperat, talis est. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Fridericus* etc. (Wien 1232 am 26. September.) Nos igitur tenorem presentis privilegii ratum habentes et etiam firmiter confirmantes presentem paginam per impressionem nostri sigilli et subnotatis testibus roboramus. Testes autem sunt hii: venerabilis *patauiensis episcopus Perhtoldus*, *Chunradus comes de Wazzerburch*, *Otto comes de hardeke et frater suus Chunradus*, *Albero Marschalcus de Chunringie*, *hadmarus de Werde*, *henricus de Schovmberch*, *Otto de Missawe*, *henricus dapifer de Greicenstein*, *Chunradus de Zekinge*, *Chunradus de hintperch*, *Wolkerus de parawe*, *Otto de Perhtoldstorf*, *Rudolfus de Potendorf*, *Botsko supanus de Znaym* et alii quam plures. Acta sunt hec apud *Nivvenburch* Anno domini M° CC° LI° Indictione Nona.

Orig. auf Perg. mit einem hängenden Reitersiegel von weissem Wachse. Stiftsarchiv Lambach. — Abgedruckt bei Kurz, Beiträge II. 435.

CLXXXV.

Circa 1251. — *Otakar, Herzog von Österreich und Steyr, bestätigt dem Kloster Lambach die Mauthfreiheit auf der Donau.*

O (takarus) dei gratia Dux Austrie et Styrie ac Marchio Moravie vniuersis judicibus et Mutariis suis iuxta fluuium *Danubium* constitutis gratiam suam. Ad instantiam et petitionem dilecti nostri *wernhardi Abbatis de lambach* et Conuentus eiusdem Monasterij pro remedio anime nostre perpetuo duximus concedendum, vt omnia uictualia sua, quocunque nomine censeantur, de cetero per Danubium transducere debeant libere sine muta, quemadmodum in privilegio suo ipsis a predecessore nostro *Friderico quondam Duce Austrie ac Styrie* felicis recordationis dato et vobis porrecto cognoscere poteritis euidenter. Volumus ergo et mandamus districte uobis precipientes, quatinus dictos Abbatem et Conuentum in eisdem uictualibus libere transducendis non debeatis aliquatinus impedire.

Orig. auf Perg. Reitersiegel zerbröckelt. Stiftsarchiv Lambach.

CLXXXVI.

1251. Neuburg. — *Otakar, Herzog von Österreich, bestätiget die Mauthfreiheit des Klosters Niederaltaich.*

Otakarus dei gratia Dux Austrie et Stirie et Marchio Morauie Omnibus hanc litteram inspecturis in perpetuum. Cum nostra celsitudo ex gratia et favore speciali ecclesiarum indempnitatibus nostris cogitet temporibus prouidere nec non iura earum, que ex concessione predecessorum nostrorum dinoscuntur hactenus habuisse, ipsis conseruare uelimus, presentis scripti testimonio fratribus ecclesie in *Altah*, quorum etiam deuotio plurimum nos inducit, fauorabiliter indulgemus, ut singulis annis uictualia sua per Mutas nostras et thelonea in terris et in aquis liberum transitum habeant et securum, hiis dumtaxat exceptis, quod Mutarii in transitu prime Mute scilicet in *Stein* pro iure suo recipiant tantum sexaginta quatuor denarios, et sic a Stein usque ad *Ips* libere pertransibunt. In secunda uero Muta uidelicet in Ips Mutarii per se recipient tantummodo duas pelues, duas cyrothecas, piperis libram unam. Mutarii uero *de Muthousen* tempore sue Mute recipient pro iure suo tantummodo uiginti quatuor denarios, In *Lintza* uero nihil. Sed sic omnes nostri Mutarii inte-

graliter expediti exactiones amplius non facient in eosdem, Sed quemadmodum est premissum, liberum in terris et in aquis habebunt transitum et securum. Vt autem huiusmodi gratia eis perpetuo debeat conseruari, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine iussimus roborari. Datum in *Nivvenburch* Anno dominice incarnationis M. CC. LI. Indictione nona.

Mon. boic. XI. 227.

CLXXXVII.

1251. 29. December. Wien. — *Otakar, Herzog von Österreich, ertheilt dem Kloster Mondsee die Mauthfreiheit für die demselben zugehörigen Victualien.*

Otacherus dei gratia *dux austrie et Marchio morauie* officialibus suis in *Stain* et in *ibsa* gratiam suam et omne bonum, quia dilectum nobis *Abbatem et conuentum in Mansee* in nostram protectionem recepimus et fauore gratiam sibi conferentes specialem, vt sua victualia singulis annis per nostras Mutas sine omni exactione libere transducat, volumus igitur et mandamus, ne quis ausu temerario hanc nostre clemencie donacionem ipsi presumat infringere ullo casu. Datum *Wienne* IIII° Kalendas januarij.

Aus dem Copialbuche des Klosters Mondsee. Saec. XV. — Abgedruckt im Chronico Lunaelac. I. 152.

CLXXXVIII.

1251. — *Heinrich, Graf von Ortenberg, bewilliget, dass seine Ministerialen sich im Kloster Mondsee Seelgeräthe mit von ihm zu Lehen tragenden Gütern stiften dürfen.*

Heinricus dei gratia *Comes de Ortenberg* Vniversis christi fidelibus, ad quos presens pagina peruenerit, jn vero salutari salutem. Ne defluentis seculi vetustas aboleat, ea, que rito disponuntur in seculis, necessarium censetur nobilium ac fortium sigillo roborare. Sciant ergo tam presentes quam futuri seculi etates, Quod Ego *Heinricus Comes de Ortenberg* Confratribus in *Mannse* ibidem deo seruientibus libere indulsi et tradidi, vt siquis ministerialium nostrorum suam proprietatem intrinsecus (?) ad me spectantem, ille ecclesie ob sue anime remedium conferre voluerit, me ac meam posteritatem sciat se nullo grauamine prepedire posse. Testimonio autem virorum maiorum ministerialium meorum nomina volumus applicare,

videlicet *Wergandum de Ronting, Wernherum de Rotawe, Chunradum de Steinnenkirchen, Sigelogum, Hartwicum de Wertmennyng, Johannem scribam* et quam plures. Anno M° CC° LI°

Copialbuch des Klosters Mondsee Saec. XV. — Abgedruckt im Chronico Lunaelac. I. 153.

CLXXXIX.

1252. 17. Februar. Bei Heimburg. — *Otakar, Herzog von Österreich, befreit das Kloster Waldhausen von der Abgabe des Marchfutters.*

Otocharus diuina fauente gratia *Dux austrie et Stirie et Marchio Morauie* Omnibus hanc litteram inspecturis Salutem. Cum Ecclesiam Beati Johannis apostoli et euangeliste jn *Walthusen* fouere semper uelimus specialj gracia et fauore, promotiones eius intendere cupimus cum effectu. Paupertatem siquidem dicte ecclesie consulentes intuitu diuine remunerationis fratribus inibi deo famulantibus hanc graciam indulgemus, ut prouentus illos, qui *Marchvůter* vulgariter nuncupantur, in prediis ipsorum ad nos hactenus pertinentes in subsidium prebende sue usibus propriis debeant uendicare. Vt hec ergo, que tenore presentium spondemus, in Robur perpetuum redigamus, presentem cartam super hoc conscribj iussimus, quam et Preposito et conuentuj eiusdem locj in Manifestationem collate gracie sub nostri Sigillj munimine assignamus Testibus eidem donationj presentibus annotatis, Qui sunt *Otto et Chunradus Comites de Hardecke, H. pincerna de Habichspach, Chunradus de Hintperch, Otto de Missowe, Albero de Chunringen, Dapifer de Velsperch, Vlricus de habspach, Heinricus de Hakenberch, Wolfkerus de Parowe Teutonicj; Potsco, Houl, Borsso, Zmilo* et *Chuno fratres, Bohus filius Zerronis, Benis Camerarius curie nostre, Jantzo et hartlibus fratres Milites, Rugerus longus* et alij quam plures. Acta sunt hec Anno dominice incarnationis M° CC° LII° Decime Indictionis. Datum apud *Heimburch* per manum *Magistrj Willehalmi* notarij XIIII° Kalendas Martij.

Orig. auf Perg. Das Siegel verloren. Musealarchiv zu Linz. — Abgedruckt bei Kurz, Beiträge IV. 460.

CXC.

1252. 17. Februar. Apud Heimburch. — *Otakar, Herzog von Österreich, untersagt den landesfürstlichen Richtern im Machlande und zu La alle Gerichtsbarkeit über die Leute des Klosters Waldhausen etc.*

Otacharus diuina fauente gracia *Dux Austrie et Stirie et Marchio Morauie* Omnibus hanc litteram inspecturis Salutem. Pateat Uniuersis, quod nos intuitu retribucionis diuine Ecclesie beati Johannis apostoli et euangeliste in *Walthusen* hanc ex nostra munificentia indulsimus libertatem, ut nullus umquam Judicum aut prefectorum nostrorum in *Machlant* et in ciuitate nostra *La* aliquam sibi iurisdictionem aut prouentuum receptionem aut quamcunque exactionem in Prediis dicte ecclesie debeat uendicare, Sed eos, qui pro tempore in memoratis locis Judices fuerint aut Prefecti, possessionibus denominatis constituimus defensores In hac forma, ut nichil racione aduocacie nostre aut pretextu tuicionis sue a sepedictis prediis debeant aut audeant usurpare. Cum etenim ecclesiam sepe notatam foueamus et uita comite fouere uelimus speciali gracia et fauore, omnibus offensis et grauaminibus ipsius uolumus resistere et promotioni eius intendere cum effectu, offensores ipsius tamquam proprios iudicialiter et hostiliter persequentes. Ut hec ergo, que tenore presencium spondemus, in robur perpetuum redigamus, presentem cartam super hoc iussimus conscribi, quam et preposito et conuentui eiusdem loci in manifestacionem collate gracie sub nostri Sigilli munimine assignamus, Testibus eidem donacioni presentibus annotatis. Qui sunt *Otto et Chunradus comites de Hardecke, H. pincerna de Habichspach, Chunradus de Hinterperch, Otto de Missowe, Albero de Chunringen. Dapifer de Velsperch, Ulricus de Habichspach, Heinricus de Hackenberch, Wolfkerus de parowe* Teutonici, *Poschco, Houl, Borsso, Tmilo et Chuno fratres, Bohus filius Terronis, Benis Camerarius curie nostre, Janczo et Hartlibus fratres, Militsius. Rugerus longus* et alii quam plures. Acta sunt hec anno Dominice incarnationis M. CC. LII. Decime Indictionis. Datum apud *Heimburch* per manum *magistri Willehalmi* XIIII. Kal. Marcii.

Kurz, Beiträge IV. 462.

CXCI.

1252. 12. März. — *Revers des Konrad Wachrainer, Bürgers zu Linz, dass der Hof-Wachrain nach seinem Tode wieder an das Kloster Wilhering zurückfallen soll.*

Que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, eternari debent memoria litterarum. Notum sit ergo presentibus et futuris, quod dominus *Aernestus Abbas in Wilhering* cum consensu Capituli sui predium, in quo olim *Darro* nomine sub *Wachrain* sito residebat, cum adiacente nouella, que in vulgari *Růt* nuncupatur, michi *Chvnrado dicto Waccrein ciui Lintcensi* et *Chvnegvndi uxori mee* ad dies vite nostre tali contulit sub forma, ut singulis annis in Natiuitate beate virginis Marie XXX. denarios ecclesie *Wilhering* persoluamus. Post obitum siquidem nostrum sublato omni heredum et amicorum nostrorum obstaculo dictum predium libere et sine inpedimento quolibet ad usus memorate reuertetur ecclesie, Excepto, quod mediam partem frugum, qui in agro remanserunt, pro nostro disponemus arbitrio, reliqua uero pars cum domo et omnibus ei attinentibus ad usus cedet ecclesie. Acta sunt Hec Anno domini M. CC. LII° IIII° jdus Martii coram testibus subnotatis: *Heinricio dicto fabro*, *Eberwino de velden*. *Heinrico de pǒchenawe*. *Heinrico thannenbergario*, *Sigehardo genero Friderici de awe*, *Hermanno filo (filio) Pupponis*, *Eberhardo consobrino Wachreinarii*, *Vlrico consobrino dicti Wachreinarii*, *Hildmaro notario* et aliis quam pluribus.

Orig. auf Perg. Das Siegel abgefallen. Stiftsarchiv Wilhering.

CXCII.

1252. 19. März. Krems. — *Otakar, Herzog von Österreich, bestätigt die Mauthfreiheit des Klosters Metten, namentlich an den Mauthstätten Ens, Mauthausen und Linz.*

In Nomine sancte Trinitatis. *Othachorus Dei Gratia Dux Austrie et styrie et Marchio Moravie* omnibus christi fidelibus salutem in perpetuum. Benevolenciam, quam generaliter ad omnes Ecclesias Virosque religiosos et sacra undique loca extendere debemus, Ecclesiis ad nos spectantibus tanto promptius inpendere tenemur, quanto familiariori jure astricti jam nobis esse videntur. Eo igitur intuitu *metmensi Ecclesie* eiusdemque Ecclesie fratribus

in transducendis bonis ipsorum aput thelonea sive mutas nostras hoc ipsum juris donavimus, quod a beate memorie *Duce Levpoldo fratreque suo duce Friderico* habuerunt, cum et nos in bonis actibus eos imitari cupiamus, videlicet ut supra dicte Ecclesie fratres pro omnibus bonis ipsorum, que apud mutas nostras transducentur, nonnisi XXXII numos apud *stein* et totidem apud *Ipspurch* vel quacunque Muta nostra transferatur, persolvant. Insuper *anasi* et *Mauthausen* apud Mutam nostram, que dicitur furuart, et in *Linza* singulari nostra Donatione liberum eis transitum concedimus. Ut autem hoc jus nostre Donationis stabile eis in posterum observetur, presentem Paginam scribi sigillique nostri Karactere roborari subscriptioneque testium, quorum nomina sunt hec, muniri jussimus: *Dominus Albero de chunringe, Hadmarus de Valchenberch, Hainricus Dapifer de Greichsestain, Hainricus de Zeking, Hadmarus de Werde et frater eius Chatoldus* et alii quam plures. Datum per manum *Magistri Wilhelmi Protonotarii Curie* Anno Incarnationis Domini M. CC. quinquagesimo II. IIIIX. Kalendas Aprilis, Indictione decima in *Chremis*.

Mon. boic. XI. 444.

CXCIII.

1252. 30. August. Linz. — *Vertrag zwischen Otakar, Herzog von Österreich, und Dietmar von Steyr wegen Auslieferung der Stadt Steyr.*

Nos *Ottokerus DEI Gratia Dux Austriæ et Styriæ et Marchio Moraviæ* innotescimus universis, quod fideli nostro *Diethmaro de Steyr* honestatis suæ meritis inclinati, jus nostrum in *Losstein* duximus conferendum, volentes firmiter, ut feudo suo, quod Burglehen vulgariter dicitur, in *Castro Steyr* pleno jure gaudeat velut ante, in quo Castro inimicos suos non locabimus aliquatenus ex permisso in suum Præjudicium aut Gravamen, super hæc ut favoris nostri plenitudinem adesse sibi sentiat cum effectu, ducenta Talenta persolvemus eidem, ut et ipse nobis adesse debeat perpetuo omni obsequio et fidelitate, nec de cetero teneat civitatem nostram Steyr et alias possessiones et alia quæque, quæ contingunt ex debito nos et nostros in nostrum et nostrorum Præjudicium occupata, sed permittat nos et nostros in singulis nostris possessionibus et juribus pacificos et quietos. Cæterum contra et suis remittimus universas injurias atque

damna, quæ nobis et nostris a morte illustris *Ducis Austriæ Friderici* noscitur irrogasse, in cujus facti memoriam et cautelam cum subscriptione testium dari mandavimus has patentes literas Sigilli nostri munimine roboratas. Testes sunt Venerabilis amicus noster Dominus *Cunradus Frisingensis Episcopus, Comes Otto de Hardeck, Comes Ulricus de Phannenberg, Albero de Pollenhaim, Albero de Chunringen Pincerna Austriæ, Wotsko Comes de Pernecke et Burggravius in Znaym, Cunradus de Zelckingen, Gundackarus de Stahrenberg, Ulricus de Capell, Wolfkerus de Paravu* et alii quam plures, actum et datum apud *Linzam* Anno Domini Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo Secundo Tertio Kalendas Septembris.

Hoheneck III. 365. — Wurmbrand 215.

CXCIV.

1252. 18. October. Gleink. — *Heinrich, Bischof von Bamberg, genehmiget und bestätiget alle von seinen Vorfahren, den Bischöfen Otto I., Otto II. und Engelbert dem Kloster Gleink ertheilten Gnaden, Freiheiten und Rechte, namentlich in Windischgarsten, in Hag, Kirchdorf u. s. w.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. *Heinricus* dei gratia *babenbergensis Ecclesie Episcopus* vniuersis has litteras inspecturis Sancte uiuere bene mori. Nisi prisca venerabilium antecessorum nostrorum preuia rectitudine quasi manuducti ad iusta dirigeremur, cito se aliorsum nostra fragilitas obliquaret ad prauitatis ac iniusticie prona proh dolor et procliuis (sic). Cvm igitur *Monasterium Glvnicense* de *babenbergensis Ecclesie* gremio quasi plantula pullulauerit ex radice, scaturigine primitiua fundationis ab ea uidelicet deriuatum reuerendi antistites huius sedis patrvm se uice fvngi debere scientes studiosius prouiderunt, vt filia matris vberibus aleretur patrumque solatio non careret. Propter quod *Monasterium Glunicense*, tanquam ueram Ecclesie sue propaginem prediorum, possessionum, libertatum ac multiformium gratiarum largitionibus enutrire, fouere et alere studuerunt, nimirum paterne cauentes, ne ramusculus sine suco radicis aut riuulus sine fontis influxu seu filia sine matris debito enutrimento areret, deficeret moreretur. Equidem a reverendis scilicet sancto *Ottone Primo* Et *Ottone secundo* Et *Engelberto presulibus* sedis huius Monasterio memorato jn siluis, Pascuis, Terminis, Lacu etiam jn *windischgersten* cum alpibus et prediis sitis jn *hag* Et jn *wiennerwege* et

Curia jn chirichdorf cum septem prediis aliisque quam pluribus fauorabiliter est prouisum et jndultum, Insuper gratia Generali, quod barones et Milites *babenbergensis Ecclesie* ac alij cuiuscumque Nominis feoda sua, que obtinent ab eadem, sepedicto Monasterio libere possunt testamentaliter delegare. Familia quoque babenbergensis cum familia Glvnicensi coniugia mutua iungere plena libertate permitteretur absque omni preiudicio iuris hereditarij sev patrimonij sibi quomodolibet competentis. Et similiter soboles talium *Glvnicensi cenobio* pertineret integro sibi et saluo quolibet prisco iure, Aliasque quam plures libertates, donationes, jura, vtilitates et gratias adiecerunt, quas in eorum publicis instrumentis profitemur et recognoscimus prouide declaratas. Proinde ne ab eorum pietate atque deuotione simus exteri et extorres, vniuersa, que sepedicto *Glvnicensi Monasterio* liberaliter concesserunt. Nos quoque fauorabiliter approbamus et confirmamus Tenore presentium perhibentes, ne cuilibet hominum ea, que scripto presenti nos *Glcnicensi Cenobio* contulisse consensu legitimo protestamur, infringere liceat ullo modo. Preterea quandam *Curiam jn Schachen*, quam *Duringus Miles* dictus *Grasgulle* deputauit et tradidit per manus nostras Cenobio memorato, recognoscimus legitime donationis tytulo fratribus ipsius Monasterij per eundem *Duringum* fuisse traditam et donatam et huiusmodi delegationem, sicut est dignum, fauorabiliter amplexamur, Nolentes omnino, quod aliquis Offitialium uel judicum nostrorum dictum Monasterium debeat aliqualiter in hijs et jn aliis perturbare. In cuius collationis nostre euidens testimonium presentem paginam dicto *Glunicensi Monasterio* dari decreuimus Karactere nostri Sigilli melius roboratam. Testes autem sunt hij: *Ortolfus abbas Gerstensis, Gvntherus plebanus de hage, Rvdolfus plebanus de hedershoven, Heinricus plebanus de Syrniche, Albero capellanus, Albero de pollnheim, Ditricus, Ortolfus fratres de volchenstorf, Ditmarus de Styria Et filius suus Ditmarus, Heinricus et frater suus Otto de Zůcha, Ditmarus de hagewalde Et filij sui Fridericus. Ditmarus, Perhtoldus Schekko, Heinricus de Tůrsendorf, Richerus de Stadel, Chunradus, Fridericus fratres de Lanzenperge. Fridericus, Richerus fratres* dicti *Zwichel, Otto de heimpůche, Levtoldus průschinke, Albero Holzman, Sifridus Wolfstein, Otto, Rudigerus fratres de Chlingelbrůnne, Hartmůt de paka* (sic), *Erchingerus de altenhoven, Heidenricus, Ditricus de Eigenvlise, Otto decimator, Sifridus judex*

de Aneso cum multis aliis. Datum apud *Monasterium Glvnick* Anno ab incarnatione domini M° CC° LII° XV° kalendas Novembris. Sub venerabili domino *Rudolfo Eiusdem Monasterij abbate,* Regnante domino Nostro Jesu Christo jn eternum feliciter Amen.

Orig. auf Perg. mit einem Hängesiegel. Klosterarchiv Gleink. — Kurz, Beiträge III. 344.

CXCV.

1252. 28. November. Linz. — *Otakar, Herzog von Österreich, bestätiget dem Stifte Wilhering die Mauthfreiheit.*

O. dei Gracia *Dux Austrie et Stirie et Marchio Moravie* Omnibus Mutariis et Judicibus suis juxta danubium constitutis graciam suam et bonam uoluntatem. Noueritis, nos priuilegia fratrum *in Wilheringen* a *Friderico quondam Duce Austrie* pie memorie nostro antecessore donata perspexisse et tenorem subnotatum in eis inuenisse. *F.* dei Gracia *Dux Austrie et Stirie, Dominus Carniole* Omnibus Mutariis et Judicibus suis juxta Danubium constitutis Graciam suam et omne bonum. Cum iuxta solitam progenitorum nostrorum pietatem honorare debeamus ecclesias et ecclesiasticas personas, in quarum honore deus honoratur, Specialiter tamen dilectorum nostrorum *Abbatis et Conuentus in Wilheringen* immunitatem et libertatem ipsis a progenitoribus nostris et a nobis indultam imminuere nolumus sed augere. Qua re fidelitati uestre mandamus sub obtentu gracie nostre precipientes, quatinus graciam, quam ex nostra concessione cum immunitate hactenus habuerunt, conseruetis predictis fratribus inconcussam Ita, quod in ducendis victualibus vel aliis rebus propriis ad usus ipsorum pertinentibus tam in terris quam in aquis, in ascensu et descensu ab eis nichil penitus exigatis. Preterea talentum Salis maioris ligaminis sev ponderis transducendi semel in anno sine omni muta eisdem liberam concessimus facultatem, prouisuri diligentius, ut illa ecclesia nunc et inposterum sic gaudeat de indulta sibi gracia, ut nos propter hoc apud deum digna percipere possimus premia meritorum. Nos vero proprie saluti providentes et meritorum dei seruos promouentium participes effici cupientes predictam graciam eisdem indulgemus et Sigilli nostri robore confirmamus mandantes uobis ac districte precipientes, ut premissam eis donationem inviolabiliter obseruetis.

Datum jn *Lynza* Anno Domini Mill? CC. LII. Quarto Calendas Decembris.

Orig. auf Perg. mit einem Münzsiegel. Stiftsarchiv Wilhering. — Abgedruckt bei Stülz, Wilhering 524. Die im Originale unlesbaren Worte des Datums aus einer Copie.

CXCVI.

1252. 28. November. Linz. — *Otakar, Herzog von Österreich, bestätiget die Freiheit des Klosters Wilhering von der Vogtei.*

O (takarus) dei gracia *Dux Austrie (et Stirie) et Marchio Morawie* Judicibus et omnibus, quibus littere iste monstrate fuerint, graciam suam et omne bonum. Noueritis, nos pruilegia fratrum *in Wilheringe* a *Friderico quondam duce Austrie* pie memorie nostro antecessore donata perspexisse et tenorem subnotatum in eis inuenisse. *F.* dei gracia *Dux Austrie et Stirie et Dominus Carniole* Judicibus et omnibus, quibus littere iste monstrate fuerint, graciam suam et omne bonum. Cum *ordo Cisterciensium* alium preter nos habere non debeat aduocatum, ipsos fratres et bona eorum in protectionem et graciam nostram recipimus specialem mandantes districte, ut nullus eosdem grauet per exactiones indebitas aut molestet jn hominibus aut in bonis scientes, quicunque (transgressor nostri mandati) extiterit, quod eundem non solum in rebus, uerum etiam in persona uehementissime puniemus. (Quod mandatum) in hominibus (claustri de) *Wilheringen* et in ipso claustro firmiter et districte sub obtentu gracie nostre precipimus obseruari. (Homines uero eiusdem claustri) exemptos esse uolumus a generalibus placitis sev priuatis, nisi propria uenerint voluntate. Nos vero proprie saluti prouidentes et meritorum dei seruos promouentium participes effici cupientes predictam graciam eisdem liberaliter indulgemus et Sigillo nostro confirmamus Mandantes uobis et districte precipientes, ut premissam eis donationem (inuiolabiliter obseruetis). (Datum in *Lynza* Anno Domini) M. CC. LII. IIII. kalendas Decembris.

Die Worte inner den Klammern sind entlehnt der Pancharte, das Übrige aus dem sehr beschädigten Originale auf Pergament zu Wilhering mit einem Reitersiegel. — Stülz, Wilhering 525.

CXCVII.

1252. 28. November. Linz. — *Otakar, Herzog von Österreich, bestätiget die Schenkung, welche sein Vorfahrer Herzog Friedrich II. dem Kloster Wilhering über die Pfarre Gramastetten gemacht hatte.*

Otocarus dei gratia *dux Austrie et stirie et Marchio Morauie* omnibus hanc litteram inspecturis salutem imperpetuum. Quia, quod in tempore agitur, successione temporis memorie hominum elabitur, nisi huiusmodi littere presidio succurratur, Prouide decretum est, vt, que digna memorie iudicantur, scripture testimonio perhennentur. Tenore igitur presentium innotescimus vniuersis, quod nos ad honorem dei et beate Marie semper uirginis ecclesie Cisterciensis ordinis jn *Wilhering* donamus *ecclesiam parrochialem Greymarsteten* Abbati et collegio dicti monasterii licite ac libere perpetualiter possidendam, sicut ab antecessore nostro *duce Friderico* fuit donata et ipsius priuilegio confirmata. Vt hec ergo donatio non possit ab aliquo reuocari, super collatione presenti hanc kartam conscribi iussimus ipsam cenobio sepedicto in firmum robur et durabile testimonium assignando, sigilli nostri munimine roboramus. Testibus etiam ad amplificationem certitudinis subnotatis, qui huic donationi nostre hilariter et sollempniter facte aderant nostro facto et proposito, iuxta quod et decuit, applaudentes, quorum hec sunt nomina: *Budislaus Abbas de Zwetl*, *Johannes Abbas de Pawngartenperg*, *magister Wilhelmus prothonotarius*, *Otto Comes de Hardekke*, *Otto de Sleintz*, *Albero de Chuenring*, *Botsco Purgrauius de Znoym*, *Conradus de Cekking*, *Rudolfus de Potendorf* et alii quam plures. Acta sunt hec in *Lintz* Anno ab incarnatione domini M. CC. LII. Quarto kalendas Decembris.

Aus einem Copialbuche des Stiftes Wilhering. — Stülz, Wilhering 526.

CXCVIII.

1252. Linz. — *Otakar, Herzog von Österreich, bestätiget das Diplom Herzog Friedrich's II. von Österreich für das Kloster Wilhering, dat. Krems am 25. September 1241.*

Otokarus Dei gratia *Dux Austriæ et Stiriæ et Marchio Morauiae* omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in perpetuum. Noueritis, nos priuilegia fratrum in *Wilheringe* a *Friderico quondam*

Duce Austriæ nostro antecessore donata perspexisse et tenorem subnotatum in eis inuenisse. *Fridericus* & (folgt die Urkunde von 1241, 25. September). Nos uero in coelis thesaurizare cupientes prædictam gratiam eisdem liberaliter indulgemus et sigilli nostri robore confirmamus mandantes uobis ac districte præcipientes, ut præmissam eis donationem inuiolabiliter obseruetis. Datum in *Linz* Anno Domini M. CC. LII. præsentibus testibus subnotatis: *Milich de Namesth, Gallus de Libenberk, Zmulo de Liechtenberk, Zdizlaus de Sternberk, Benes Subcamerarius, Vlricus Pincerna, Poto de Crimiz. Paulus de Hostim cum fratre suo Sdezlao, Radmirus de Sriniberk, Otto et Conradus comites de Hardekke, Albero de Chuenringen et Henricus Suppanus frater eius, Rudolfus de Potendorf, Otto de Meissaue, Wolferus de Paraue, Otto de Walchimskirchen* et alii quam plures.

Pancharte des Stiftes Wilhering vom 24. October 1680. — Stülz, Wilhering 527.

CXCIX.

Circa 1252. — *Die Propstei Berchtesgaden beurkundet einen Gütertausch mit dem Kloster Reichersberg, dem sie zwei Huben zu Antisenhofen für Güter zu Arl abgetreten hat.*

Ne gesta hominum a memoria tollantur, potissimum solet adhiberi remedium cautio scripturarum. Notum igitur facimus tam presentibus quam futuris, quod nos *Chunradus* dei gratia *prepositus et conuentus Ecclesie in Berthersgadem* conmuni consilio duas hvbas in *Antesenhoven* per manus domini *H.* nobilis *Comitis de Ortenberch* Ecclesie nostre libere traditas cum omnibus attinentiis, videlicet pascuis, siluis, quesitis et inquirendis inposterum sine iure aduocatie *Ecclesie Richerspergensi* pro quibusdam possessionibus, quas habebant in montanis videlicet in *Arl* constitutis, trium videlicet talentorum usualis monete vel trecentorum caseorum predio nostro contiguis propter conmodum propinquitatis partis utriusque conmutauimus ac tradidimus ipsis pleno iure in perpetuum possidendas. Ut igitur hec nostra conmutatio de cetero non valeat irritari, presentem paginam ipsis in euidens testimonium dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Huius rei testes sunt *Wernhardus Decanus, Vlricus Camerarius, Chônradus Cellerarius presbiteri et Canonici Berthersgadmenses,* De familia vero nostra *Vlricus magister coquine, Pertholdus*

Magister domus, Vlricus de Stiven, Chōnradus de Widenpach, Sifridus Rinkil, Mœnhardus de Alben et alii quam plures.

Orig. auf Perg. Das Siegel verloren. Stiftsarchiv Reichersberg.

CC.

Circa 1252. — *Gerichtsverhandlung zwischen dem Bischofe Berthold von Passau und Ludwig von Zelking wegen eines Lehens.*

Cum post depositionem domini *Rudigeri* quondam *Patauiensis Episcopi*, quam ipse *R.* tandem uoluntarius admittebat, venerabilis dominus *B. Pataviensis Episcopus* per iustam sui assumptionem Episcopatus eiusdem regimina suscepisset ef Ecclesie Patauiensis vasalli pro sumendis eorum ab ipso feodis suam presentiam accederent, uenit et ad ipsum homo nobilis *Hertnidus de Altenhoven* et suum ab eo sumpsit feodum, ut debebat. Cuius feodi possessionem ipse H. non alienatam nec turbatam aliquo modo donec ad ultimum uite sue tempus est cognitus habuisse. Quo tandem sine herede legitimo decedente dominus B. Patauiensis Episcopus de morte sua vacans ei feodum in potestatem suam tractum tenuit, sicut vult et admittit iustitia generalis. Postea relicta dicti H. de Altenhoven cum quodam alio nobili *Ludewico de Celkinge* videlicet fecundas nupcias celebrauit et dicebant ambo tam maritus quam vxor, quod ipsi vxori, vnde premisimus, feodum dominus Rude-

Do Bischolf Rudeger vom bistuom ze bassowe mit recht vnd mit sin selbes willen gescheiden wart, nach dem wart Bischolf Berhtolt, der heute ist gewaltiger Bischolf; zu dem furen sine man, di von sinem goteshause Lehen heten, vnde namen daz von im, also tet ouh herre Hertenide von Altenhoven daz sine vnd hetz in siner gewalt vnverworen vntz an sinen tot; der starb an erben vnd wart bischolf Berhtolden daz lehen ledich. Da zoh er sich zu vnde hetz, also billich waz. Do nam des Altenhovers witewe einen andern man Ludewigen von Zelkingen, der sprach do vnt si mit im samt im, ir hiet bischolf Rudeger, der vor bischolf Berhtolten was, vnde m (Lücke) eht vom bistum gescheiden wart, daz selbe Lehen gelihen. da wesse bischolf Berhtolt nicht vmbe, vande deu frauwe zu im chomen was mit deheiner vorderunge, vnd hetz also in sinen geweren wol zwei iare, wande iz waz zereht sin. Dar fur Ludewich von Zelkingen der frauwen man vnde tet dem bi-

gerus, qui erat depositus, predecessor domini B. Episcopi concessisset. Quam eorum narrationem dominus B. Episcopus se penitus ignorare fatebatur addens, quod ipsa domina feodum ipsum acceptura se numquam suo conspectui presentasset, sed ipse vacans illud feodum in suam potestatem acceptum duobus annis habuisse nosceretur et ipso Episcopo feodum ipsum non dimittente sepedictus L. lesit Episcopum in eodem feodo et in aliis bonis suis, res, quas inde tollere poterat, auferendo. Super quibus dampnis Episcopus *Ducis Otakerj terre principis* iudicium requisiuit et dicto L. coram Duce conparente ac episcopo ipsum instantius inpetente memoratus L. de ablatis sub hac conditione episcopo satisfacere compromisit, quod episcopus vxori sue daret diem et ibi faceret ei super questione sua iustitiam, sicut vasallorum Ecclesie sue sententia diffiniret. Dedit ergo episcopus uxori dicti L. diem sub tali conditione, quem petebat, ut diebus XIIII. ante illum diem ipse L. episcopo de dampnis ei sine iure factis plene satisfacere teneretur. Mediante postea die, quem episcopus dedit domine memorate, partes in loco comparuerunt et contra prefatum L. ibi presentem, quod promissam emendationem,

scholf schaden ane reht auf dem selben gute vnd auch alswa vmbe sines wibes ansprahe, di si het gegen dem selben lehen. Den schaden chlaget der bischolf dem Herzogen Otakern des Landes herren. Do chom Ludewich fure vnde Lobt dem bischolf ze buzen den schaden auf die rede, daz der bischolf sinem wibe einen tach gebe unde tet ir recht, also sine man in baiden ertailten. Den tach gab der bischolf der frauwen darauf, daz der schade vor des tages virzehen tage wurde gebuzet, vnde lobet Ludewich daz also ze tune. Do der tach wart, dar zu chom der bischolf vnde auch deu frauwe, do mante der bischolf Ludewigen sines gelubdes vmbe di buze, deu nicht geschehen waz, als er gelobt hete, do iach Ludwich eines andern dinges. do wolde der bischolf sine rede haben, er erzuget da ze stet mit biderben Leuten vnde hietz auch wol getan vmbe di buze, als er Ludewich iz gelobt hete, vnd hiet der bischolf der frauwen mit recht allez alantrechtes wol gewaigert des tages da von, daz deu buze nicht gelaistet was, als iz gelopt wart. do tet der bischolf so genedichlichen vnde sprach: frauwe, ichn wil euch lan engelten, danh mir euwer man nicht gebuzet hat, vnde wil tune, daz mir min man

que diem illum debebat precedere, sicut supradictum est, non implesset, ab episcopo dicebatur, ipse autem L. in eadem re verba verbis episcopi dissimilia proferebat. Tunc episcopus narrationem suam de premissa satisfactione non exhibita probis testibus, quod et fecisse poterat, probare voluit esse veram et quamuis ex hoc, quod ei satisfactum non erat, processum dati diej de iure poterat omisisse, tamen ad pietatem conuersus, prout est hoc proprium dominorum, ita dicebat ad dominam: non obsit vobis apud nos, sicut promissum est, satisfactionen a marito vestro non recepimus ablatorum, super qua terre dominum exspectabimus, coram quo laudamentum factum est, et si forsan vir vester adhuc melius recolat, quod promisit, sed in presenti negotio, de quo diem vobis dedimus, iam procedentes in ipso, quod Ecclesie nostre vasallorum docebit sententia, faciemus. Ad que episcopi verba accepto aduocato surrexit in continenti domina et conferri sibi suum feodum ab episcopo postulauit. Quo contra dicebat episcopus, quod nichil ei concedere teneretur subiungens, quod inuentum in precisa possessione *vasalli sui Aldenhoverij* sine legitimo herede decedentis feodum, ut iure poterat, attraxisset, ertailent, unde wil der buze warten an des Landes herren, vor dems geschach, vnde an sin gelubde, daz er sich baz bedenche. Mit der rede nam deu frauwe einen vorsprechen unde gie fur vnde vordert sogetan lehen, also si bischolf Berchtolt hiet anbracht von bischolf Rudegeren. Do sprach er: frauwe, ich sol eu ze recht nicht lihen, ich han ein lehen funden in mines mannes gewalt des Altenhovers unverworrenchlichen, der an erben tode ist; da zoch ich mich zu, als ich von recht mochte, vnde han daz Lehen ie zu zwai iare in miner gewalt gehabt, daz ich euch nie gesach noch gehorte vnz heut an dirre stat. Do dauchte genuge Leute, ob deu frauwe volge solte han, daz siez verieriget hiet. So wizzen alle beschaiden Leute wol, daz frauwen nicht volg habnt an rechtem lehen. Do sprach der frauwen vorspreche, bischolf Rudeger hiet ir daz lehen glihen vnde hiet iez in ir gewalt gehabt, vntz bischolf perhtolt si mit sinem vngenaden hiet davon geschaiden. Do sprach der bischolf, er hiet daz selbe lehen in sines mannes gewalt funden, do er iungest vnde nehst were vnverworrenchlichen vnde er der bischolf hiet iez mit recht in siner gewalt gehabt vntz an den selben tach. Do sprach der frauwen vor-

cuius possessionem feodi duobus iam annis tenuerat, quod usque in eodem loco dominam numquam uiderat vel audiuit; et multorum ibidem tunc presencium iudicio residebat, quod, si domina iure successionis ad feoda fungeretur, ius illud tanti processu temporis, sub quo feodum petere neglexerat, amisisset et quod femine successionem ad feodale ius non habeant nisi quantum ad unam siue suam uel conferentis personam, quorumque discretorum prudencia ignorat. Tunc aduocatus domine pro domina proponebat, quod *episcopus Rudegerus* illud feodum domine concessisset, cuius etiam possessionem eam habuisse fatebatur, donec dominus *B. episcopus* eam

spreche, deu frauwe hiet iez in ir gewalt gehabt, vntz sis der bischolf entwert mit gewalte. Da engegen sprach der bischolf, daz selbe Lehen hiet er dem Altenhovere gelihen im ein, daz er vmbe die frauwen nie nicht gebete noch ir rehtes nie da gewuge, der were ane erben tot, von des tode hiet er daz lehen in siner geuvere vnd in siner gewalt gehabt vnz an den tach. Do wart vrtail gevraget nach ir baider rede. Do ward also vber ertailt: Seit deu frauwe spreche nach einer gewere, di si hete gehabt von bischolf Rudegeren, vntz si bischolf Perchtolt davon schide ane reht, vnde bischolf Perchtolt sin vorgesprochen reht auch da offente, swa daz Lehen lege, man vraget di nehsten vnde die besten, swer die gewere an dem selben Lehen vnroublich herbracht hiet vntz an den tach, der hietz auch vntz sin ane gewune wurde, also reht were. Der vrteil dinget der frauwen vorspreche anz Riche.

ab ipsa impie remouisset. Ad quod dixit episcopus: feodum, unde agimus, inuenimus in possessione libera vasalli nostri sine herede legitimo decedentis et in potestatem nostram continuo tractum possedimus dum in istum diem. Aduocatus ad hec domine respondebat, quia feodi possessio fuerit domine, donec episcopus eam ei abstulit sine iure. Iterum episcopus affirmabat, quod, dum illud feodum soli *Altenhoverio* concederet, nullam ei pro vxore sua petitionem obtulit nec quod ipsa ius aliquod haberet in eodem feodo, fecit illo tempore mencionem, adiciens, quod *Altenhoverius* decedens legitimum heredem non reliquisset et ab eius obitu feodi dicti possessionem se

tenuisse donec in illum diem asserebat. Tunc super propositione parcium est sententia requisita et sententiatum exstitit, quia, cum domina de possessione quadam tantum faceret questionem, quam habuisset ab *episcopo Rudegero*, quousque dominus *B. episcopus* eam ab ea remouerit sine iure, ac dominus episcopus suum ius in eiusdem possessione feodi cum prenotatis allegationum rationibus aperiret, circa feodi situm interrogarentur uicinie pociores et quem parcium possessionem feodi donec ad hec tempora tenuisse sine uiolencia testarentur, hic habere deberet eam, quousque iusticia remoueret eum ab eadem. a qua sentencia domina per aduocatum eius ad audienciam imperialis culminis appellauit.

Mon. boic. XXIX. II. 403.

CCI.

1253. 2. Februar. Wels. — *Albero von Polheim schenkt dem Spital am Pührn eine Hube zu Perndorf, die jährlich ein halbes Pfund dienet.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ad euitandam presentium et futurorum calumpniam quique boni, quod ecclesiis uel hospitalibus pia liberalitate conferunt, perennare litterarum et sigillorum munimine consueuerunt. Quapropter notum sit cunctis Christi fidelibus, quod ego *Albero de Pollenheim* inspirante deo ob eius et gloriose virginis sancte Marie reuerentiam pro mea salute nec non omnium, a quibus descendit mansus subsequenter nominandus, *domui hospitalis in piren* sub *fratre perhtoldo* ordinis sancti benedicti domum eandem tunc temporis procurante dicto *de ahliten* potestatiua manu tradidi mansum in *perndorf* situm annuatim mediam libram monete publice seruientem, donationem eandem litteris hiis et sigilli proprii munimine confirmando. Datum *welse* anno domini M°CC°LIII. in die purificationis beate virginis, jndictione XI^a.

Orig. auf Perg. Das Siegel fehlt. K. k. geh. Hausarchiv.

CCII.

1253. 4. März. Krems. — *Otakar, Herzog von Österreich, nimmt das Kloster Mondsee in seinen besonderen Schutz und ertheilt ihm Mauthfreiheit.*

Otacherus Dei gratia Dux Austriæ et Styriæ, Marchio Moraviæ omnibus mutariis in nostro Dominio constitutis gratiam suam et omne bonum. Quia Venerabilem Virum Abbatem in *Mense* ejusdemque

loci Conuentum in nostram protectionem recepimus et favorem, gratiam eis fecimus specialem, ut vinum et alia victualia sua singulis annis per Mutas terræ nostræ sine omni exactione libere debeant pertransire. Mandamus ergo Vniuersitati Vestræ, ut hanc gratiam ipsis factam nullus Ministerialium nec aliquis Mutariorum sive judicum nostrorum nec aliqua sublimis humilisve persona præsumat infringere vel ei ausu temerario contraire, pro certo scientes, quod transgressores hujus mandati in rebus et personis sine misericordia puniemus. Datum in *Chrempas (Chrembs)* IV. Non. Martii anno incarnationis Domini 1253.

Chronic. Lunaelac. 150. — Pez, Thes. Anecdot. VI. II. 101.

CCIII.

1253. 8. März. Slage. — *Mathilde, Chunrat's von Heichenbach Witwe, und ihr Sohn Rudiger verkaufen dem Kloster Schlägl einen Hof zu Wandschaben und bestätigen eine Schenkung Wernher's von Heichenbach, welcher zwei Mansen zu Horau gegeben hatte.*

Acta solempniter delet obliuio, nisi litterarum fulciantur stabilj firmamento. Inde est, quod ego *Mechtildis vidua Relicta Chvnradi cum filio suo Rvdigero vocati de Heichenbach* omnibus successoribus nostre posteritatis nec non et vniuersis littere presentis inspectoribus notum esse uolumus, quod nos Curiam nostram in *wantschaben domui sancte Marie in Slage* contulimus terciam partem pro peccatis et salute nostra nec non et pro remedio animarum cognationis nostre, duas uero reliquas partes eiusdem curie pro pecunia uidelicet XXXII. libris dedimus pleno iure. Fatemur insuper, quod frater *Rudigeri* scilicet *Wernherus* beate memorie pro iniuria, quam predicte domuj intulerat, emendanda duos mansos in *Horowe* ipsi domui, cum adhuc uiueret, contulit personaliter et concessit, cuius donationem ratam habentes consensum nostrum in hac parte et fauorem beniuolum exhibemus tam in supra dicta curia in Wantschaben quam in eisdem duobus mansis in *Horowe* coram altari in sepedicta ecclesia sancte Marie juri nostro integraliter renunciantes. Ne uero de hac donatione legittima ab aliquo heredum nostrorum dubitari possit in posterum, coram ydoneis testibus *Heidenrico* scilicet nostro cognato *de Heichenbach*, *Chalhoho et Leupoldo fratribus de Valchensteyn*, *Pilgrimo de Tanneberch*, *Sybotone de sprinzensteyn*,

Wernhardo de monte, *Vlrico gusner*, *Chvnrado chrænzinger* presentem paginam sepedicte domui sancte Marie dedimus sigilli nostrj robore confirmatam. Prefati nihilominus testes eundem contractum conscriptum presentibus (sic) suorum sigillorum testimonio signauerunt. Datum in *Slage* VIII. Idus Marcii Anno ab incarnatione domini Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo tertio.

Orig. auf Perg., einst mit vier Siegeln behängt, wovon jetzt das letzte ganz abgefallen ist. Stiftsarchiv Schlägl.

CCIV.

1253. 1. April. Prag. — *Otakar, Herzog von Österreich, unterwirft sich dem von den Bischöfen von Bamberg, Freising und Seckau gethanen Ausspruch wegen der vom Bisthume Passau innehabenden Lehen.*

O. dei gratia *Dux Austrie et Styrie, marchio Morauie* vniuersis, ad quos presens littera peruenerit, salutem in domino. Ad noticiam peruenire cupimus singulorum, quod nos ad iussionem, consilium et consensum karissimi patris nostri *W.* illustris *regis Boemie* et de consilio fidelium suorum et nostrorum habita super hec matvritate consilii diligenti compromisimus in venerabiles patres et dominos nostros *H. Babenbergensem, C. frisingensem* et *Vlricum Sekkowensem episcopos* ipsorum nos arbitrio submittentes et data fide ad manus eorum et serenissimi patris nostri prefati firmiter promittentes, quod ratum habemus bona fide domino nostro et amico *R.* uenerabilj *Patauiensi episcopo* singula inuiolabiliter obseruantes, super quibus inter nos ex una parte et ipsum episcopum ex altera de feodis, que sibi per mortem *Fr.* illustris *Ducis austrie* pie recordationis vertebantur (vacabant?) sunt prefati domini episcopi arbitrati. Est autem ipsorum arbitrii forma talis: Nos dei gratia *H. Babenbergensis, C. Frisingensis* et *Vlricus Sekkowensis episcopi* arbitri super questionibus, que inter venerabilem dominum *R. Patauiensem episcopum* ex vna parte et *O.* illustrem *Ducem Austrie* super eiusdem terre feodis ad collationem dicti episcopi pertinentibus ex altera vertebantur, tale pronunciamus arbitrium maturitate consilij et deliberationis prehabita diligenti: dominus episcopus firmabit oppida sua in *S. yppolito* et in *Euerdinge*, prout ecclesie sue, sibi suisque, successoribus uiderit expedire, et cauebit domino Duci, quod nulla sibi ab eisdem munitionibus vel etiam terre grauamina inferentur, et si factum fuerit, infra tres menses, postquam requisitus fuerit, tenebitur emendare. Quod si non fecerit et super hoc coram nobis vel duobus

ex nobis conuictus fuerit, ex tunc excomunicationi domini pape usque ad condignam satisfactionem subiacebit. Siquis vero ex ministerialibus, fautoribus siue seruitoribus dicti Ducis ipsum hac in parte presumeret impedire, idem Dux sine dolo ipsum episcopum tuebitur ab eisdem et dominus episcopus taliter ipsum impedientes secundum formam iuris excomunicationis sententia innodabit et eandem sententiam domino Duci intimabit, qui per trine citationis edicta ita, quod quodlibet edictorum XV^cim dies contineat, monendo ipsos, ut dicto episcopo satisfaciant, ad sui presentiam euocabit, et si ex tunc non satisfecerint, proscriptionis sententiam proferet in eosdem. Si uero dicto episcopo uidebitur, quod Dux tamquam dissimulare volens hac in parte negligens extiterit et remissus et requisitus ab episcopo iurauerit, quod fecit et faciet, quitquid potuit et debuit, in nullo tenebitur episcopo memorato. Si uero iurare noluerit, tenebitur de omnibus dampnis et iniuriis satisfacere sibi, que in personis, rebus et expensis per impedimenta sustinuit premissorum, que idem episcopus sub stola iureiurando probauerit et estimauerit, et hoc quocienscunque per premissos temerarios fuerit impeditus et tamquam proscriptos, usque ad condignam satisfactionem excludet a sua familiaritate, gratia et fauore. Item cum officialis dicti episcopi soluerit domino Duci ius aduocatie de possessionibus in *Zeizenmuer* et in *Mutarn* secundum consuetudines antiquas, ex tunc homines et possessiones ab omnibus exactionibus sunt libere ipso anno, habebit etiam dominus Dux placita prouincialia in *Mutarn*, iuxta quod habuit *Dux Liupoldus* et secundum consuetudines antiquas et approbatas, et in hoc sine exactione et iniuria hominum suorum. Insuper si aliquis ministerialium dicti episcopi cum Ducis uel Ducis cum suis coniuncti sunt vel in futurum matrimonialiter coniungantur, utraque pars dominorum heredum, qui ex ipsis procreati fuerint, equam recipiet portionem et sub dominio illius, ad quem translati fuerint, iure, quo eiusdem ministeriales priuilegiati fuerint, perfruentur, iuxta quod in priuilegiis *Liupoldi et Fr. Ducum Austrie* super hoc confectis plenius continetur. Preterea idem episcopus statuet in foresto suo custodes, qui forestarij nuncupantur, qui hominibus suis et sibi ad edificia et ad comburendum et alias utilitates lignorum necessaria ministrabit ita tamen, quod forestarij non vendant ligna et edificia alienis, ad hoc excipimus ecclesiam in *holaprvnnen*, quam post obitum *magistri Gotscalci* dominus episcopus donauit *patauiensi capitulo*

possidendam. Promissum est etiam, ut, si probatum fuerit iuramento tum prepositi pataviensis et *Heinrici de Merswanch*, jnsulam *Hagenowe* ad mensam domini episcopi pertinere, possidebit eam libere et quiete, et si dictus episcopus testimonio honestorum virorum probauerit temporis processu ipsam jnsulam absolutam esse ab obligatione, siqua tenebatur, possidebit eandem, sin autem absoluet eandem et in suam rediget seruitutem. Item ut uictualia episcopi, capituli et ministerialium deferantur sine muta tam in terris quam in aquis, sicut *Ducis Liupoldi* temporibus ferebantur, et ciues sui gaudebunt omni iure, quo in terris et in aquis dictorum Ducum temporibus fruebantur, nec eos in possessionibus seu aliis bonis quibuscunque per exactiones vel adinuentiones offendet aliquatenus, sed defendet, jnsuper conseruabit episcopo, capitulo, clero et hominibus suis omnia iura canonica et ciuilia et libertates, quibus *senioris Ducis Liupoldi* temporibus fruebantur. Item, quod eum, capitulum, clerum omnesque sue ecclesie attinentes in terra sua ab inuasione qualibet temeraria tueatur et sibi suisque iustitiam faciat de illatis. Ceterum Dux dabit episcopo pro feodis tria millia marcarum puri argenti wiennensis ponderis et CCC^tas. libras winnenses consiliariis suis, de quibus soluet in continenti eidem CCC^tas. marcas ponderis memorati et consiliariis cautionem faciet pro pecunia et terminis, quam uoluerint acceptare, pro residua uero pecunia duobus videlicet milibus marcarum et septingentis marcis et XXVIII. marcis, que in pondere CCC^tarum. marcarum deficiunt, obligauit ei dimidiam mutam in *Lyntza* tam in terris quam in aquis, quam assignabit certo nuntio suo in festo beati Johannis baptiste proxime. . ut ex tunc medietatem omnium prouentuum recipiat sine contradictione qualibet, donec sibi de prefata pecunia satisfaciat. Quod si forte per ipsum Ducem vel aliquem ex suis seruitoribus seu fautoribus dictus episcopus in perceptione mute prefate et in munitione oppidorum suorum secundum formam superius expressam fuerit impeditus nec per ipsum Ducem fuerit emendatum, eidem episcopo vacabunt feoda supradicta et pecunia, quam recepit dictus episcopus, est amissa. Et ut premissa omnia dicto episcopo per ipsum Ducem inuiolabiliter obseruentur, idem Dux fide data uice sacramenti se astrinxit et nos episcopi supradicti, *Bosko pincerna de habespach, wichardus de tirnah, Benisch, magister wilhelmus scriba Ducis, witigo scriba Styrie* fide data firmiter promisimus, quod ipsum induceremus ad obseruantiam omnium premissorum.

Quod si forte aliqua premissorum dicto episcopo fuerint violata et ius suum, vbicumque voluerit et potuerit, fuerit prosecutus, Dux egre non feret nec propter hoc ipsum vel ecclesiam et omnes sibi attinentes aliquatenus molestabit. in cuius rei testimonium presentem litteram conscribi fecimus et roborari nostrorum munimine sigillorum. Datum in *Betsche* anno domini millesimo CC. LIII. VI. kalendas aprilis. Vt autem omnia, que in premisso arbitrio comprehensa sunt, cum ratihabitione per nos dicto episcopo et ecclesie ipsius inuiolabiliter et fideliter conseruentur, ad habundantiam cautele presentem paginam conscribi fecimus, ei sigillum nostrum duplex et sigilla arbitrorum pro confirmatione et testimonio premissorum cum subscriptione testium appendentes. Sunt autem testes hij: *Heinricus Babenbergensis episcopus, Conradus Frisingensis episcopus, Vlricus Sekkowensis episcopus, Meingotus maior prepositus patauiensis, Eberhardus prepositus werdensis canonicus patauiensis, Poppo cellerarius et canonicus patauiensis, Hawel de Lewenberch, Bosko de Znoim, wichardus de tyrnah, Stezlowe de Sternberch, Benisc camerarius, Zmiel frater Boskonis, witigo de chrumbenowe, albero pincerna de chunringe, Heinricus pincerna de habespach, chalhohus de tulbinge, albertus de celkinge, heinricus de merswanch et Johannes filius suus, Wolfkerus de Parowe, Liupoldus de valchinstein, arnoldus pibero* et alij quam plures, principaliter tamen karissimus pater noster jllustris *Rex Boemie* presentem litteram sigillis suis communire statuit ad cautelam. Datum *Prage* anno domini millesimo CC. LIII. kalendis aprilis.

Orig. auf Perg. mit fünf angehängten Siegeln. K. k. geh. Hausarchiv. — Abgedruckt in den Wiener Jahrbüchern XL. 92. — Mon. boic. XXVIII. II. 374.

CCV.

1253. 20. April. Passau. — *Berthold, Bischof von Passau, erklärt, dem neuen Herzoge von Österreich jene Lehen seines Bisthums, welche dessen Vorfahren innegehabt, verleihen zu wollen.*

Perhtoldus Dei gratia *Episcopus Ecclesiae Pataviensis* Universis Christi fidelibus praesentem paginam inspecturis salutem in omnium salvatore. Cum singularum ecclesiarum nostrae dioceseos utilitatibus ex injuncto nobis officio intendere debeamus, maxime tamen Patav. Ecclesiae matri nostrae, dominae et magistrae, in qua domino miserante regimen et curam suscepimus pastoralem, debemus

intendere atque curam ejus gerere ipsi Ecclesiae ad commodum, nobis quoque ad salutem aeternam in eo, qui est omnium vera salus. Hinc tenore praesentium declaramus, quod deficientibus ducibus Austriae non haerede relicto aut aliquo successore, cum terra principe diutius caruisset, quaedam feoda, quae iidem duces ab *Ecclesia nostra Pataviensi* in *ducatibus Austriae et Styriae*, quae sunt non modica sed magna et maxima, titulo possederant feodali, nobis et Ecclesiae nostrae vacare coeperunt. Verum domino *Ottocharo nobili Marchione Moraviae nato illustris regis Boemiae* in ducatum postmodum subintrante occasione matrimonii, quod postmodum cum filia Domini *Leopoldi quondam Ducis Austriae* contraxit, nobis negotium hujusmodi exequentibus, multis nobis coepit precibus supplicare, ut in dictis feodis specialem sibi gratiam faceremus, hujus rei gratia ea, quae honestas et ratio postularet, offerens se facturum. Unde habito super hoc consilio una cum nostro Capitulo et tractatu, cum ipsius Capituli consilium non accederet vel consensus, nisi cedente ipsi Capitulo aliqua de dictis feodis congrua portione, nos cum dicto Domino Duce convenimus in hunc modum, ut ipsi Capitulo ob honorem et reverentiam B. Stephani Protomartyris Patroni nostri *Parrochiam in Hollubrunne* ob nostram etiam faciendam memoriam conferremus. Quod et fecimus ipsius Ducis voluntate et arbitrio accedente sub hac forma, ut in singulis diebus sabbathinis matutinas de B. Virgine missa et omnes horas teneantur solempniter celebrare cum solempni vespera praecedente. Ad haec etiam in nostro anniversario sex modios, qui *Chastmute* dicuntur, tres tritici, tres siliginis in usus pauperum et quatuor libras denariorum Pataviensium tenebuntur Canonicorum residentium refectorio deputare. De ipsis vero ecclesiae redditibus a nobis est taliter ordinatum, ut singulis diebus Sabbathinis una libra fratribus praesentibus offeratur et, quod residuum fuerit, in usus deputabitur eorundem, vel si forte, quod absit, defectus reddituum dictae Ecclesiae fuerit, prout rerum possibilitas permiserit et facultas, dicta distributio ex tunc per majorem vel saniorem partem Capituli ordinetur ita tamen, ut sicut in principio futurae memoriae nostrae ac etiam gloriosae Virginis Dei genitricis Mariae Decanus et Canonici Patavienses liberaliter consenserunt, sic et eorum successores facere teneantur. Alioquin nostra donatio irrita maneat et inanis. Ut autem haec nostra donatio inconuulsa maneat in perpetuum et perfecta, praesentem paginam conscribi fecimus et eam nostri sigilli munimine

roborari. Huius rei testes sunt *Albertus Decanus, Magister Diezo, Heinricus de Maeginge, Magister Johannes, Otto de Lonsdorf, Heinricus de Heidendorf, Irnfridus decanus in Chrems, Poppo de Mundrachinge Canonici Patavienses, Chunradus Comes de Wasserburch, Purchardus de Wiar, Rapoto de Ezzenbach, Waltherus de Tanneberch, Alramus de Rotowe, Piligrinus de Tanneberch Ministeriales Ecclesiae Pataviensis, Heinricus de Hutschmunt judex civitatis Pataviensis, Chunradus Sezarius de Helingersperge, Christanus, Perhtoldus in insula, Hartmudus, Heinricus Chaerpho.* Acta sunt haec *Pataviae* XII. kal. Maji anno ab Incarnatione Domini M. CC. LIII. Indictione XI.

Mon. boic. XXVIII. II. 365.

CCVI.

1253. — *Die Brüder Albero und Weichart von Polheim schenken dem Kloster Wilhering den Hof zu Lintha zu einem Seelgeräthe für ihren Vater.*

Quoniam obliuiosa hominum teneritudine in nichilum euergente eorum gesta in obliuionem similiter laberentur, nisi tenaci litterarum memorie sagaciter mandarentur, huius inspectione membrane presentibus pateat et futuris, quod nos *Albero et Wichardus fratres de Pollenhaim* in nostre munimentum salutis curiam in *Lintha* et feminam inibi conmorantem vna cum pueris suis monasterio in *Wilheringen*, quemadmodum pie memorie pater noster preordinauit, in die sepulture ipsius contulimus absolute, calumpnie, que processu temporis fortuitis posset casibus oboriri, scripto presenti cum additione testium occurrendo testamentum patris nostri siue nostrum nolentes in irritum aliquatenus deuenire. Sunt autem hec nomina eorum, qui intererant huic facto, videlicet dominus *Heinricus*, dominus *Wernhardus fratres de Schawnberg*, *iunior Wernhardus de Schawnberg*, dominus *Otto de Truna*, *Chunradus de Aschberc, Heinricus et Chunradus fratres de Lah*, *Arnoldus cognominatus Rusticus, Ortolfus de Egendorf, Chunradus de perntal* et alii quam plures. Actum anno domini M° CC° L° III° indictione XI.

Aus einem Copialbuche des Stiftsarchives Wilhering. — Stülz, Wilhering 527.

CCVII.

1254. 4. Februar. Lateran. — *Papst Innocenz IV. beauftragt den Scholaster des Domcapitels von Regensburg, dann die Pfarrer von Kirchberg und Hornbach in der Regensburger Diöcese, den Streit zwischen dem Archidiacon L. von Passau und dem Propste von Ranshofen, welcher die Exemtion seiner Pfarren von der Jurisdiction des Archidiacons anspricht, zu untersuchen.*

INnocencius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *R. scolastico maioris ecclesie de chirichperg et de Horbach plebanis Ratisponensis* salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis *prepositus et conuentus de Ranshouen* conquestione monstrauit, quod *L. archidiaconus patauiensis* super iurisdictione uisitacionis et procuracionis quorumdam plebanorum pertinencium ad eosdem contra antiquam et approbatam consuetudinem et rebus aliis grauiter iniuriatur eisdem. Ideoque discrecioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus conuocatis et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellacione postposita decernatis facientes, quod decreueritis, per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem, qui fuerint nominati, si de gracia, odio uel timore se subtraxerint, cogatis censura simili appellacione remota ueritati testimonium perhibere. Quot (sic) si non omnes hiis exsequendis potueritis interesse, duo uestrum nichilominus exsequantur. Datum *laterani* II. Nonas februarii, pontificatus nostri anno XII.

Aus einem Codex Saec. XIV. in der königl. Staatsbibliothek zu München.

CCVIII.

1254. Im Februar. Wolfsberg. — *Heinrich, Bischof von Bamberg, bestätiget dem Spitale am Pyhrn alle von den Bamberger Bischöfen erhaltenen Rechte im Allgemeinen.*

Nos *Heinricus* dei gratia *Babenbergensis episcopus* presenti scripto notum facimus vniuersis, quod nos precipue propter deum, respectu quoque iuris, quo *domus hospitalis sancte Marie in pede montis Pyrdonis apud Windischgersten Babenbergensem respicit ecclesiam*, recognoscimus dicte domui omnia iura, que a *babenbergensi ecclesia* hactenus noscitur habuisse. Remittimus etiam ei possessionem bonorum, de quibus inter nos et dictam *domum hospitalis* questio orta fuit, et liberas dimittimus et quietas omnes possessiones, quas iuste et rationabiliter sepe dicta domus temporibus

predecessorum nostrorum iusto tytulo sine preiudicio ecclesie nostre noscitur possedisse. jn cuius rei testimonium presens scriptum iussimus sigilli nostri robore communiri. Datum *woluesperch* anno domini M° CC° LIIII° mense Februario XII° jndictionis.

Orig. auf Perg. Das Siegel fehlt. K. k. geh. Hausarchiv.

CCIX.

1254. 4. März. Krems. — *Otakar, Herr von Böhmen und Herzog von Österreich, befiehlt seinen Mauthnern, Wein und andere Victualien für das Kloster Mondsee an allen seinen Zollstätten mauthfrei vorbei gehen zu lassen.*

Otacherus dei gratia *dominus regni Boemie, dux Austrie et styrie, Marchio Morauie* omnibus Mutarijs in nostro dominio constitutis gratiam suam et omne bonum. Quia venerabilem virum abbatem in *Mánnsee* eiusdemque loci conuentum in nostram protectionem recepimus et fauorem, gratiam eis fecimus specialem, vt vinum et alia victualia sua singulis annis per mutas terre nostre sine omni exactione libere debeant pertransire. mandamus igitur vniuersitati vestre, vt hanc gratiam ipsis factam nullus ministerialium nec aliquis mutariorum siue judicum nostrorum nec aliqua sublimis humilisue persona presumat infringere uel ei ausu temerario contraire, pro certo scientes, quod transgressores huius mandati in Rebus et personis sine misericordia puniemus. Datum *chrems* IIII° nonas Martij Anno incarnationis domini M° CC° Quinquagesimo III°

Aus einem Copialbuche des Klosters Mondsee. Saec. XV. — Abgedruckt im Chron. Lunaelac. I. 150.

CCX.

1254. 3. April. Apud Budam. — *Friedensschluss zwischen König Otakar von Böhmen und König Bela von Ungarn, worin als Grenzscheide zwischen Österreich und Steyr von Ungarn bis Baiern die Wasserscheide bestimmt wird.*

Nos B. miseracione diuina *Archiepiscopus Colocensis, Aule Illustris reg. Hungr. Cancellarius, Rolandus comes palatinus et posoniensis, Stephanus dux tocius Sclauonie, Chak summus camerarius et comes Superniensis* arbitratores domini *B. incliti regis Vngarie* Significamus Vniuersis presencium per tenorem, quod, cum ex parte predicti domini nostri constituti fuissemus super ordinacione pacis et concordie inter prefatum dominum nostrum regem et P. Illustrem dominum *regem Boemie* deputatis nobis et associatis

coarbitratoribus Venerabili in Christo patre B. dei gracia *Episcopo Olmocensi, Wythycone de noua domo, Otthone de Messe* (sic, pro Meyssau), *Kadoldo orphano, Wykardo de Terna* (vielleicht Tyrna) ex parti prefati P. domini regis Boemie ad ordinacionem ejusdem pacis et concordie cum effectu, tractatu prehabito diligenti tandem conuenimus in hac forma, quod dominus noster rex Hungarie et sui heredes *ducatum Stirie* cum omnibus attinenciis suis et iuribus possidebunt iure perpetuo et tenebunt usque ad terminos infra scriptos, scilicet a summitate montis, qui dicitur *Semernyk,* secundum quod eadem montana pro diuersitate locorum adiacentium diuersis nominibus nuncupata ab Hungaria in *Bawariam* protenduntur et in Bawaria terminantur, cursu aquarum uersus *Muram* ab eadem summitate moncium decurrencium terminos distinguente hoc adiecto, quod si *Castrum Suarchumpah* (sic) secundum decursum aque non cederet in partem Ducatus Stirie domino nostro regi, prefati nuncii et arbitratores domini P. regni (sic) Boemie assumpserunt super se obtinere cum effectu a domino suo predicto, quod in partem domini nostri regis transeat cum omnibus suis attinenciis et iuribus et assignetur perpetuo possidendum. Ab eadem autem summitate montium secundum cursum aquarum uersus *Danubium* fluencium illam porcionem Stirie *cum toto Ducatu Austrie* predictus P. dominus cum suis heredibus iure perpetuo cum omnibus attinenciis suis et iuribus possidebit eciam et tenebit Ita insuper, quod dominus noster rex de parte illa, quam ipse possidebit, *domine de Impirg* (sic) satisfaciet, ut contra predictum P. dominum materiam non habeat conquerendi nichil propter hoc de Ducatu Austrie retentura. Et dominus P. de parte illa, quam ipse tenebit, satisfaciet domine preclare uxori sue, si ipsum premori contingat, et heredibus ipsius ita, ut nullam contra dominum nostrum regem ipsa uel ipsius heredes in parte illa, quam rex tenebit, possit habere questionem. Facta autem cognatorum et amicorum utriusque partis iuxta ipsorum decenciam tunc ordinabuntur, quando dominus noster rex et dominus P. prefatus ad colloquium et tractatum conuenerint loco et die ad hoc communiter assignatis. Vt autem de istis articulis nichil per dominum nostrum regem immutetur, in animam suam corporale prestitimus iuramentum et sigillorum nostrorum fecimus appensione roborari. Actum anno domini M.CC.LIIII. apud *Budam* Sexta feria ante dominicam palmarum.

Kurz, Ottokar und Albrecht I. II. 171.

CCXI.

1254. 12. April. Lateran. — *Papst Innocenz IV. trägt die Untersuchung des Streites des Propstes zu Ranshofen mit dem Passauer Erzpriester, der auch in der Pfarre Ranshofen sein Amt ausüben will, neuerdings mehreren Schiedsrichtern zur Untersuchung auf.*

INocencius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *abbati de Pruel* et *preposito de osterhouen patauiensis dyocesis* et *Scolastico Ratisponensi* Salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilectus filius *prepositus de Ranshouen* significacione monstrauit, quod, cum *archydiaconus patauiensis* ecclesie iura sui archydiaconatus niteretur contra sedis apostolice priuilegia infra parrochie sue terminos exercere ac ipsum super hoc coram *H. decano, C. preposito sancti Nycolai* et *O. canonico patauiensi* auctoritate nostra traxisset in causam, idem racionabiles causas ostendens uocem ad nos appellacionis emisit, cui dicti iudices humiliter detulerunt. Quo circa discreçioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, partibus conuocatis et auditis hinc et inde propositis, quod canonice fuerit, appellacione postposita decernatis facientes, quod decreueritis, per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari, quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo uestrum nichilominus exequantur. Datum *laterani* Idus aprilis, pontificatus nostri anno duodecimo.

Aus einem Pergamentcodex Saec. XIV. in der königl. bair. Hofbibliothek.

CCXII.

1254. 15. April. Krems. — *Otakar, König von Böhmen, bestätigt die Freiheiten des Klosters St. Florian.*

O. dei gratia *dominus regni Bohemie, dux Austrie et Marchio morauie* vniuersis hanc litteram inspecturis gratiam suam et omne bonum. Veniens ad nos prepositus *domus sancti Floriani* suas nobis preces porrexit, ut iura ecclesie sue sibi conseruare et renouare dignaremur, cuius precibus fauorabiliter inclinati omnia iura ecclesie sue a predecessoribus nostris collata ipsi recognoscimus et renouamus uolentes, ut uniuersa uictualia tam in uino quam in grano in nostro dominio tam in aqua quam in terra, quocunque tempore transduxerint, transeant libere sine muta, precipientes uniuersis nostris

iudicibus siue mutariis, ut libertatem transitus ipsi ecclesie a nobis indultam nulla uiolencia infringere adtemptent (sic). Datum in *Chrems* Anno domini MCCLIIII. XVII. Kalendas maii.

Aus einem Codex des XIII. Jahrhunderts im Stiftsarchive zu St. Florian. — Stülz, St. Florian 321.

CCXIII.

1254. 30. April. Steyr. — *Otto von Steyr schenkt zu seinem Seelenheile dem Kloster Gleink ein Gut, genannt im Thale.*

In Nomine Domini Amen. Ego *Otto de Stiria* uolo omnibus esse notum, quod ego prædium quoddam situm apud Vineam Monasterij *Glunicensis* dictum *in ualle,* quod Jure proprietatis mihi attinebat, propter salutem animæ meæ ac meorum omnium propinquorum contuli Monasterio S. Andreæ Apostoli in *Gleinckh* fratribusque ibidem Deo militantibus, *Conrado de Rützenwünckhl,* qui idem prædium a me possedit Titulo Pheodali, memoratum Prædium in ualle mihi libere resignante. Cum autem ante dictum Prædium quidam *Otto* Nomine Pistor Coenobij memorati a Prædicto Conrado teneret in Pheodo, dicti fratres ipsum Prædium ab eodem Ottone et filijs suis taliter absoluerunt, quod idem Otto ad Dies uitæ suæ solumodo illud possideret soluendo inde Triginta Denarios in Festo S. Andreæ Apostoli omni anno, post terminum uero uitæ dicti Ottonis nullus filiorum aut hæredum suorum quidquam Juris habeat in dicto Prædio, sed ad Monasterium Glunicense pertineat toto Jure sine cunctatione qualibet libere perpetuo possidendum. Volo autem de ipso Prædio illud firmiter obseruari, quod nullus Prædictorum Coenobitarum seu sit persona Publica uel priuata, habeat aliquam potestatem illud Pheodum ab usu fratrum ipsius Monasterij aliquo modo transferendi et si alicui, quod absit, ipsum fuerit quocunque modo assignatum in præiudicium Ecclesiæ nullo modo teneat illud factum, et in huius rei Testimonium et robur adhibeo meum sigillum præsenti scripto Testibus, qui huic facto intererant, similiter adnotatis: *Gerungus Abbas Garstensis, Ditmarus de Stiria et filij sui Ditmarus, Durnigus, Gundacherus de stovenberg* (sic), *Marquardus, Bertholdus dicti Priuhouen, Bertholdus, Duringus Fratres Scheckhen, Ortolphus, Henricus fratres de Kerschberg, Richerus, Rudigerus fratres de Klingelbrunne, Henricus, Conradus Fratres de Ritzenwüngel, Otto decimator in Hag, Henricus Ciuis de Styria dictus Kerschberger Cum*

filio suo Wachuno, Conradus officialis de Gleinkh, Heinricus, Otto fratres de Kirchdorff, Ditmarus Consanguineus Domini Rudolphi Abbatis, Henricus, Ortolphus familiares Ecclesiæ. Datum *in foro Styriæ* Anno Domini Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo quarto, Calendas Maij, sub Reuerendo in Christo Patre et Domino *Rudolpho Abbate.*

Aus einem Copialbuche des XVII. Jahrhunderts zu Gleink.

CCXIV.

1254. 6. Juni. Vichtenstein. — *Aussöhnung des Bürgers Frank von Eferding mit dem erwählten Bischofe Otto von Passau.*

O. dei gratia *Electus ecclesie Patauiensis* Omnibus presentem litteram inspecturis Salutem in domino. Profitemur presentibus et patefacimus vniuersis, quod, cum *Otto Franco Ciuis in Euerdinge* gratie nostre se reddidisset quodam modo alienum, de consilio fidelium nostrorum reformatus est nostre gratie sub hac forma, quod inpromptu X. libras et III. Scaphia Siliginis Patauiensis mensure Patauie nobis soluet. Preterea *iudicium nostrum in Euerdinge* cum omnibus suis attinentiis ab Octava Penticoste per spacium unius anni pro XXXVI. libris Wiennensibus sibi locauimus tali pacto, quod renuntiauit omni iuri, quod ex locatione dicti officii per dominum B. Antecessorem nostrum pie memorie usque ad festum beati Mychahelis factam sibi competere confidebat. Vt etiam de sua nobiscum conmansione securiores simus, quod a nobis non recedat uel a nostris debitis obsequiis se subtrahat ulla uice et cum *Marquardo Struma in Euerdinge* pro culpis preteritis amiciciam firmam seruet nec ab eo odiose sed per formam iuris repetat uel euincat, si quid contra eum habuerit questionis, domum in *Euerdinge*, quam inhabitat, cum omnibus suis attinentiis, Item domum, quam aput *Permitzlinum de Welsa* comparauit, Item arcam eidem Domui adiacentem, Item *an dem Anger* III. Areas, Item Aream, quam possidet *Heinricus Sibentrit*, Item duas areas extra portam Ciuitatis, Item Aream, quam *Chunradus Zainarius* possidet, Item duas mensas panum, Item Beneficium in *Taubenprvnne*, quod feodaliter possidet ab ecclesia Patauiensi, nobis obligauit, eadem nobis confirmando nichilominus prestito sacramento. In quorum rei confirmationem et testimonium presentem litteram Sigilli nostri munimine sibi damus. Datum aput *Viehtenstein* anno domini Millesimo CC. L. IIII. VIII. Idus Junij.

Mon. boic. XXIX. II. 82.

CCXV.

1254. 17 November. Krems. — *Otakar, König von Böhmen und Herzog von Österreich, erneuert und bestätiget die von seinen Vorfahren, den Herzogen von Österreich, dem Kloster Garsten ertheilten Privilegien.*

Otakarus dei gratia *dominus Regni Boemie*, *Dux Austrie et Marchio Morauie* Omnibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Ne defluxus temporis secum trahat per obliuionis excidium bona gesta, principum nobilitas plerumque consveuit scriptorum apponere medicinam et in eis sepe noua statuta salubriter cudere ac veterum eruginem ad prime ivuentutis exordia reuocare. Volentes igitur patrum nostrorum itinera domino concedente salubriter ambulare omnibus benefactis ipsorum fideliter intendendo, quicquid per eos laudabiliter piis locis hactenus est collatum et per alios principes, quibus nos successimus in presenti, sic volumus conseruare penitus illibatum, vt sicut ipsi materiam pietatis primaria positura in ecclesiarum plantationibus habuerunt, ita et nos formam salutis, per quam subsistere debeant virtute perhenni, modis omnibus adivngamus. Licet autem velimus, in hoc esse vniuersis ecclesiis debitores, illis tamen nos offerimus gratia speciali, quas nostri antecessores de suis propriis fundauerunt inpendiis propter deum, que per ipsos nobis et eorum successoribus taliter sunt relicte, vt nisi sub umbra nostre potentie teneamus easdem fauorabili custodia nvtriendas, tam nostram quam eorundem principum animas et salutem negligere coram districtissimo ivdice videamur. Cum igitur *Monasterivm sancte Marie in Gersten* a principibus *Austrie* et *Styrie* sit constructum, sicut eivs privilegia patenter ostendunt, et ex hoc ad nos pertineat, ei gratiam et fauorem inpendere singularem, cum exceptiue accionis ecclesia dici possit, ecce de nostræ (sic) magnitudinis gratia et ivsticia speciali ad petitionem dilecti nobis *Gerungi abbatis* eiusdem Monasterij et fratrum suorum omnia ivra, possessiones et predia Monasterij prelibati auctoritate presentium sollempniter confirmamus et ad renouationis debitum privilegia reducimus vniuersa. Hec sunt autem ivra, que nos ecclesie memorate specialiter recognoscimus, vt debemus, et perpetuo robore volumus conseruare, quod videlicet advocatiam ipsius Monasterij et omnium prediorum suorum, ubicunque svb nostro dominio fuerint constituta, cum hominibus et rebus omnibus nos et

omnes nostri successores nulli vmquam in pheodum concedere debeamus, sed per nos ipsos, sicut eius privilegia indicant manifeste, defensioni eiusdem tantummodo propter deum sine omnis ivris molestia specialiter intendamus, ita quod nullum eidem ecclesie debeamus preficere advocatum, nisi quem abbas de bono animo a nobis duxerit postulandum, Qui etiam de facili poterit permutari, quando Monasterio non prefuerit, vt est ivstum, et aliam ex hoc ivsticiam nunquam cogitet expetendam, quam illam, que in ecclesie sepe dicte privilegiis est expressa, sed ita propter nostram salutem agere studeat moderate, quod custos ouivm non conmutatur in lupum, vt, qui debuerat esse defensor, appareat per nouas inivrias malefactor. vnde nos vniuersos et singulos, qui se dicebant hactenus sed inivste ipsius ecclesie aduocatos, excludimus per diffinitiuam sententiam, vt debemus, ratum habere volentes, quicquid tam per fundatores, quam per magne memorie *Ducem Fridericum* contra eos in hac parte noscitur promulgatum, presertim cum esset nimis absonum et principibus indecorum, vt ipsi honore sollempni fabricarent ecclesias propter devm et eas postea seruitutis obprobrio condempnarent personis minoribus defensionem ipsarum leui animo conmendantes. Item alivd ivris debitum confirmamus Monasterio sepius nominato, quod in omnibus suis possessionibus nullus ivdicum secularium, sicut in nostris, ivrisdicionem aliquam habeat in eternum, sed ipse abbas vel eius publicus dispensator ivdicet omnia secularia in eisdem, siue sint ivdicia de dolis noctvrnis, siue *heimsůch*, siue *schach* uel de violentiis raptuum, defloracionum, oppressionum, que vulgo *notnůnft* dicuntur, seu sint enormitates quecunque parue uel magne, quocumque nomine censeantur, vno tantum nobis ivre seruato, quod sine nostrorum uel quorumlibet ivdicum aliorum presencia, qui de abbatis non affuerint voluntate, reus mortis post diffinitiuam sententiam coram ivdice abbatis prolatam cum solis uestibus, quas cingulo clausas habet, salua ecclesie omni re mobili et inmobili, nostro ivdicio sine contradictione qualibet assignetur. Hoc idem in iudiciis *Ortolfi de Wolchenstrof* (sic) et quorumlibet aliorum quoad ecclesiam memoratam sententialiter precepimus obseruandum, nolentes, quod homines eiusdem ecclesie in aliquibus locis, que vulgariter *Dingstat* nuncupantur, conueniri (sic) debeant aliter, quam presenti pagina est expressum. Nos etiam eisdem fratribus tam in aqua quam in terra liberam sine omni Můta transeundi concedimus facultatem, sicut â nostris antecessoribus

acceperunt, et precipimus nostris ivdicibus, officialibus et Mvtariis vniuersis, quatenus omnia, que abbas predicti Monasterij uel eius nuncii pro vtilitate ipsius ecclesie deduxerint quocunque tempore, siue sint victualia, ligna uel quelibet alia, libere sine Muta et alia exactione quacunque dimittant omni occasione postposita pertransire. Statuimus etiam firmiter obseruandum, vt nullus nostrorum officialium *Monasterium Gerstense* quocunque pretextu debeat impedire, quin habeat in nostris aqvis piscandi et in forestis ligna cedendi et animalia sua pascendi, seu usus suos quoslibet exercendi liberam potestatem sola venatione ferarum excepta, pro qua nichilominus redimenda semper dexter armus cuiuslibet fere debetur ecclesie sepefate, sicut ex antiquis priuilegiis ipsi repperitur esse concessum. Insuper volumus et vvltu sereno districte precipiendo mandamus, quatenus omnia ivra prefata et alia quelibet nullo excepto, que hactenus habuit ecclesia sepe dicta, inviolabili clausura perpetualiter obseruentur, et ad eterne confirmationis evidens argumentum fauente dilecta nostra coniuge *Margareta* huius scripture monstraculum nostris sigillis et subnotatis testibus roboratum eidem Monasterio liberaliter assignamus perpetuo remittentes eidem decimationem et predia, que de ipsius ecclesie possessionibus olim habuerant aduocati. Huius rei testes hij sunt: ***Hœinricvs venerabilis babenbergensis episcopus*, *Otto comes de hardeke*. *Albero de Chvnringe*, *Heinricus pincerna de havgspach*, *Chunradus de Cekkinge*, *Chunradus de hintperch*, *Hadmarus de Schoenberch*, *Otto de haslawe*, *Otto de* . . . , *Albero de polnhaim*, *Ortolfus et Ditricus fratres de Wolchenstorf*** et alij quam plures. Acta sunt hec *Chremse* per manus *magistri Wilhalmi et Gotschalci notariorum* Anno dominice incarnationis M°. CC°. quinquagesimo quarto, indictionis duodecime. Datum *Chremis* XV. kalendas decembris feliciter Amen, Presidente sedi Romane *papa Innocentio quarto*, Vacante imperio, regnante *rege Wilhalmo*.

Orig. auf Perg. mit dem doppelten, an gelben und rothen Seidenfäden hängenden Reitersiegel des Königs im ungefärbten Wachse. Stiftsarchiv Garsten.

CCXVI.

1254. 22. November. Spital. — *Heinrich, Bischof von Bamberg, übergibt dem Spital am Pyhrn die Güter, die Hartnid von Ort dahin vermacht hat.*

Heinricus dei gratia *Babenbergensis episcopus* statum ecclesiarum nostrarum pia sollicitudine considerantes ea, que ipsis conferuntur pro sui vtilitate memorie commendamus, Ne propter prolixitatem temporis et labilem recordationem hominum hoc, quod vtiliter gestum est, consumat obliuio. Ad omnium itaque Christi fidelium tam presentium quam futurorum notitiam peruenire cupimus, quod nos, cum per *montem pyrdonem* transire deberemus, a dilectis nobis *magistro hospitalis sancte marie in pyrno monte* et fratribus eiusdem domus honeste suscepti et humane sumus tractatj, magnis ipsorum precibus benignum inpercientes consensum omnia bona, que *hertnidus de ort* dicto hospitali delegande deuouerat, nos pro gloria eternorum et remedio anime nostre eidem hospitalj perpetua donatione tradidimus. vt autem hec nostra donatio et confirmatio firma sit et inconuulsa, hanc paginam scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborarj. Acta sunt hec in *domo hospitalis* anno dominj M°CC°LIIII° decimo Kalendas decembris.

Orig. auf Perg. mit einem angehängten zerbrochenen Siegel im k. k. geh. Hausarchive.

CCXVII.

1254. 23. November. Spital. — *Otto von Ror schenkt dem Spital am Pyhrn den Hof am Flusse Krems.*

In nomine domini nostri Jesu Christi. Ego *Otto de Ror* ad memoriam reduco omnibus christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presens scriptum peruenerit, quod suggerente gratia diuina ob reuerentiam beate virginis Marie ad remedium et salutem anime mee, patris et matris nec non aliorum meorum predecessorum curiam apud fluuium *chrems* sitam, que *curia* etiam *chrems* nuncupatur, residente ibidem *hainrico* villico contuli et delegaui libere et nullo contradicente ad aram beate marie virginis *hospitalis in pyrn*. Ne autem propter labentis temporis casum in obliuionem cedant posterorum, que ad salutem animarum feliciter aguntur, presentem cedulam scribi placuit et sigilli mei munimine firmiter roborarj testibus, qui

presentes fuerunt, subnotatis: dominus *perhtoldus magister hospitalis in pyrn*, dominus *pernhardus frater suus*, dominus *heinricus cellerarius*, dominus *heinricus sacerdos*, *hainricus de ahleiten. otto de ahleiten*, *herwicus de chluse*, *Ottakherus de Lauterpach*, *Otto notarius*, *chunradus de monte*. *heinricus de pvechirichen*, *Otto et fridericus fratres de scahen*, dominus *heinricus dyaconus de pvechirichen*, *frater marchardus*, *frater chvnradas*, *rupertus officialis* et alij quam plures. Actum apud *hospitale in pyrno* domino *perhtoldo ipsam domum procurante*, Anno domini M. CC. LIIII. nona kalendas decembris.

Orig. auf Perg. mit einem angehängten grossen weissen Wachssiegel. K. k. geh. Hausarchiv.

CCXVIII.

1254 (? 1253). 31. December. — *Gertrud von Strichperg schenkt dem Kloster Gleink ihr Eigen, gelegen beim Wishofe, welches Reicher von Vornperch von ihr zu Lehen besass.*

Gertrudis de Steichperg omnibus præsentem litteram inspecturis salutem in Domino. uniuersis et singulis notum fiat, quod nos Ecclesiæ in *Glunickh* feodum situm iuxta Curiam, quæ uocatur *Wis*, quod Dominus *Richerus de Vornperch* a nobis Jure Pheodali noscitur possedisse, quod Jus dictus Richerus in manus Venerabilis Abbatis Domini *Rudolphi* dictæ Ecclesiæ Glunicensis Pastoris nomine præsidentis resignauit coram Viris prouidis et discretis præsentibus filijs præfati Richeri uidelicet *Richero* et *Vlrico*, dedimus et contulimus perpetuo possidendum, in cuius rei testimonium præsentem litteram nostri Sigilli munimine roboratam prælibatæ Ecclesiæ Cum Testibus subnotatis prouide assignantes. Testes *Dominus Alramus de Liechtenau*, *Dominus Marquardus de Linden*, *Chunradus officialis*, *Fridericus Leudungen*, *Ortolphus de Linden*, *Otto de Aue*, *Chunradus Læmpel*, Testes prædictos ex parte Dominæ fecimus conscribi. Testes ex parte Domini Abbatis *Dominus Dietmarus de Styria*, *Dominus Vlricus de Windberch*, *Dominus Wernhardus de Witthra*. *Vlricus Osterman*, *Chunradus officialis de Glunikh*, *Ortulphus seruus Domini Abbatis*, *Henricus frater suus*, *Henricus Pistor*, *Rapoto coquus* et alij quam plures. Acta sunt hæc Anno Domini Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo Quarto, Calendas Januarij.

Aus einem Copialbuche des XVII. Jahrhunderts zu Gleink.

CCXIX.

1255. 2. März. Krems. — *Heinrich von Habspach, Richter in Österreich, berichtiget einen Streit zwischen Rupert Chornler, Bürger von Stein, und Konrad, Conventualen von Lambach, wegen des Besitzes eines Weingartens.*

Qve geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, poni solent in ore testium et scripture memoria perennari. Igitur presenti Scripto pateat vniuersis, Quod ego *Heinricus de Habspach Judex â Duce Ottocharo per Austrium constitutus*, cum apud *Chremis* iudicio presedissem, Ecce *Rupertus Chornler Ciuis de Stein* conquestus est, quod dominus *Conradus Sacerdos monachus de Lambach* et in *Curia Chremensi* ipsorum *Lambacensium Procurator* turbaret sibi possessionem suam in quadam vinea sita in *Suzenberge,* quam se asserebat emptionis titulo aliquamdiu possedisse: Ad hec prefatus *Conradus Sacerdos* respondit, eandem vineam ad suum Cænobium pertinere eo, quod quidam *Heinricus de Mauttern Biderwer* dictis Lambacensibus, quos in multis leserat, cupiens damna sua in parte aliqua resarcire, prenominatam Vineam, quam ipse iure proprietatis tunc habebat, sepedicto *Lambacensi Claustro* libere contradidit Vxore sua et duobus filijs ac filia presentibus et consentientibus perpetuo possidendam. Partibus igitur coram me talia proponentibus de consilio Domni *Conradi de Hinperch* et Domni *Conradi de Tzelringe (Zelkinge?)* ad amicabilem induxi eos conpositionem, vt uidelicet mediatoribus hinc inde electis, quidquid ordinarent, inuiolabiliter seruaretur. Quo facto dicti mediatores considentes decreuerunt, quod sæpe dictus *Rupertus Chornler* acceptis quatuor libris â sæpe fato *Conrado* omni liti cederet et prenominatam Vineam *Lambacense Claustrum* absque contradictione perpetuo possideret. Huius rei testes sunt *Hadmarus de Leichtenwerd, Sighardus Castor, Vdalricus de Lobenstein, Trostlinus, Gozzo Judex Cremensis, Pilgrinus frater eiusdem Judicis, Conradus Seueldarius, Conradus Ruffus, Helnwicus.* Vt autem ista conpositio firmitatem habeat, presentem chartam conscribi feci et tam Sigilli mei quam Sigillorum Domni *Conradi de Hinperch* et Domni *Conradi de Tzelringe* munimine roboraui. Acta sunt hec Anno Domini M°. CC°. LV°. Indictione XIII. sexto Nonas Martij in domo *Godofridi Ciuis Cremensis.*

Aus einem Copialbuche des Klosters Lambach.

CCXX.

1255. 10. April. Hallein. — *Philipp, der Erwählte von Salzburg, schenkt dem Kloster Lambach ein halbes Pfund jährlich aus der Saline zu Hallein.*

Nos *phylippus* dei gratia sancte *Salzburgensis ecclesie Ectusle. apostolice Sedis Legatus* presentem paginam intuentibus intimamus, quod nos considerata deuocione venarabilis *abbatis wernhardi de Lambach* et sui conuentus ipsi *Monasterio Lambach* ac ibidem congregacioni deo iugiter famulanti de consensu nostri Capituli contulimus siue donauimus dimidium Talentum salis accipiendum in *hellino* singulis annis aput Salinarios, qui pro tempore fuerint ibidem, et perpetualiter possidendum debebitque ipsius salis accepcio esse iudicium, vt cetus in *Lambach* deo seruiens pro nobis et nostris successoribus orare ad deum iugiter teneatur. Vt autem ipsi Monasterio facta collacio siue donacio a nobis et nostris successoribus inuiolabiliter obseruetur, presentem scribi cartam illi Monasterio et eam nostri sigilli munimine fecimus Roborari. Actum in *hellino* Anno domini Millesimo, ducentesimo, quinquagesimo quinto, Indictione XIII. quarto Idus aprilis presentibus *preposito* nostre ecclesie *Ottone* videlicet, *Gebhardo de velwen, Gerhoo de Radekke, Chvnrado de Steinchirchen, Chŭno de Torringen.*

Orig. auf Perg. mit einem Hängesiegel. Im Stiftsarchive zu Lambach.

CCXXI.

1255. 13. April. Salzburg. — *Willebrief und Bestätigung des Domcapitels zu Salzburg über die vom Erzbischofe Philipp gemachte Schenkung eines jährlichen halben Pfundes Salz an das Kloster Lambach.*

Otto dei gratia *prepositus, fridericus decanus totumque capitulum salzburgensis ecclesie* omnibus presentem paginam inspecturis salutem. Justis peticionibus pium prebere consensum mutue caritatis est indicium precipue in hiis, que locis religiosis in futurum poterunt prouenire. Cum itaque venerabilis dominus noster *Philippus salzburgensis ecclesie electus A. s. L.* Dilectis in christo fratribus scilicet *conuentui in Lambach Patauiensis diocesis* propter deum et propter deuocionem obsequiorum a predicta sibi ecclesia exhibitorum prefato conuentui dimidium talentum salis aput *salinam* perpetuo contulerit ab officialibus suis, qui pro tempore fuerint, sine contradictione

qualibet persoluendum, sicut in ipsius domini electi instrumento super hoc confecto plenius continetur, nobis supplicarunt deuote, ut super donatione premissa nostrum preberemus assensum. Nos igitur petitioni eorum annuentes benigne presentem paginam sigilli nostri munimine roboratam in euidens testimonium ipsis duximus conferendam. Datum *salzburge* anno domini M°. CC°. L. V. indictione XIII. tercia Idvs Aprilis.

Orig. auf Perg. mit einem beschädigten Hängesiegel. Stiftsarchiv Lambach.

CCXXII.

1255. 29. April. Lambach. — *Schenkungsurkunde Gundaker's von Storchenberg über einen Hof zu Schergendorf an das Kloster Lambach.*

Vt ea, que recte peraguntur, a sui rectitudine non declinent, solent sepius scripture et hominum testimonio confirmari. Pro huiusmodi ergo cautela ego *Gundakerus de Storchenberch* notum esse cupio omnibus in futurum, quod ego curiam quandam in *Scherigendorf* sitam ivre proprietatis mihi attinentem delegavi ecclesie in *Lambach* bona uoluntate et pleno consensu vxoris mee et heredum meorum triplici ratione. Prima et principali causa cum Abbas et conuentus dictj loci me inpeterent super dampnis a me sev meis hominibus sibi illatis citra largam estimationem Sexcentarum librarum, mea id ipsum conscientia simul protestante, licet non pro debita tamen pro amicabili restauratione donaui dictam curiam ecclesie memorate. Item pro remedio anime mee ipsam donationem peregi. Tercia de causa eandem collationem perfeci videlicet acceptis ob hoc XX. libris Wiennensivm a predicte ecclesie cenobitis. Hanc igitur donationem tam toto ivris effectu quam sincero corde cupiens corroborare, talem conditionem rei geste innecto, ut, si aliquis heredum meorum, quod absit, ipsam donationem volendo cassare dictos in re dicta vexare ceperit cenobitas, eadem ivris ratione, qua meas hereditat possessiones, idem debitorum meorum pariter obnoxius existens ducentas libras Wiennensis monete sepedicte ecclesie persoluere teneatur dictis ipsam curiam denariis redimendo. Hec autem omnia ut inuiolabiliter obseruentur, causam ipsam sigillo meo confirmo et testibus subnotatis, qui intererant huic facto. Hii sunt testes: *Hælmhardus de s. Georio*, *Heinricus de Stille*, *Fridericus de Schutzinge*, *Hermannus de Porssenprvnne*, *Vlricus de Tænen*, *Wernhardus de*

Sinzingen, Otto de Tômoltshaim, Heinricus de Erlæch, Chunradus de Chvrzenchirichen, Otto de Samatinge, Otto de Chustelwanch, Wernhardus de Praitenawe, Mainso de Hornorn, Ditmarus de Volspach, Chunradus Mvkan, Heinricus de Wange, Ditmarus filius eius, Ditmarus de Aichaim, Walchun de hôba et alii quam plures. Acta sunt hec in *Lambach* Anno ab incarnatione domini M°. CC°. LV°. Indictione XIII. III. kalendas Mai.

Orig. auf Perg. das Siegel an rothen und gelben Seidenfäden ist zerbröckelt. Stiftsarchiv Lambach. — Kurz, Beiträge II. 457.

CXXIII.

1255. 31. Juli. Weitra. — *Heinrich von Chunring, Marschall in Österreich, entschädigt Meinhard den Tröstel und seine Gemahlin Kunigund von Zierberg für Beschädigungen in Langenschlag etc. mit Exemtion der niedern Gerichtsbarkeit für die Bewohner der beschädigten Orte.*

Qvoniam ea, que per presentes agvntur, vt, cum ad posterorum peruenerint noticiam, maneant inconuulsa, solent interdum hominum uel scripti testimonio confirmarj. Inde Nos *Heinricus de Chvnringe, Marschalcus austrie*, vniuersis, ad quos presens scriptum venerit, scire damus, quod domino *Meinhardo* dicto *Trostel* et domine *Chunegvndj de zierberch* sue coniugi pro lesione, quam in *langenslage* et in aliis prediis eidem ville attinentibus per nostros homines sustulerunt, satisfecimus in hunc modum. Statuimus enim, vt nos et judices nostrj in villis siue in omnibus possessionibus antedictis obsequia, exactiones, judicium, iusticiam deinceps nullatenus requiramus, sed nec qualescumque dictarum possessionum inhabitatores se nostris presentare iudiciis omnino tenebuntur. Si vero aliquis hominum in prediis habitans memoratis de furto uel oppressione femine uel homicidio fuerit causatus, super tali causa dictus *Meinhardus* est taliter requirendus, quod idem in predio memorato presidiat (sic) uel alius de suis vicem suam gerens nostro eidem *Meinhardo* ibidem iudice consedente ad causandum sceleris huiusmodj patrato (sic) reum, qui si ibidem se deculpauerit, innocens ammodo reputetur. Si autem debite conuictus fuerit, nostro iudicj assignabitur omnibus ipsius possessionibus quocumque nomine designatis cedentibus *Meinhardo* sepedicto, dumtaxat eis nostro judici cedentibus, que suo dampnatus cingulo conprehendit. Statuimus etiam, ut quocumque iure libertatis coloni dominorum de *arenstæin* gaudere noscuntur in prediis conterminis

residentes, eodem iure omnes habitatores in predio predictorum *Meinhardi et vxoris sue Chunegvndis* semper in posterum sine nostro et nostrorum obstaculo pociantur. Vt autem omnia supradicta non solum predictis *Meinhardo et Chunegvndj coniugi sue*, verum etiam omnibus ipsorum posteris maneant irretractabilia, presentem litteram in argumentum certitudinis eis datam sigillo nostro fecimus roborarj. Talem autem conditionem annectimus antedictis, si statutum nostrum, quod premisimus, per nos uel per nostros, quod absit, aliqualiter fuerit violatum, infra vnius mensis spatium id plene retractabimus. Alioquin sepedictis *Meinhardo dicto trostil et Chunegvndj vxori eius* pro negligentia satisfactionis huiusmodj pecunie primitus ab ipso *Meinhardo* a nobis optente videlicet Trecentarum librarum winnensis Monete erimus obligatj. Huius rei testes sunt *Wernhardus de dachsperch, Hernestus de Netich, vvlfingus de witra, Hertwicus de Rabensburch, Chunradus de Riede, Ortolfus, Hertnidus, Ortolfus de dachsperch, Cristanus* et alij quam plures. acta sunt hec in *witra* anno ab incarnatione dominj M°. CC°. L°. V°. pridie kalendas augusti.

Orig. auf Perg. Das Hängesiegel verloren. Stiftsarchiv Garsten.

CCXXIV.

1255. 13. December. — *Heinrich der Supan, Marschall von Österreich, entsagt der Vogtei und allen anderen Rechten über das Kloster Lambach.*

Vniversis presentem paginam inspecturis *Heinricus Marscalcus Austrie, qui dicitur Supan*, Salutem eternam. Ad perpetuam rei memoriam per presentem litteram recognosco, nichil mihi ivris conpetere in rebus et possessionibus sev hominibus Monasterij de *Lambach* neque quoad aduocatiam neque quoad alivd ivs quodlibet, ratione cvjus in aliquo mihi seruitio teneantur. Vnde promitto, quod neque in rebus eorum neque in hominibus aliquod eis de cetero dampnum uel inivriam irrogabo spondens, quod, si deinceps in aliquo huiusmodj per me vel per homines meos grauati fuerint domini de *Lambach*, in sexcentis libris ipsis tenear, in quibus me confiteor eis fore per ivdicialem sententiam condempnatum. Huius rei testes sunt: *Albero de Chvnringe, Otto de Meissawe, Heinricus de Liechtenstain, Sifridus orphanus, Kadoldus frater eius, Chunradus de Hintperch. Wulfingus de Arnstain, Otto frater eius, Perhtoldus de Arnstain, Otto, Wichardus, Ernsto de Necteis (?), Wernhardus*

frater eius, Wulfingus de Weitra et herbordus, Ortolfus de Tachsperch, Wulfingus de Tyernstain, Wernherus de weittra, Albertus conctus et alii quam plures. Preterea ivs, quod pertinet ad iudicivm prouinciale, mihi remanet sicut actenus inconuulsvm. Et ut ista robur obtineant firmitatis, sigillo meo et sigillo fratris mei *Alberonis de Chunringe* nec non et uiri nobilis *Heinrici pincerne de habispach* presens instrumentum studuj roborare. Acta sunt hec Anno domini M°. CC°. LV°. Idibus Decembris.

Orig. auf Perg. mit drei an Pergamentstreifen hängenden Siegeln von weissem Wachse; Stiftsarchiv Lambach. — Abgedruckt bei Kurz, Beiträge II. 459.

CCXXV.

1255. Krems. — *König Otakar verleihet dem Kloster Kremsmünster Mauthfreiheit.*

IN nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis Amen. *Otacharus Dei gratia Dominus regni Bohemiæ, Dux Austriæ et Marchio Moraviæ* omnibus in perpetuum. Cum quarumlibet actionum mater sit intentio principalis, circa religiosas personas regalis merito versatur intentio, qui calcatis mundi illecebris contemplantur cælestia et possunt hostiam tanquam electum genus sacerdotij pro peccatis offerre cottidie delinquentium. Hinc est, quod nos Cenobium sive Claustrum Ordinis Sancti Benedicti in *Chremsmunster* pijs ac paternis visceribus amplexantes propter orationes eorum devotissimas et nostrorum peccaminum ablutionem ipsorum precibus consequendam ipsi claustro liberaliter indulgemus victualia universa, quæ ipsis per districtus nostrarum mutarum quocunque tempore deducantur, ut sine muta transeant, impedimento et exactione qualibet prætermissa. In cujus rei testimonium præsens scriptum nostræ Majestatis charactere fecimus insigniri. Testes autem hujus rei sunt *Witigo scriba Anasi, Heinricus Pincerna de Habspach, Chunradus de Himperch, Otto de Haslaw, Chunradus de Zelking, Albero de Pollenhaim, Dietmarus de Styra, Ulricus de Lobenstain, Ulricus de Capella, Hadmarus de Liechtenwerd, Heinricus dapifer de Gritschenstain* et alij quam plures. Actum anno Domini MCCLV. datum in *Chrems* per manum *magistri Arnoldi nostræ curiæ notarij.*

Rettenpacher, Annal. Cremifan. 208. — Auch bei Lambacher, Interregnum, Anhang 36. — Vergl. Pachmayr, Series 122. coll. 883.

CCXXVI.

1255. Linz. — *Otakar, König von Böhmen etc., verschreibt dem Kloster Garsten zwei Talente an Einkünften auf Gütern in den Ämtern Ternberg und Moln zum Behufe der Zehenteinhebung.*

Otacharus dei gratia *dominus Regni Boemie, dux Austrie et Marchio Moravie* Omnibus presentem paginam inspecturis salutem in domino*). Sepe solent principes de sua gratia liberali Monasteriorum conmoda nouis profectibus instaurare, ut in eisdem regi celi diuturnius famuletur opere spiritali; sed ne donatorum serenitas aliqua infirmitatis putredine per obliuionis molestias perfundatur, idcirco de gratia speciali prudens nobilitas emplastrum consveuit apponere scripturarum, ut exinde discat ignorantia, qvid tenendum et temporalis uetustas pre oculis habeat, quid cuilibet sit seruandum. Sane cum dilectus nobis *Gerungus abbas Gerstensis Monasterij* cum suis fratribus petiuisset a nobis humilitate sincera, quatenus, cum ipsi sub nostris prediis, in qvibus tota decima est illorum, locum non habeant conpetentem, ubi fructus recolligant decimarum, nos in huiusmodi defectibus prouidere dignaremur eisdem. Sciant igitur vniuersi, quod nos sepe dicto Monasterio de nostris prediis duorum talentorum redditus fecimus assignari, videlicet in *officio Ternperch predium Leonis in Erzperge* et *Mansum Pilgrimi grupel Curiam in der Gerstn* et in *officio Moln predia Marquardi et Heinrici in Gaizperge, prediola Chunradi in uia et vidue super Puhel*, sic nominatim expressos, non ut temporaliter hec proficiant Monasterio prelibato, sed in proprietatem perpetuam conscribantur omni futuro tempore duratura cum omnibus suis attinenciis pleno iure ob nostre salutis remedium et dilecte *nostre coniugis Margarete*. Vt autem huius nostre donationis series ab omnibus nostris successoribus inuiolabiliter obseruetur et sit in memoria tanquam recens ivgiter permansura, presentem paginam nostrorum sigillorum munimine roboratam dicto abbati et fratribus decreuimus assignandam. Testes autem sunt hij: *Magister Wilhælmus et Magister Gotschalcus prothonotarii curie, Magister Heinricus, Witigo scriba Anesi, Heinricus pincerna de hovspach, Chunradus de hintperch, Otto de Meissawe, Chunradus de Cekkinge, Albertus et Ludwicus fratres de Celking,*

*) Keine verlängerte Schrift.

Dietmarus de Styria et alii quam plures. Datum et Actum in *Linza* Anno domini M° CC° LV° Indictionis terciæ decime.

Orig. auf Perg. mit einem hängenden Reitersiegel im Stiftsarchive Garsten. — Kurz, Beiträge II. 555.

CCXXVII.

1255. Albrechtsberg. — *Willebrief der Leukardis über die Schenkung ihres Gemals Gundaker von Storchenberg an das Kloster Lambach, den Hof zu Schergendorf betreffend.*

Ego *Levkardis vxor domni Gundakerj de Storchenberch* ad notitiam vniversorum tenore presentis scripti cupio peruenire, quod ego quasi de graui sompno evigilans in domino sum gauisa pro eo, quod maritus meus domnus *Gundakerus de Storchenberch* deum et beatam virginem et salutem anime sue in hoc respexit, quod ipse pro multiplicibus dampnis illatis a se et suis hominibus ecclesie et sanctis in *Lambach* voluntarie satisfecit curiam nostram in *Sherigendorf* sitam ivre proprietatis nobis attinentem eidem ecclesie pro restauratione amicabili delegando. Cum ergo ego in his, que ad salutem pertinent animarum, ordinationi mariti mei non debeam obuiare, ego cum heredibus meis predictam donationem eo ivre et laudamento, sicut in priuilegio mariti mej domni *G.* plenius est expressum, ratam habeo et sigillo meo confirmo a me et ab heredibus meis nunquam in perpetuum violandam debebitque predicte curie donatio esse indicivm, vt cetus in *Lambach* deo serviens pro me et heredibus et parentibus meis orare ad dominum ivgiter teneatur. Acta sunt hec in *Albrechtsperge* Anno domini M° CC° LV° Indictione XIII.

Orig. auf Perg. Das Hängesiegel ist abgefallen. Stiftsarchiv Lambach.

CCXXVIII.

1255. Aspang. — *Hartneid von Ramenstein entsagt allen Ansprüchen an die Capelle in Zober zu Gunsten des Klosters Reichersberg.*

Pateat vniuersis hanc paginam inspecturis, quod Ego *Hartnidus dictus pincerna de Ramenstain* liti, que inter capitulum *Ecclesie Reicherspergensis* et me versabatur pro *Capella Zober*, quam ab antecessoribus meis dicta lite mediante contra meam conscientiam proch dolor uiolenter et injuste vsque nunc detinui, iuris rationem, quam memorate Ecclesie Capitulum in supra dicta Capella manifeste

dinoscitur habere, recognoscens instinctu diuino pro remissione meorum peccatorum, que per hanc violenciam grauiter contraxi, voluntarie cessi ita sane, ut prelibatam capellam cum omnibus sibi attinentibus suis aplicent usibus de mea voluntate et consensu et ad prepositum dicti loci deinceps respectum habeat, et ad maiorem euidenciam meo sigillo feci hanc paginam roborare. Huius rei testes sunt Dominus *Gebwinus venerabilis prepositus de vorav*, Dominus *Duringus eiusdem Ecclesie canonicus*, Dominus *Vlricus plebanus in Pranperch*, Dominus *Gundacrus plebanus in Edlez*, Dominus *heinricus plebanus in Aschpang*, Dominus *Otto plebanus in Chrumpach*, *Rvdegervs notarius in Chirslage*. *Milites* Dominus *Ortolfus de Torsv̊l*, Dominus *wlfingus de Geroldestorf*, Dominus *Vlricus Ziger*, Dominus *Sifridus Ziger*, Dominus *Wluingus de Frideberch*, *Gozingus*, *ciues de Aschpang Schezel senior et iunior*, *Wolfprechtus*, *Ditricus iuuenis iudex*, *Chunzo in lapideo cellario* et alii quam plures. Datum in *Aspang* Anno domini M.CC.LV.

Orig. auf Perg. Das Siegel ist abgefallen. Stiftsarchiv Reichersberg.

CCXXIX.

1255. — *Lehenvertrag des Abbtes Heinrich von Mondsee mit Otto von Otnang.*

Wir *Hainrich* von gotz genaden vnd *Apbt ze Mánnse* tv̊n allen den kund, di den brief ansehent, den Gegenburtigen vnd den chunftigen, daz wir *Otten von Otnang* leihen ze rechtem lehen mit gemainem rat des Conuentz daz recht, daz di des Gotshaus låwt zw jm varen vnd daz er sy hab auf allem seinem gv̊t in allem dem recht, alz wir sew selb haben, di weil sy gern bey jm sein, ob ainer von jm wil, den sol er von jm schaiden nach der pawlåwt rat. Wir tv̊n jm mer genaden, wir leihen jm *Mechthilden di Tultfrawn* ze rechtem lehen. dawider geit er dem Gotshaus auf mit herren hant alle die lewt, di er von dem *grafen von Ortenberch* hat also, daz wir jm daz sy das drittail hinwider leihen vnd swo vnser leut cheren in sein gewalt oder di seinen in vnser gewalt, da sullen wir di chind geleich tailen. das dem also sey, des geben wir zeug herrn *chunrad si des* vnd herrn *Engelscholchen scheczelin*, herrn *Seifriden den haller*, *vlrich den Tultherren vnd fochen*, *Chunrad den gelongen* vnd ander, di da waren vnd darvbær vnser insigel. der brief ist gegeben.

do von Christi gepurd warn Tausent jar vnd zway hundert jar vnd funf vnd funfczk jar.

Aus einem Copialbuche des Klosters Mondsee. — Sicher eine Übersetzung.

CCXXX.

1255. — *Gerung, Abbt von Garsten, schliesst mit Gundacker von Storchenberg einen Tauschvertrag um Güter bei Losenstein und Duringheim.*

Nos dej Gratia *Gerungus abbas de Garsten* notum facimus vniuersis hanc paginam inspecturis, quod nos fecimus concambium cum domino *Gundakero de Stornchenberch* pro huba sua sita *jn colle dicto Rigel circa Losenstein*, in qua residens est Rudolfus, ita videlicet, ut ipse habeat nostram curiam in *Duringheim* iure perpetuo versa vice volentes, ut, sicut nos (sic) hubam predictam nobis contulit pleno iure, ita et ipse cum omnibus suis heredibus dictam curiam debeat perpetuo possidere. In cuius rei testimonium presentes litteras nostro sigillo munitas sibi decrevimus assignandas. Huius rei testes sunt *Dominus Ditmarus de Styria, Helmhardus et HenRicus milites, Reimboto de Metijs (?), VlRicus de winperch, Duringus de ternberch, Walchunus officialis, Vlricus de Tœne, Leo de fridberch, ChunRadus de Schoenpuh (el), ChunRadus et Vlricus de tuncinge* et alii quam plures. Acta sunt hec in *Garsten* anno domini Mill. CC°. L. V°.

Orig. auf Perg. mit einem Siegel, ein zweites abgefallen. Schlossarchiv zu Riedeck. — Ridler, Archiv 1832. Urkundenblatt I. Urk. III.

CCXXXI.

1255. Pernstein. — *Ulrich von Truchsen gibt dem Kloster Garsten für die demselben zugefügten Schäden eine Hube in der Ortschaft auf der Strasse genannt.*

Ego *Vlricus de Truchsen* notum facio vniversis hanc paginam inspecturis, quod pro dampnis, que *Gerstensi Monasterio* me intulisse cognosco, eidem contuli ecclesie hubam vnam, que ad dimidij talenti redditus estimatur, sita loco, qvi dicitur *super Strazze*, perpetuo ivre a dicto Monasterio possidendam et ego proprietati cedo tenore presentivm litterarum assignans eandem libere Monasterio prelibato tam pro dampno ipsius quodammodo restaurando quam pro salute mea et remedio delictorum. Actum in *Pernstein* Anno domini M°. CC°. L°. V°. Huius rei testes sunt: *Chvnradus plebanus de Chirch-*

dorf, Gotfridus de lovterbach, Otto frater suus, Ernsto de Aschperch, Rupertus de puchchirchen, Gvndacher, Leutoldus officiarius et alii quam plures.

Orig. auf Perg. Das Siegel zeigt nur mehr den unteren Theil des Wappenschildes mit einer Mauerzinne. Stiftsarchiv Garsten.

CCXXXII.

1255. Stadt Steyr. — *Magister Gotschalk, des Herzogs von Österreich Schreiber, H. Canonicus von Ardacker und Witigo, der Schreiber von Ens, bezeugen, dass Abbt Gerung von Garsten dem Pfarrer Ulrich von Taversheim auf Lebensdauer die Capelle zu Haselbach sammt zwei Gütern verliehen hat.*

Magister Gotscalcus notarius curie domini ducis Austrie, Magister H. canonicus Ardacensis, Witigo scriba anesi Omnibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Ne presentis scripture series in posteris euanescat, mvnimine sigillorum nostrorum eandem decrevimus roborandam ad omnium memoriam pervenire volentes, quod ad nostre petitionis instantiam *Gerungus venerabilis abbas de Gersten* de assensu fratrum suorum *capellam in Haselbach*, que titulo exemptionis adepto ad suum pertinet monasterium pleno ivre, contulit *Vlrico plebano in Taversheim filio Hildmari de Linza* duobus adiunctis prediis pro personali beneficio possidendis, que duo predia *henricus plebanus* ecclesie predicte ad dies suos possederat eo ivre, ita videlicet, quod post personam dicti *Vlrici plebani* nullus successorum suorum de prefatis prediis habeat contra memoratum monasterium huius collationis pretextu aliquam intentare querelam, sed cum integritate debita possessionibus monasterij sicut antea strictus applicentur, nisi de pia voluntate monasterii meruerit obtinere, qui successor fuerit institutus. Actum et Datum in *vrbe Styria* Anno domini M°. CC°. L. V. sub *Otakaro duce austrie, rege boemie*, Indictionis tertie decime.

Orig. auf Perg. mit drei an Pergamentstreifen hängenden Siegeln. Stiftsarchiv Garsten. — Kurz, Beiträge II. 482.

CCXXXIII.

1255. — *Otto, Bischof von Passau, gibt dem Chunrat von Hartheim die Burghuth des Schlosses Eferding.*

Anno domini millesimo CC. L. V. locauimus dominum *Chunradum de Hartheim* in Castro nostra *Euerdinge* taliter, quod debet habere

tres castellanos secum et X. armaturas expeditas, quibus tenetur una cum uigilibus et portenariis in Purchuta prouidere et seruiet nobis a festo proxime uenturo pentecoste per annum et nos dabimus sibi XL. libras et Karratam vini. Huius rei testes sunt *O. de Volchinstorf, Vl. et Siboto de Lonstorf, Vlricus de Capella, Waltherus de Tannenberch, Heinricus de Hartheim, Leutoldus Privschinchen* et alii quam plures.

Mon. boic. XXIX. II. 238.

CCXXXIV.

1256. 27. März. Zachea. — *Otakar, König von Böhmen, ernennt den Propst Arnold von St. Florian zu seinem Hofcaplan und bestätiget die Privilegien seines Klosters, namentlich wegen der Exemtion.*

O.(tacharus) dei gratia *Dominus Regni Boemie, Dux Austrie et Marchio Moravie* omnibus hanc paginam inspecturis salutem in perpetuum. Grande nobis meritum aput deum credimus cumulare et salutis et prosperitatis exinde recipere incrementum, cum Religiosos et bone opinionis uiros fauoris gratia prosequimur speciali. Notum ergo facimus uniuersis, quod nos Zelo pietatis inducti pia intentione considerantes merita venerabilis *AR.(noldi) prepositi sancti Floriani*, cum sit uir religiosus et honestus, eum in sollempnem Curie nostre recepimus capellanum ipsum et Ecclesiam suam in specialem nostre protectionis gratiam assumentes. Et sicut antecessores nostri Duces Austrie eandem Ecclesiam sancti Florjani cum omnibus suis attinentiis tam hominibus quam possessionibus ab omni iurisdicione seu potestate iudicum secularium seu aduocatorum exemerunt et aliis ivribus liberalissimis (sic) pre ceteris Ecclesiis austrie ac Stirie predotauerunt, ita et nos auctoritate nostra eandem exemptionem et alia iura secundum tenorem Priuilegiorum imperatorum ac Ducum austrie super hiis primitus collatorum sepe dicto domino *Ar. preposito Capellano nostro* et Ecclesie prenominate S. florjani renouamus denuo et confirmamis decernentes siue statuentes uicedefensorem nostrum prefato *Ar. preposito* et ecclesie sue *scribam Anesi*, quicunque pro tempore a nobis fuerit institutus, vel si Scribam non habuerimus, *jvdicem prouincialem*, qui non uice aduocati, sed solummodo uice defensoris sine omni exactione, quam exercere solent aduocati in sibi conmissos, prefatum *Ar. prepositum* et Ecclesiam suam secundum tenorem priuilegiorum suorum tuebitur et defendet,

omnia iura sua et Ecclesie sue in predictis priuilegiis expressa sibi integraliter obseruando. Qui Scriba uel Judex prouincialis quemcunque pro tempore elegerit idem Prepositus defensorem, si ipsum uel ecclesiam suam temptauerit ledere uel grauare iura priuilegiorum suorum modo aliquo infringendo, ipso reiecto a nobis ei liceat alium postulare, Hoc eciam adiecto, quod nulli iudicium secularium liceat in possessionibus Ecclesie iudicium uel placita iudicialia exercere vel de hominibus uel possessionibus Ecclesie predicte iusticiam uel iudicium facere uel exhibere per omnem nostrum Ducatum uel districtum excepto illo solo, quem prepositus loci coram nobis acceperit uel elegerit defensorem, qui de hominibus uel possessionibus Ecclesie prenominate querelantibus satisfaciat et ipsi preposito et Ecclesie sue de suis lesoribus iudicium et iusticiam postulabit. Uolumus eciam, ut omnia uictualia siue venalia, quecunque habuerit prepositus et Ecclesia pretaxata tam in grano quam in vino uel in aliis necessitatem domus pertingentibus quocunque tempore anni transduxerit, per omnem nostrum Ducatum libere tam in aquis quam in terris transeant sine muta. Et ut hec omnia iura dicto Preposito et Ecclesie S. Floryani a nobis et nostris antecessoribus indulta firma permaneant et illesa, Ecce in signum roboris et firmitatis hanc sepe dicto preposito et Ecclesie sue paginam conscribi iussimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum in *Zachea* VI^to^ Kalendas Aprilis, Anno domini M°CC°LVI°

Orig. auf Perg. mit einem Hängesiegel auf weissem Wachse. Stiftsarchiv St. Florian. — Kurz, Albrecht IV. II. 475.

CCXXXV.

1256. 5. April. Passau. — *Otto, Bischof von Passau, verwandelt das Patronatsrecht des Klosters Waldhausen auf die Pfarre Mitterkirchen in das Eigenthumsrecht.*

Otto dei gratia *Ecclesie Patauiensis Episcopus* Vniuersis christi fidelibus hanc litteram inspecturis Imperpetuum. Ne ex obliuione aut calumpnia uel propter decursum temporis, que sub tempore acta fuerint, transeant in errorem, litteris et scripture testimonio roborantur. Cum itaque habeamus fiduciam nobis proficere ad consequenda premia eternorum, si per nos loca deo dicata, in quibus persone deuote sub habitu religionis famulantur domino iugiter, receperint incrementa ac in eisdem per nos tamquam patremfamilias in

cultvra dominica sollicite operantem diuina obsequia ad Laudem creatoris et salutem christi fidelium augeantvr ecclesie, ad instanciam et petitionem dilectorum in christo fratrvm *friderici* prepositi et Conuentus sancti Johannis Euangeliste in *Walthausen* pensatis eiusdem Ecclesie diuersis defectibus, quos tam per incendia tum etiam maliciam hominum passa est, de consilio nostri Capituli et voluntate ipsis in subsidium prebende sue Ecclesiam in *Mitterchirchen*, cuius tamen ius habebatur primitus patronatus, pleno iure contulimus perpetuo possidendam fructibus ex ea prouenientibus in usus fratrum necessarios redactvris (sic) salua tamen prebenda sacerdotis in dicta Ecclesia pro tempore ministrantis, quam nos et quilibet successorum nostrorum moderare tenebimur, ut uiderimus expedire, iure quoque omnium successorum nostrorum nec non Archidyaconi et Decanj, ut iustum fuerit, ibi saluo. Et ut salutaris huiusmodj nostra donatio permaneat de cetero inconvvlsa, presentem paginam nostro et Capituli nostri sigillis in testimonium iussimus conmunirj. Datum *patauie* Anno domini M°.CC.LVI. Nonis Aprilis, Pontificatus nostri Anno Tertio, Indictione Quarta decima. Ego *Meingotus prepositus* subscribo. Ego *Albertus Decanus* subscribo. Ego *Dietzo Scolasticus* subscribo. Ego *magister Gotfridus Tumplebanus et Archidyaconus* subscribo. Ego *Magister Johannes* subscribo, Ego *Heinricus Custos* subscribo. Ego *Poppo Vicedecanus* subscribo. Ego *magister Hertwicus* subscribo. Ego *Otto Cantor* subscribo. Ego *vlricus de Steyr* subscribo.

Orig. auf Perg. mit zwei Hängesiegeln. Klosterarchiv Waldhausen. — Kurz, Beiträge IV. 436. — Mon. boic. XXVIII. II. 379.

CCXXXVI.

1256. 1. Mai. Mondsee. — *Heinrich, Graf von Ortenberg, bestätiget das von seinem Vater und seiner Mutter gestiftete Seelgeräth bei dem Kloster Mondsee durch Widmung zweier hörigen Personen und cassirt die durch ihn irrig getroffene Vergabung dieser Personen an Otto von Ottnang.*

In nomine domini. *Hainricus* dei gratia *comes de ortenberg* omnibus presentem paginam inspecturis salutem et sinceram in christo dilectionem. quoniam moris nostri est, vt in gubernatione et potestate a deo nobis concessa religiosas et in dei seruicio deuotas personas manu teneamus et confoueamus, in hoc tanto deuotiores uideri volumus, quanto illud maiori diligencia adimplemus. Notum sit ergo tam presentibus quam futuris, quod nos deuocionem illam, quam dilectus

pater noster et postea mater sancte dei ecclesie *Mánnse* in honore sancti Michahelis constructe pridem fecerunt ad remedium animarum suarum, nos eorum viam imitantes ipsam donacionem confirmamus errorem corrigentes, quem ignoranter fecisse per insciciam tandem cognouimus. hec autem est donacio: vxor *Gottesmanni* ac soror ipsius cum vita, censu et omni prosapia tam presente quam futura, cum iure quoque, quod aduocatum respicit, et omni prouentu. concessionem vero, quam errando feceramus ipsos homines *Ottoni de otnang* concedendo, quod stare non poterat, cum ante progenitores nostri donacionem fecerint ecclesie prelibate, ideo concessionem *Ottonis ac Liebhardi* absoluimus et cassamus. ut vero nulli factum nostrum cedat in dubium, presentem literam scribi fecimus et sigillo nostro consignari. Datum *Mannse* Anno gratie M°. CC°. LVI°, Kalendis Maij, domino *Hainrico Abbate* presente et alijs fidelibus viris domino *wernhardo Lour (v. Lonr) de otnangen, Otto, Conradus fratres comitis serui, Hainricus sweuus.*

Aus einem Copialbuche Saec. XV. des Klosters Mondsee. Chronic. Lunaelac. I. 153.

CCXXXVII.

256. 24. Juni. — *Otto, Bischof von Passau, vergleicht sich mit den Brüdern Heinrich und Wernhart von Schaunberg, die Sache des jüngeren Wernhart einem Schiedsgerichte zu überlassen.*

Nos O. dei gratia Ecclesie *Patauiensis Episcopus* Vniuersis hanc litteram inspecturis volumus esse notum, quod durante inter nos ex una parte et H. et Wer. *fratres de Schaumberch* ex altera super negotio *Wern. de Schoumberch junioris* lite et materia questionis, licet in nullo nos teneri profiteremur eisdem, talis tamen forma super illo est de consensu partium adinuenta: desiderantes ipsos per hoc nostris et Ecclesie nostre obsequiis tantum fideliter adaptare. elegimus siquidem pro parte nostra dilectum in Christo fratrem *M. prepositum Ecclesie nostre, Ul. de Lonstorf et Ul. de Capella* uel pro ipso alium parem eidem, si uenire noluerit; pro parte vero dictorum fratrvm *S. pibero, M. Trostlinus* et *H. dapifer* sunt electi, qui a proxima dominica post festum Johannis Baptiste ad quatuor ebedomadas *Lintzam* intrabunt terminaturi caussam eandem ut arbitri bona fide. De quacunque vero parte electi arbitri non venerint ipso die, nisi forte aliquis detineatur impedimento legitimo, pro eo etiam

tunc par eidem mittetur domino preposito et Ul. de Capelle, saluis autem parti alteri in CCCC[tis] talentis pene tenebitur ratione. Predicti vero Nobiles vna cum domino *wokone de Rosenberch* nostris arbitriis procurabunt securitatem conductus Lintzam veniendi, standi et etiam redeundj, ubi etiam, qui de parte predictorum fratrvm uenerint cum ipsis, remanebunt tamdiu inde nullatenus exituri, donec predicta causa fuerit terminata, se aput locum alium aliquem, si secure Lintzam intrare non poterunt, sub forma eadem recepturi. Siqui vero arbitri ante causam terminatam exierint a loco, quo intrauerint, hic, de cuius parte fuerint, in CCCC[tis] talentis erit alteri obligatus, ceteris arbitriis statim nichilomnus exituris. Statuta sunt insuper hec CCCC[ta] talenta solui infra tres menses, cum promissum huiusmodi fuerit uiolatum. Ne autem hec mutua promissio possit aliquomodo inmutarj, presentem litteram sigillo nostro iussimus communirj. actum anno domini M.CC.LVI. VIII. Kalend. Julii.

Mon. boic. XXIX. II. 105.

CCXXXVIII.

1256. 27. Juni. Anagnie. — *Papst Alexander IV. erlaubt dem Kloster Wilhering, die Einkünfte der Pfarre Grammastetten zum Besten des Stiftes verwenden zu dürfen.*

Alexander episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *Abbati et conuentui monasterii sancte Marie in Wilhering*, Cisterciensis ordinis *Pataviensis diocesis* Salutem et apostolicam benedictionem. Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, vt et deuotionis sinceritas laudabiliter enitescat et vtilitas postulata vires indubitanter assumat. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod quondam *Fridericus dux Austrie* pro anime sue remedio jus patronatus, quod habebat in ecclesia *Greimhartssteten* Patauiensis diocesis, vobis et per vos monasterio vestro diocesani accedente consensu duxit pietatis intuitu concedendum; ac postmodum *Rudegerus quondam episcopus* et dilecti filii capitulum pataniense prouide attendentes, quod monasterium ipsum, in quo viget obseruantia regularis, adeo tenues habebat redditus et prouentus, quod monachi et conuersi eiusdem non poterant ex eis conmode sustentari, Vobis et eidem monasterio pia et prouida liberalitate ipsam retinendam jn vsus proprios concesserunt perpetuo Vicario seruituro in ea pro sustentatione sua et ad debita procurationum episcopi et archidiaconorum

loci et alia onera subeunda reseruata de ipsius ecclesie prouentibus congrua portione, prout in litteris dictorum episcopi et capituli ac ducis confectis exinde dicitur plenius contineri. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quod ab eisdem episcopo et capitulo et duce pie ac prouide factum est in hac parte, ratum et gratum habentes illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio conmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Anagnie* V. Kalendas Julii, Pontificatus nostri anno secundo.

Aus einem Copialbuche im Stiftsarchive Wilhering.

CCXXXIX.

1256. 8. August. Pataule.—*Revers Ulrich's von Lobenstein, worin er sich mit Bischof Otto von Passau wegen des Schlosses Riedeck ausgeglichen erklärt.*

Ego *vl. de Lobenstein* huius scripti testimonio ad noticiam peruenire cupio singulorum, quod super expensis et sumptibus vniuersis circa *Castrvm Patauiensis Ecclesie Riedekke* per me factis temporibus venerabilium in Christo patrvm domini *Rudigeri* et domini *Berhtoldi episcoporum* venerabilis dominus meus *Otto Patauiensis Episcopus* de consilio et assensu Capituli et Ministerialium suorum mecum composuit finaliter sub hac forma, quod uidelicet promisit firmiter bona fide mihi XXIIII. librarum redditus Wienens., dum proxime vacare sibi ceperint, simul uel singillatim, remotos tamen ab hofmarchiis suis ad unum miliare conferre titulo feodalj. Sunt autem hii redditus sic distincti: XVI. librarum redditus inmediate vacantes, qui vulgo vrbor dicuntur, et VIII. librarum infeodatorum, que omnia grato animo acceptaui. Teneor quoque promittens firmiter uersa uice ipsum Castrvm Riedekke cum omnibus suis attinentiis domino meo episcopo reddere qualibet occasione cessante, dummodo ante restitutionem sex ebedomadibus sibi postulauerit assignarj. Et si forsan per me non requisitus a domino episcopo Castrvm idem sibi voluero reddere, id ipsum sex ebdomadibus ante sciet. Vt autem de collatione dictorum reddituum per omnia sim secvrus, statuit ipse dominus meus episcopus, siquid de vacaturis ex iam in antea redditibus aliud, quam hic

exprimitur, ordinauerit, sit irritum et inane et omni careat robore firmitatis, successores suos, si, quod absit, ante collationis huius executionem decesserit, cum hec premissa sint honesta et rationabilia, de sui consensu Capituli similiter ad premissorum obseruantiam obligando et sic ecclesiam Patauiensem simulque dominum meum episcopum ab omni iure, actione et inpetitione, qua ratione expensarum in dicti castri constrvctione factarum ecclesiam et episcopum conuenire poteram, protestor a me liberos et solutos. Ad hec vnum de natis meis alicui de familia ecclesie Patauiensis teneor matrimonialiter copulare, qui si forte decesserit herede legitimo non relicto, alterum illius loco copulabo illo, qui, ut dictum est, contraxerit uel ad contrahendum deputatus fuerit, post obitum meum tamen predictos redditus possidente, ipsis redditibus Ecclesie patauiensis uacantibus, si forsan huiusmodi matrimonium omissum fuerit casu aliquo contingente. In cuius rei testimonium et cautelam Ecclesie Patauiensi presentem do litteram sigilli mei munimine roboratam. Testes: *M. Prepositus, Al. de . . . Decanus, L. de Haimburch, Dizto Scolasticus, T. Tumplebanus, Wer. de Morspach, Johannes, Ir. Decanus Chremisensis, poppo, Hertwicus, vl. de Stira, O. Cantor*, canonici Patauienses, *vl. et S. de Lonstorf, P. de Haidendorf, Vl. et P. de Tannberch, Wer. de Dahsperch, H. et Ch. de Hartheim, H. de Valchenstorf, H. de Sauerstetten, H. de Aheim, H. de Aiglinge, G. de Swent, O. de Morspach, H. de Radekke* et alij quam plures. Actum *Patauie* anno domini Millesimo CC.LVI. VI. Idus Augusti.

Mon. boic. XXIX. II. 240. — Die Gegenurkunde des Bischofes Otto steht auszugsweise bei Hoheneck III. 353.

CCXL.

1256. 7. October. Anagnie. — *Papst Alexander IV. nimmt das Kloster St. Florian mit allen seinen Besitzungen in den Schutz des heiligen Stuhles.*

Alexander episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis . . . *Preposito et Conuentui Monasterii sancti floriani* ordinis sancti augustini *Patauiensis diocesis* Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem offitii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii uestris supplicationibus grato concurrentes assensu personas uestras et locum,

in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem domos, terras, possessiones, pascua, sliuas et alia bona uestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice posidetis (sic), uobis et per uos Monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hac (sic) paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Anagnie* Nonis Octobris, Pontificatus nostri anno Secundo.

Orig. auf Perg. Bulle an gelben und rothen Seidenfäden. Stiftsarchiv St. Florian.

CCXLI.

1256. — *Vergleich zwischen dem Bischofe Otto von Passau und den Herren von Schaumberg über fünfhundert Mark Silber, welche Bischof Berthold dem Wernhart von Schaumberg bei der Verehelichung mit Heinrich's von Neiffen Tochter versprochen.*

Nos *Otto* dei gratia *Ecclesie Patauiensis Episcopus* notum esse volumus Vniuersis, quod cum dilectis amicis *H.* et *Wer.* et *Wer. de Schoumberch Juniore* de consilio et assensu dilectorum in Christo fratrvm Capituli nostri et Ministerialium nostrorum super Quingentis Marcis argenti per dominum B. predecessorem nostrum bone memorie ratione matrimonij filie *Heinrici de Neiffen*, *Wer. de Schoumberch Juniori* per sua et Capituli instrvmenta publica promissis conposuimus sub hac forma, sic uidelicet, ut ipsis infra terminum proximo subsequentem DCC. talenta et L. talenta soluere teneamur; extunc cum in toto soluerimus, ab omni actione, quam contra nos et Ecclesiam nostram habebant occasione huiusmodi, penitus absoluti. hos autem fideiussores ipsis pro dicta pecunia obligamus subscriptis terminis solutura: In festo Purificationis proxime *Vl. de Lonstorf* pro L. tal., *Vl. de Capelle* pro L. tal., *Ch. de Hartheim* pro L. tal. Hec est prima solutio primi anni, secunda vero solutio eiusdem anni in festo Georgii *O. de Truna* pro L. tal., *Hertnidus de Trvne* pro L. tal. *O. de Wartenburch* pro L. tal. in purificatione; Item solutio anni secundi prima *S. de Lonstorf* pro L. tal., *Ar. de Lonstorf* pro L.

talentis, *Pilgrimus de Tannberch* pro L. tal. Item in Georgij (festo) secunda eiusdem anni *Trestlinus* pro L. tal., *Vl. de Hartheim* pro L. tal., *Sighardus piber* pro L. tal. Item tercio anno ultima solutio in Purificatione *R. de Alhartinge* pro L. tal., *W. de Rosenberch* pro L. tal., *W. de Schoumberch* pro L. tal. Et si, quod absit, aliquem terminum neglexerimus in soluendo, statim pecuniam eidem termino debitam liberam tamen pro VIII. denariis et non amplius recipient ad usuram. Siquis autem fideiussorum ante solutionem pecunie, per quam fideiusserat, decesserit, eandem non ab illius heredibus sed a nobis et Ecclesia repetent et nos nichilominus statuemus statim alium loco suj. Ne autem uiderentur hanc gratiam a nostra Ecclesia inmerito reportare, H. nobilis de Scoumberch una cum vxore sua, filiis et filiabus suis nec non *W. de Schoumberch* fratre suo proprietatum suarum LX. librarum redditus tradent super altare beati Stephani prothomartyris illuc perpetuo proprietatis titulo servituros. Quod si infra festum Purificationis beate Marie virginis proximum facere neglexerint, nos et Ecclesia nostra vna cum prescriptis fideiussoribus ab omni solutione et impetitione dicte pecunie erimus pariter absoluti. Nos vero predictos redditus assignatos eidem H. et filiis suis tantum conferemus titulo feodali, Eisdem ad nos et Ecclesiam nostram, si preter heredes decesserint, reversuris. Ad hec omnia jura, promissiones et pacta inter ipsos et predecessores nostros facta hactenus nobis, ministerialibus, civibus et aliis nostris hominibus, quocunque censeantur nomine, per omnes suos districtus integre conseruabunt.

Mon. boic. XXIX. II. 205. — Cf. l. c. 220 und 241.

CCXLII.

1256. Im Schlosse Schaumberg. — *Die Brüder Heinrich und Wernhart von Schaumberg bestätigen dem Kloster S. Nikola die Mauthfreiheit zu Aschach.*

Nos *Henricus et Bernhardus fratres de Sawnberg* notum facimus omnibus presens scriptum intuentibus, quod nos libertatem, quam *Ecclesia S. Nicolai Patav.* super transvectione victualium suorum circa *Ascha* hactenus habuit, pro nostra et Antecessorum nostrorum salute ipsi Ecclesie salvam conservare semper volumus et tueri. Quia vero in locis vectigalium solent fieri multocies exactiones indebite, ne ipsa Ecclesia, quam sincere diligimus, per nos vel per nostros aliquod incurrat dispendium aut gravamen, decernimus singulatim

exprimere, quod ab ipsius Ecclesie procuratore simus quolibet tempore recepturi. In autumpno et in Junio vel alio quocunque tempore, cum navis Ecclesie ad *Austriam* deducitur, procurator ipsius dabit Mutario nostro pro *Leza* XII. Den. et servis suis duos Den. et si in ea fuerit aliquid, quod ad Ecclesiam non pertineret, unde muta dari debet, de hoc soluetur muta. cum vero reducitur navis ab *Austria*, iterum dabuntur Mutario nostro pro Leza XII. et servis suis duo Den. item cum victualia sua ab *Alnchoven* deducere voluerint, modium tritici Mutario nostro solvent, et si aliquam struem lignorum pro domibus suis construendis sive reparandis deducere voluerint, de quolibet remo quatuor Den. mutario nostro dabunt et tali ordine observato nihil amplius nobis vel nostris Mutariis solvere tenebitur Ecclesia supradicta. Ne igitur aliquis ex nostris Mutariis Ecclesiam iam dictam audeat molestare vel amplius, quam dictum est, exigere, presentem Chartam nostris sigillis roboratam ipsius Ecclesie Preposito fecimus exhiberi. Datum in *Castro Schawnberch* anno Domini M.CC.LVI. Testes: *Hartnidus et frater suus Leutoldus, Chunradus et Vlricus de Noternpach, Eberhardus dictus Schreyer, Chunradus de Furt, Vlricus dictus Schwer* (sic: Schiver?) et alii quam plures.

Mon. boic. IV. 348. — Hund-Gewold. II. 521. (Monac. edit.)

CCXLIII.

1256. — *Otto, Bischof von Passau, verleihet Rudolf dem Alhartinger die Pflege (Officinam) zu Ebelsberg.*

Anno domini M. CC. LVI. locauimus *officinam nostram in Ebilsperch* domino *Rudolfo de Alhartingen* a festo beati Jacobi per annum pro LX^ta^ talentis Wienensibus. Commisimus etiam ei homines nostros in *Petenbach* et alios eidem officio adtinentes, qui per dominum B. antecessorem nostrum alii commissi fuerant. Promisit etiam nobis seruire in eodem castro per annum cum IIII. armaturis et frater suus dominus *Vl. de perge* cum duabus armaturis, cui ipse dabit VI. libras de suo, non de nostro. Annexum fuit etiam, quod in futuro anno eodem pacto eandem teneat officinam omnj pacto, quo isto anno.

Mon. boic. XXIX. II. 242.

CCXLIV.

1257. 10. Jänner. Passau. — *Lehenrevers des Marschalls von Böhmen Wok von Rosenberg gegen Bischof Otto von Passau.*

Ego *Wokho dictus de Rosenberch Marscalcus Boemie* profiteor testimonio huius scripti, quod, cum dominus meus *Otto venerabilis patauiensis Episcopus* ex speciali gratia per beneficia sua me ad sue Ecclesie obligauerit seruitutem, offerens sibi iuramentum fidelitatis, ut ius hominii exigit generale, promitto bona fide sine dolo, ipsum et Ecclesiam in suis agendis singulis promouere; Ministerialibus quoque suis et omnibus alijs, qui de familia Ecclesie sue sunt, iura sua, quibus gauisi sunt et fruebantur temporibus patris mei domini *Wittigonis* pie memorie seruare per omnia inconuulsa nec aliquid deinceps in eorum attemptare grauamen, sed eos tamquam fidelis et deuotus patauiensis Ecclesie prouicarius possibilitate uirium defensabo. Super quibus defensandis fideliter prefato domino meo Episcopo presentem litteram dedi Sigilli mei robore communitam cum testibus subnotatis. Sunt autem hii testes: *Henricus et Werenhardus fratres de Schovmberch*, *Wernhardus junior de Schovmberch*, *Vlricus et Siboto fratres de Lonstorf, Henricus et Conradus fratres de hartheim*, *Sighardus pibero*, *Meinhardus dictus Tröstelo, Berhtoldus de haidendorf, Waltherus de Tannberch, hartnidus dapifer de Schovnberch, Vlricus de Furte, Chovnradus Stachener, Piligrimus de Tannberch, Chalhohus et henricus fratres de Valchenstain*, *henricus de Radekke* et alij quam plures. Datum *patauie* anno dominico Millesimo CC. L. VII. IIII^to. Idus Januarii.

Mon. boic. XXIX. II. 107.

CCXLV.

1257. 10. Jänner. Passau. — *Wok von Rosenberg urkundet, sich mit Bischof Otto von Passau wegen des Gerichtes zwischen der Donau und Reuschmühel verglichen zu haben.*

Ego *Wokho dictus de Rosenberch Marscalcus Boemie* Zelo discretionis et iusticie ductus ab hiis, que per me meis temporibus aguntur, scriptorum memoria remouere cupiens obliuionem et dubium in futurum, Notum facio presentibus et futuris testimonio huius scripti, quod cum domino meo *Ottone venerabili Episcopo patau-*

uiensis Ecclesie super quibusdam terminis *Judiciorum inter Danubium et fluuium, qui Reuschmuhel dicitur,* sitis, iuxta quod in instrumentis *patris mei domini Witigonis* pie memorie euidenter expressum est, mouerem sepius questionem, tandem fidelibus Consilij dicti domini Episcopi de Capitulo uidelicet et Ministerialibus ex parte ipsius, ex parte vero mea *H. et wer. Juniore de Schoumberch* amicis meis aliisque discretis familiaribus meis ad bonum concordie et compositionis ex utraque parte fideliter intendentibus sic eadem inpetitio est sopita, quod uidelicet eidem Episcopo quinquaginta Marchas, in quibus sibi tenebar, mihi liberaliter relaxanti promisi bona fide per H. et wer. predictos pro habundanti cautela sibi faciens nichilominus fideiussoriam cautionem pro centum Marchis argenti in loco uel locis competentibus sue dyocesis proprietates sue Ecclesie comparare infra spacium vnius annj, si superstes fuero domino sic volente. Quas idem Episcopus michi, vxori mee et heredibus nostris utriusque sexus, siqui per nos procreati fuerint, conferet titulo feodalj. Si vero de hac uita migrauero infra ipsum terminum prescriptis proprietatibus nondum emptis, extunc per predictam vxorem meam et prefatos *Nobiles de Schoumberch* eadem emptio compleatur ipsasque proprietates tunc relicta mea cum suis pueris uel sola, quamdiu uixerit nec pueros per me habuerit, prefato titulo possidebit. Si vero successione sobolum non habita et emptione dictarum proprietatum non facta ambos decedere nos contingat, predicti *H.* et *wer.* ue alter eorum pro eadem summa, pro qua fideiussores existunt, proprietates infra Annum, quas et ipsi a dicto Episcopo et Ecclesia possidebunt feodaliter, comparabunt. Si autem huic emptioni proprietatum premorj contigerit Episcopum memoratum, Vniuersa prelibata suis successoribus et Ecclesie fideliter seruabuntur. Iidem et successores suj michi ad singulorum premissorum obseruantiam tenebuntur. Ad hec renuntio omnibus scriptis bona fide, que mihi contra *Ecclesiam Patauiensem* uel eius *Episcopos* super prefatis Judicijs actionem inducere uidebantur, pronuncians ea deinceps aliquatenus non valere. Vt autem prefato Episcopo suisque successoribus et Ecclesie Patauiensi per me et heredes meos, siquos habuero, hec omnia firmiter obseruentur, in testimonium et confirmationem eorum presentem paginam meo et predictorum *H. et wer. Nobilium deSchoumberch* sigillis roboratam sibi dedj cum Testibus subnotatis. Sunt autem hij Testes: *Heinricus et wernhardus fratres de Schoumberch,*

Wernhardus Junior de Schoumberch, Vlricus et Siboto fratres de Lonstorf, Heinricus et Chunradus fratres de Hartheim, Sighardus Pibero, Meinhardus Trostelo, Berchtoldus de Haidendorf, waltherus de Tannberch, Heinricus de Merswanch, Hertnidus Dapifer de Schoumberch, vlricus de furtte, Chunradus Stachener, Rugerus Pruschinche, Pilgrimus de Tannberch, Johannes de Merswanch, Calhohus et Heinricus fratres de Valchenstein, Heinricus de Radekke et alij quam plures. Actum *Patauie* Anno domini Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo Septimo, Quarto Idus Januarij.

Mon. boic. XXIX. II. 413. — Hormayr, Archiv 1828. 296.

CCXLVI.

1257. 23. Jänner. — *Heinrich, Bürger von Passau, vermacht dem Kloster Baumgartenberg zwanzig Talente Wiener-Münze von seinem Vermögen.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod ego *Heinricus filius Ruperti ferratoris ciuis patauiensis* diuina fauente gracia Seculo abrenunciare cupiens omnem hereditatem mee sorori vendidi nomine *Kunegundi eiusdemque Marito nomine Friderico* pro Triginta sex talentis Winensium exceptis debitis, quibus pro me debeant respondere, constituens *ecclesie Sancte Marie in Pawngartenperg* viginti talenta de Summa pecunie memorata, quibus tenentur dicte ecclesie sine diuerticulo sew obumbracione qualibet respondere meo obitu in probationis anno sew translacione ad aliam ecclesiam et breuiter conclusis omnibus quacunque mutacione mea penitus non obstante. Cuius rei testimonio presentem paginam Sigillo *fratrum Minorum in Stein* et domini *Chunradi de Seueld* nec non et *ciuium steinensium* duxi firmissime roborari, adhibitis testibus subscriptis: *Waltherus Custos ecclesie in Pawngartenperg*, jtem *Waltherus fratres mei carnales, Chunradus Seuelderius, Otto filius haystolphi, Heinricus et Haystolphus fratres eiusdem Ottonis, Heytfolcus, Meinhardus filius Metzlonis, Hilperus, Ruedgerus ferratores, Cellerarius hirzo.* Datum Anno domini M. CC. LVII jn die sancte Emerenciane virginis ac Martiris.

Aus dem Copialbuche des Klosters Baumgartenberg v. J. 1511.

CCXLVII.

1257. 14. Februar. Ebelsberg. — *Otto, Bischof von Passau, bezeugt einen Vertrag zwischen dem Kloster St. Nicola und dem Leutolt Prüschink wegen des Hofes Lintheim.*

Cum ad curandum obliuionis morbum humana industria non inuenerit antydotum magis efficax, quam uiuax hominum solidumque scripture testimonium, innotescat omnibus presentem literam intuentibus, quod nos *Otto* miseratione diuina *ecclesie Patauiensis Episcopus* querimoniam dilecti in christo fratris nostri *Gerbotonis prepositi et Conuentus ecclesie sancti Nycolai*, que aures nostras sepe pulsauerat, super uiolentia, quam ipsis intulit *Leutoldus* cognomine *Průschinch* in solutione census, quem eis tenetur soluere de curia ipsorum in *Linthaim*, per proborum uirorum industriam et consilium uidelicet *Dietmari de Hugenperger, Chunradi de Harthaim, Friderici de wald* et *ammani nostri Rudolfi de Alharting* tali forma sopiuimus, ut idem *Leutoldus* predicto conuentui censum suum de prelibata curte deinceps soluere non omittat. Alioquin cessante omni contradictionis obstaculo priuabitur omnimodis iure, quo gaudet in sepedicta curia secundum pacta, que super eodem tractatu sub priuilegiorum testimonio inter se primitus habuerunt. In huius itaque rei testimonium antedicto conuentui assignauimus presentem literam sigilli nostri munimine insignitam. Testes huius rei sunt *Chunradus de Harthaim, Dietmarus de Hugenperg, Fridericus de wald, Ammanus noster Rudolfus de Alharting, Wernhardus et chunradus fratres dicti de Hag, Leutoldus filius Friderici de wald, Eberhardus de Tobel, Heinricus enser, Hainricus uillicus de pusing, Dietricus uillicus de Harthaim* et Alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M° CC° LVII° XVI° kalendas Martii aput *castrum nostrum Ebelsperch*.

Orig. auf Perg. Siegel abgefallen. K. baier. Reichsarchiv.

CCXLVIII.

1257. 4. März. Burghausen. — *Heinrich, Herzog von Baiern, verleiht dem Stifte Ranshofen Mautfreiheit zu Burghausen und Schärding.*

Nos dei gratia *Heinricus Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie* vniuersis presentem paginam intuentibus declaramus, quod summe

ob dei reuerentiam et amorem ac etiam pio zelo, quo circa *Ecclesiam in Ranshoven* uoluntarie mouemur, eidem indulsimus de nostra gratia singulari, ut singulis annis vna uice duo talenta ampli (salis) sine omni exactione thelonei aut mvte *Burchusa* et in *Schærding* deducant libere et secure, qui in prefata ecclesia deo famulantur. Item talem eidem Ecclesie gratiam fecimus habundantem, ut quicunque in descensu uel ascensu *Eni* aque nostre Ecclesie prouolute deducatur, ita quod ibidem deo famulantes proprietarie respicit, idem in prouoluta aqua sine omni theloneo et exactione debet transire libere ut prediximus et secure, ipsam etiam Ecclesiam in nostram defensionem adeo recipimus, ut quicunque ipsam leserit in rebus aut hominibus, contra eundem (sic) nostra ingratitudine procedamus (sic). Datum in *Burchusa* Anno domini M. CC. LVII. IV. Non. Martii Indictione XV.

Orig. auf Perg. mit einem Hängesiegel. K. baier. Reichsarchiv. — Mon. boic. III. 332.

CCXLIX.

1257. 6. März. Rom. — *Alexander IV., Papst, bestätiget dem Abbte und Convente des Klosters Baumgartenberg die Bewilligungen der Bischöfe Ulrich, Rudeger und Berthold von Passau, die Zehente von Bauerngütern in Gotzolting, Modenstorf und Temnich zu vergeben.*

Alexander episcopus seruus seruorum dej Dilectis filijs Abbati et Conuentui Monasterij in *Poungardemberge* Cysterciensis ordinis Patauiensis diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Exigentibus uestre deuotionis meritis uotis uestris libenter annuimus et petitiones uestras, quantum cum deo possumus, fauorabiliter exaudimus. Significastis siquidem nobis, quod bone memorie *Vlricus, Rudegerus, Bertholdus Patauienses Episcopi* per suas uobis literas concesserunt, ut decimas quarundam Grangiarum uestrarum in *Gozoltinge*, in *Modenstorf*, in *Temnich* siue ipsas Grangias in Mansos uelletis redigere siue non, perciperetis perpetuo pacifice, sicut ab initio fundationis uestri Monasterij easdem decimas quiete et sine contradictione qualibet possedistis, prout in eorundem Episcoporum litteris plenius dicitur contineri. Nos igitur uestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eisdem Episcopis prouide factum est, ratum et gratum habentes illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio conmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam

nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Laterani* ij. Nonas Martij, Pontificatus nostri Anno Tercio.

Orig. auf Perg. Bulle verloren. Im Musealarchiv zu Linz.

CCL.

1257. Im März. Ottensheim. — *Heinrich, Bischof von Bamberg, schenkt dem Kloster Wilhering die Schwaige zu Aslech im Garstenthale.*

Heinricus dei gratia *Babenbergensis episcopus.* Cum ad ecclesias Dei nostra pie fertur intentio et earum commoditatibus providendo et augmentando saluti animae nostrae consulimus et commoditati pauperum providemus, Hinc est, quod, cum ecclesia in *Wilhering* Ordinis Cisterciensis Pataviensis Diocesis in fundo ecclesiae nostrae sit fundata et quasi novella plantatio subsidio indigeat, ut possit de die in diem proficere ad meliora, Nos ad petitionem dilecti in Christo *Ernesti ejusdem loci abbatis* eidem loco contulimus in *valle Gerstenthall* in loco, qui dicitur *mons Aslech,* in redditibus quadraginta denariorum, ubi possint animalia sua locare, sicut in vulgari dicitur, ad unam integram Swaigam, mandantes, ut super praedicta collatione nullus eos impediat vel molestet etc. Huius rei testes sunt *Albertus ecclesiae nostrae praepositus, Magister Eberhardus de Herwipoli canonicus noster;* Nobiles viri *Hainricus, Wernhardus de Schoumberch, Comes Hainricus de Furstenberg, Engelhardus de Ostuera, Leutemannus, Sighardus Piber, Alramus de Atersee, Ulricus de Mura* ministeriales nostrae ecclesiae. Actum in *Ottensheim* anno Domini M. CC. LVII.' In mense Martii XV. Indictione.

Kurz, Beiträge. IV. 541.

CCLI.

1257. 23. April. Linz. — *Verbündung des Königs Otakar mit dem Bischofe von Passau gegen die Herzoge von Baiern.*

Nos *Otthacharius* dei gratia *dominus Regni Boemie, Dux Austrie et Marchio Morauie* declaramus litterarum presentium testimonio vniuersis, quod nos de consilio fidelium nostrorum promisimus fide data domino et amico venerabili *Patauiensi Episcopo* assistere

contra *duces Bawarie* totis uiribus, dum uiuemus, Ciuitates et Castra nostra sibi ad eius beneplacitum in isto negocio patula facientes nec in faciendis trevgis uel concordia specialiter cum dictis Ducibus quicquam attemptabimus, nisi predictus dominus Episcopus Patauiensis treugis, paci uel concordie sit inclusus et sua vna cum nostris negocjis terminemus. In cuius rei testimonium presentem litteram nostris Sigillis fecimus communiri testibus subnotatis, qui sunt *henricus de Schovmberch, Otto Comes de hardhecke. Wokcho de Rosenberch, Wichardus de Tyrna, Otto de Meyssowe, Chonradus de Zekkingen, Chadoldus Orphanus, Hardmarus de Lichtenwerde* et alii plures. Datum in *Lintza* anno domini M. CC. LVII. IX. Kalendas Maii.

Mon. boic. XXIX. II. 109.

CCLII.

1257. 23. April. Linz. — *Otto, Bischof von Passau, schliesst mit dem Könige Otakar ein Bündniss gegen die Herzoge von Baiern.*

Nos O. dei gratia Ecclesie *Pataviensis Episcopus* declaramus testimonio litterarum presentium vniversis, quod de consilio fidelium nostrorum promisimus fide data domino et amico dilecto O. Illustri *Duci Austrie* assistere fideliter contra *Ducem Bawarie* totis uiribus, dum uivemus, Ciuitates et Castra nostra sibi ad eius beneplacitum in isto negotio patula facientes nec in faciendis Treugis uel concordia cum dictis Ducibus quicquam attemptabimus, nisi predictus dominus Dux suum cum ipsis negocium terminavit, cui nos etiam et ecclesiam nostram pataviensem versa uice promisit firmiter includere nec cum ipsis nobis exclusis aliquatenus concordare. In cuius rei memoriam presentem litteram fecimus communiri testibus subnotatis: *Otto Comes de hardheim* (sic!) et alij quam plures, quorum copia ibi fuit Datum in *Linza* anno domini M. CC. LVII. IX. Kalendas Maij

Mon. boic. XXIX. II. 109.

CCLIII.

1257. 24. April. Rom. — *Papst Alexander IV. genehmiget und bestätiget die Einverleibung der Pfarrkirche zu Mitterkirchen zu dem Kloster Waldhausen durch den Bischof Otto von Passau am 5. April 1256.*

Alexander Episcopus seruus seruorum dei dilectis filijs preposito et Conuentui Ecclesie in *Walthusen* ordinis sancti Augustini patauiensis diocesis Salutem et apostolicam benediccionem. Justis petencium desiderijs dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que a racionis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Cum igitur, sicut peticio vestra nobis exhibita continebat, Venerabilis frater noster Episcopus patauiensis attendens hospitalitatis opera, quibus vacatis quodque rapinis, et incendio Ecclesia vestra destructa laboratis rerum temporalium egestate, sui Capituli accedente consensu Vobis et per vos ipsi Ecclesie vestre, prout spectabat ad eum, Ecclesiam de *Mitterkirchen* sue diocesis, in qua jus patronatus habetis, prouida deliberacione concesserat in Vsus proprios perpetuo retinendam Reseruata vicario, qui pro tempore fuerit in eadem, de ipsius prouentibus congrua porcione pro sustentacione sua et ad debita procuracionum diocesani loci et alia onera subeunda, sicut in literis inde confectis dicitur plenius continerj, Nos vestris supplicacionibus inclinati, quod ab eodem Episcopo super hoc prouide factum est, ratum et gratum habentes id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio comunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre Confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire, Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dej et Beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *laterani* VIII kalendas maij, pontificatus nostri anno Trino.

Aus einem Transsumpt des Abbtes Erhart von Baumgartenberg vom 8. August 1482, auf Perg. im Museal-Archive zu Linz.

CCLIV.

1257. 24. Mai. Leoben. — *Stephan, Herzog in Slavonien, Hauptmann in Steiermark, bestätiget dem Spital am Pyhrn seine Privilegien.*

Nos *Stephanus dux Sclauonie et capitaneus Stirie* significamus, quibus expedit, uniuersis, quod, sicut *Leupoldus et Federicus duces*

aduocaciam *nouelli hospitalis Gaersten* siti pro remedio animarum suarum sibi assumpserant, ita nos eandem aduocatiam in domini regis et nostram suscepimus proteccionem et tutelam volentes, quod omnia bona ipsius infra terminos regiminis domini regis et nostri constituta omni iure iudicum, theloneorum seu mutariorum in districtu regis postposito proteccionis patrocinio domini regis et nostri manuteneantur secundum, quod in priuilegiis *Leupoldi et Federici ducum* plenius continetur. hoc eciam uolumus et ordinamus, sicut eciam duces prefati ex gracia speciali hoc sibi concesserunt, quod in ascensu et in descensu, siue salem siue alia queque comparauerint pro necessitate domus, a mutariis (vel) thelonealiis aliquod impedimentum eis non inferatur. Si quis eciam ministerialium superna inspiratione commonitus prefato hospitali aliquid prediorum suorum conferre uoluerit, hoc faciendi liberam habeant facultatem. Et ne quis in posterum hec statuta nostra infringere ualeat, ipsa sigilli nostri appensione fecimus roborari. huius rei testes sunt *Gutfredus de Marpurch, Weygandus de Messenberch, Franco de Leuzmanspurch* et alii quam plures. Datum in *Leubun* in octaua ascensionis domini anno domini M° CC° L° septimo.

Orig. auf Perg. mit einem hängenden weissen Siegel. K. k. geh. Hausarchiv.

CCLV.

1257. 29. Mai. Michelbeuern. — *Chunrat, Abbt von Michelbeuern, bezeugt, dass Chunrat von Pirchach seinen Ansprüchen an das Gut Wihsee entsagt habe.*

In nomine domini. Nos dei gratia *abbas Chunradus et conventus s. Michahelis in buren* universis Christi fidelibus notum fieri volumus, quod quidam miles dictus dominus *Heinricus de Hohinmos et uxor sua Bertha* predium suum situm in *Wihse* amore divino succensi pro remedio animarum suarum omniumque parentum suorum nullo contradicente integraliter contulerunt tali tamen pacto interposito, ut due prebende ad tempora vite sue ipsis in nostro monasterio, ubi se receperant, ministrentur. postmodum vero elapso aliquo tempore ipse dominus Heinricus viam universe carnis est ingressus, tunc quidam miles nomine *Chunradus de Pirhach* cum suis filiis et fratruelibus eius videlicet *Hartwico* et *Gebhardo*, cum se fore dicerent eiusdem predii proximos coheredes, nos in eodem contra salutem anime sue maliciose impetere non cessabant. Verum tamen cum ex ipsorum et nostra parte questio versaretur, tandem vim sui amoris

accendit in eisdem spiritus s. et ipse dominus Chunradus tam cum filiis quam suis coheredibus monitis prudentum virorum inducti precumque nostrarum constantia victi igitur honesti quasi prudentes animarum suarum miserabilem casum evadere cupientes jam sepedictum predium feriato die videlicet feria tertia infra pentecosten propriis manibus super altare s. Michaelis coram populo libere delegarunt Hoc adjicientes, quod, si aliquis forte nos in eodem, quod absit, in posterum offendere proposuerit, superstites eiusdem generationis nobis in prenominato predio semper coram judicio vel principe defensores debeant fieri ac tutores. In cuius rei testimonium, cum jam dicti viri proprio sigillo non uterentur, presentem paginam conscribi fecimus sigilli nostri munimine cum subnotatis testium nominibus roboratum, qui sunt dominus *Albertus plebanus in Veltkyrich, Bertholdus de Cumpoldingen, Bertholdus de yzinsperge, Waltchumus, Hartwicus, Idungus, Heinricus* et alii plures. Hec acta sunt anno domini M. CC. LVII. Indict. XV. quarto Kal. Junii.

Filz, Michelbeuern 786.

CCLVI.

1257. 7. October. St. Florian. — *Otto, Bischof von Passau, bestätiget ein Übereinkommen zwischen dem Propste und Convente zu St. Florian und Heinrich dem Schreiber von Ens in Betreff der Pfarre St. Michael in der Wachau.*

Nos *O.* dei gratia *(Pataviensis Ecclesie Episcopus)* Notum facimus vniuersis hanc litteram inspecturis, quod, cum inter dilectos in Christo fratres *S. prepositum et conuentum domus sancti Floriani* ex una parte et dominum *H. scribam anasi* ex altera super *Ecclesia sancti Michaelis in Wachawe* questio uerteretur, tandem in nostra presentia idem negotium terminatum exstitit, iuxta quod in instrumento super hoc confecto continetur, cuius est tenor per omnia in hec uerba: *Siboto dei gratia prepositus, Hainricus Decanus* totusque conuentus Ecclesie *sancti Floriani* omnibus hanc paginam inspecturis salutem. Notum facimus vniuersis, quod, cum lis inter nos et dominum *hainricum scribam anasi* super *Ecclesia sancti Michaelis in Wachowe* uerteretur, quam nos *Siboto prepositus* eidem domino *Hainrico* quadam dissensione faciente ignorante conuentu contuleramus pariter et inuito, mediante domino nostro venerabili Episcopo Patauiensi viris probis presentibus et honestis tandem sic lis eadem est decisa, quod nos prepositus et conuentus prefato

domino hainrico singulis annis quatuor carradas vinj et duos modios triticj *jn Austria* scilicet *jn Wachowe* in vindemio persoluamus. Quocunque uero anno prefatas quatuor carradas vinj et prefatos modios triticj sibi temere soluere neglexerimus, ipse se de *Ecclesia* sancti Mychaelis *jn Wachowe* libere intromittet, contentus tamen illa prebenda et illis prouentibus, quos habuit pie memorie *plebanus Gotfridus*. Cuius metas si excesserit, iura, que nobis pariter et *ypolitensibus* in decimis frumentj et vinj eiusdem Ecclesie conpetunt, inuadendo, cum sint nostrarum substantialia siue subsidia prebendarum, Ipse prefatus dominus Hainricus pro tali contumacia cadet penitus a suo iure. Adiectum est etiam, quod si propter pruinam uel aliam aeris intemperiem sterilitas terre tanta erit, quod uinum haberi non potest, tunc secundum communem cursum terre pro prefato sibi denarios persoluemus. Ipse uero secundum defectus quantitatem gratiam nobis faciet, quam sua discretio tempore uiderit expedire. Et quod hec rata maneant et firma Ecclesie, in signum ratihabitionis cum sigillo prepositi nos conuentus Sigillum nostrum appendimus huic scripto. Datum in *sancto Floriano* anno dominj M. CC. LVII. IIII. Idus Septembris. Nos uero premissa omnia, quibus rogati interfuimus a partibus et tractauimus, grata et rata habentes, ea auctoritate et patrocinio litterarum presentium confirmamus apponentes nichilominus sigillum nostrum pro cautela et testimonio huic scripto. Datum in *Ebelsperch* anno dominj M. CC. LVII. Nonas Octobris, Pontificatus nostri anno IIII.

Mon. boic. XXIX. II. 110.

CCLVII.

1257. Krems. — *Heinrich von Schwarzensee, König Otakar's Castellan und Richter in Krems, schlichtet den um eine Mühle daselbst entstandenen Streit.*

Ne gesta hominum, quibus nouercatur obliuio, per lapsum temporis in cordibus fidelium euanescant, virorum fide dignorum conmittuntur testimonio et scripture. Hinc est, quod ego *hainricus de swarcense castellanus in chrems* a domino meo illustri *duce Austrie domino regni Boemie et Marchione Morauie* judex delegatus et constitutus in causa, que occasione cuiusdam Molendini siti in *chrems* inter uiros venerabiles uidelicet dominum *Hainricum abbatem de Månnse* et dominum *Hermannum abbatem Clunicensem* et dominum

Chunradum prepositum de perchezgadem et dominum *Engelbertum prepositum de Werde* et dominum *irnfridum canonicum patauiensem et decanum in chrems* ex vna parte vertebatur, et ex alia inter dominum *hermannum de Rechperg* et *ortolfum Niedoarium* (?) subditum eiusdem sic diremi accedente consilio et auxilio *meliorum ciuium de chrems et de Stain*, quod pro quadam summa pecunie scilicet octo librarum, quas dicti claustrales pro spontanea solummodo cessione dabant dicti Molendini possessoribus, sepe dictum molendinum penitus de medio auferatur nec per eos uel eorum posteros in perpetuum releuetur. Huius rei testes sunt *Camerarius de perchsgadem, vlricus miles de camera, Chunradus notarius, albertus de Månnse, Chunradus ottnanger; sacerdotes in chrems* dominus *chunradus*, dominus *dietmarus, magister chunradus notarius decani, albertus scolasticus, wichardus subdiaconus; Ciues chunradus sebeker (?) helnwicus, pilgrimus, gofridus fratres, perchdo (?), chunrad de hedmersdorf (?).* in huius et facti euidencia presens scriptum sigillis virorum venerabilium et meo et *Gozonis tunc in chrems judicis* conmunitur. factum in *chrems* in domo domini *irnfridj decanj* Anno domini M° CC° LVII° Indiccione XV°

Aus dem Copialbuche des Klosters Mondsee Saec. XV.

CCLVIII.

1258. 29. Jänner. Passau. — *Otto, Bischof von Passau, bezeugt einen Tausch zwischen den Brüdern von Falkenstein und Ulrich von Hauzenberg um Güter zu Räzing und Rehwinsberg.*

Otto dei gratia etc. Notum facimus universis, quod facto concambio inter fideles nostros *Ch. et H. fratres de Valchenstein* de feodo in *Raezing*, quod solvit medium modium tritici, ex una parte et *ulricum de Hauzenperge* de feodo in *Rehwinsperge*, quod similiter solvit medium modium tritici, ex altera parte per manum nostram nos et Ecclesia nostra gaudebimus omni iure in Raecinge, quod habuimus in Rehwinsperge, et predicti fratres de valchenstein gaudebunt omni iure in Rehwinsperge, quod in Raecinge antea habuerunt. In cuius rei etc. (sic). Datum *patavie* anno domini MCCLVIII. IIII. Kalend. Febr.

Aus einem Codex im k. baier. Reichsarchive.

CCLIX.

1258. 1. Februar. Wien. — *K. Otakar bestätiget das Diplom Herzog Leopold's VII. für St. Florian, worin dieser unter dem 15. October 1208 demselben die Exemtion für seine Unterthanen am Windberge zusichert.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti *Otachervs* dei gratia *dominus regni Boemie, dvx austrie ac marchio Moravie* Omnibus christi fidelibus tam modernis quam posteris presentis pagine testimonio declaramus, quod nobis existentibus *Praie Arnoldus venerabilis Prepositus domus sancti Floriani* quoddam priuilegium dicte Ecclesie a bone memorie illustri *quondam Duce austrie Liupoldo* clementer indultum presentauit nobis suppliciter postulans, quatenus idem priuilegium innouare ac ea, que continentur in eo, confirmare et conseruare Ecclesie sue de gratia nostra dignaremur, cuius tenor est per omnia talis: In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis *Liupoldus* dei gratia *Dux Austrie ac Stirie*, quia piorum studiorum etc. (wie Dat. Wien am 15. October 1208). Nos igitur, qui ad ampliandum Ecclesiarum statum et religiosorum conmoditates augendas pio fauore teneri uolumus illius intuitu, de cuius dispensatione feliciter credimus nos uicturos, ipsius *Ar. Prepositi* supplicationibus benignius inclinati priuilegium ipsum de uerbo ad uerbum cum articulorum singulorum cauta expressione circa exemptionem sepedicte Ecclesie a foro judicii secularis presenti pagine inseri iussimus singula, que continentur in ea, liberaliter confirmantes. Vt autem hec nostra innouacio et confirmatio robur obtineant firmitatis, presentem paginam nostri autentici sigilli munimine fecimus consignari cum testibus subnotatis: *Bawarus Jeroscius Burchravius Pragensis, Zmilo de Lvhtenburch, Wocho de Rosenberch, Ratmirus de pfrimberch, Schenko de Sitavia, Wilhelmus de Boydebrad, Vlricus lepus, Andreas dapifer, Marquardus subcamerarius, Hermannus de Richenawe, Paulik et frater suus Sdezlaus de Sternberch, Chunradus de Cekkinge, Vlricus de lobenstain, Meinhardus Trostilo, Sigehardus pibero et frater suus Rvdilo* et Alii quam plures. Data *Wienne* per manus *magistri Arnoldi notarii* anno dominice jncarnationis M°. CC°. L°. VIII°. Kalendis Februarii, Indictione secunda.

Orig. auf Perg. mit einem hängenden Münzsiegel. Stiftsarchiv St. Florian. — Kurz, Albrecht IV. II. 465 coll. Stülz, St. Florian 322.

CCLX.

1258. 5. März. — *Liutolt von Aigelinge entsagt zu Gunsten des Klosters Reichersberg seinem Rechte auf den Zehent seiner Besitzungen in Friheim.*

Presenti scripto pateat vniversis, quod quidam *Livtoldus dictus de Aygelinge* accepto ab Ecclesia nostra vno talento abrenuntiavit omni ivri, quod habebat in decima possessionvm suarum in *friheim*, quas tunc ab ipso possedit et coluit *ernsto*. Huius rei testes sunt *Gundackarus prepositus eiusdem loci*, *Arnoldus*, *wernhardus de Antesenhoven*, *Johannes*, *Heinricus sacerdotes et canonici*, *Chunradus swenter diaconus. vl . . . subdyaconus*, *frater heinricus Cellerarius*, *Chvnradus in valle*, *Chvnradus villicus de Revel*, *Pernhardus de wilbach*, *Chvnradus de monte pv̊chberger*. *Aigelo*, *Rudegervs de villicana curia filius supradicti Livtoldi*, *Amelbertus* et duos alios filios minores fecit inscribi ch... et... et filiam parwulam Propter cavtelam superhabvndantem Anno domini MCCLVIII. Indictione prima III. nonas Martii.

Aus einem Pergament-Codex zu Reichersberg.

CCLXI.

1258. 2. Juni. In domo S. Floriani. — *Dietmar von Steyr mit seinen Söhnen Dietmar und During verzichtet auf sein Recht zu den Töchtern des Zehntners zu Neukirchen.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego *ditmarus de Stiria* una cum *filiis meis Dietmaro et Duringo* presentium testimonio profiteor litterarum, quod omni iuri proprietatis, quod tam ego quam idem filii mei habuimus in filiabus *Heinrici decimatoris in Niwenchirchen superioris*, quarum hec sunt nomina, *Livkart*, *Perhta*, *Alheit*, *Jetta*, abrenunciauimus absolute delegando eas super altare sancti martyris floriani presentibus hiis, quorum nomina pro cautela hic fecimus annotari: *Arnoldus prepositus* et *Vlricus dictus de Styria Canonicus in domo sancti floriani*, *Marquardus*, *qui dicitur Metze*, *Wernhardus de strazze*, *Chunradus camerarius*, *Otto aput valuam*, *Decimator de gvmerching*, *Heinricus frater eiusdem de niwenchirchen*, *Ditricus de vrevntsperch* et alii quam plures. Acta sunt *in domo sancti floriani* anno domini M°. CC°. L. VIII. IIII. Nonas Junii, Indicione I^a.

Aus einem Pergament-Codex, geschrieben circa 1300. Stiftsarchiv St. Florian.

CCLXII.

1258. 11. Juni. Anger. — *Quittung Ortolf's von Volkenstorf über sechshundert Pfund, welche ihm Bischof Otto von Passau wegen Einlösung des Schlosses Ebelsberg schuldig geworden.*

Ego *Ortolfus de Volchenstorf* profiteor et notum facio vniuersis, quod dominus meus *Otto venerabilis Patauiensis Episcopus* de omnibus debitis, in quibus ipse et Ecclesia Patauiensis mihi tenebatur, tum pro redemptione Castri in *Ebelsperch* et Possessionum eiusdem *Hofmarchye*, tum etiam pro uictualibus meis et alias qualitercunque mihi usque ad sexcentes libras Wiennenses, in quibus adhuc remansit debitor, integraliter satisfecit. Quare omnes fideiussores, quos mihi statuerat, pronuntio absolutos. Et quia de predictis sexcentis libris CC^tas^ et L. libras, pro quibus *Rugerus de Prante* decimam in *Naerden* sibi me asserit obligasse et pro *Chunrado de Stainchirchen* Centum libras mihi nititur defalcare, super eisdem, quando ad ipsum venire commode potero, secum tractabo secundum iusticiam uel gratiam et amorem. In cuius rei testimonium presentem litteram Sigillo muniuj proprio cum testibus subnotatis, Qui sunt hij: *Poppo vicedominus, Ulricus de Styria, Gundakarus de Sauersteten*, Canonici Patauienses, *Heinricus de Merswang, Dittricus de Volchenstorf, Bertoldus de Haidendorf, Cristanus ciuis Patauiensis, Heinricus filius judicis* et alij quam plures. Datum in *Anger* Anno domini M.CC.LVIII. III. Idus Junij.

Mon. boic. XXIX. II. 99.

CCLXIII.

1258. 20. Juli. Im Schlosse Dürnstein. — *Albero von Chunring verzichtet auf alle seine Ansprüche an die Capelle zu Lichtenkirchen (Weissenkirchen in der Wachau).*

(O)mnibus hanc litteram inspecturis tenore presentium innotescat, quod nos *Albero de Chvnringe, austrie pincerna* ad instantiam consiliariorum nostrorum attento iuris ordine et omni conditione exclusa domino *Arnoldo uenerabili preposito et conuentui domus sancti floriani* omne ius, quod in Capella in *Lietenchyrchen* per LXX annos et forte amplius se habere dicebant, ipsis, sicut decuit, pure recognouimus propter deum, actioni, si qua nobis conpetebat in

eodem, renuntiantes et donationem eiusdem Cappelle, quam *Hermanno scolari nostro* feceramus, decernimus minime ualituram, sepedictam Cappellam cum omnibus suis attinentiis *Ecclesie sancti Mychahelis in Wachovve*, cuius filia esse dinoscitur, restituentes pleno iure, non obstante dicto conuentui inuestitura spiritualium, quam dominus noster Episcopus fecerat cum *hermanno*. Et ne aliquis successorum uel heredum nostrorum occasione impeticionis nostre dictum prepositum et conuentum de cetero molestare presumat in eadem Cappella, ipsis factam gratiam sigilli nostri munimine roboramus. Acta sunt hec anno domini M°. CC°. LVIII°. XIII. kalendas augusti et hoc in Castro *Tyernstæin* in presentia testium, quos annotamus: *Plebanus de Cystenstorf, Vlricus notarius, Arnoldus de Tyernstæin, Rumhardus de Cystenstorf, Reinboto de Wittra, Hertwicus Genslo milites domini Alberonis de Chunringe, Dietlo de prvnne, Chvnradus de spizze, Otacherus trachter* et alii quam plures.

Orig. auf Perg. mit einem hängenden Siegel. Stiftsarchiv St. Florian.

CCLXIV.

1258. 25. Juli. Ebelsperch. — *Otto, Bischof von Passau, bestätigt einen Brief Albero's von Chunring, worin dieser allen Ansprüchen auf die Capelle zu Lichtenkirchen entsagt.*

O. dei gratia Ecclesie *Patauiensis Episcopus* vniuersis christi fidelibus has Litteras inspecturis Salutem in domino. Nouerit uestra dilectio nos litteras *Alberonis de Chunringe* uidisse et legisse per omnia in hec uerba. Omnibus hanc litteram inspecturis tenore presentium innotescat, quod nos *Albero de Chunringe austrie pincerna* ad instanciam consiliariorum nostrorum attento iuris ordine et omni condicione exclusa domino *Arnoldo venerabili preposito* et Conuentui *domus sancti Floriani* omne ius quod in Capella *Liehtenchirchen* per LXX annos et forte amplius se habere dicebant, ipsis sicut decuit pure recognouimus propter deum actioni, si qua nobis competebat in eadem, renunciantes et donationem eiusdem Capelle, quam *Hermanno scolari nostro* feceramus, decernimus minime valituram, sepedictam Capellam cum omnibus suis attinenciis Ecclesie *sancti Michahelis in Wachowe*, cuius filia esse dinoscitur, restituentes pleno iure non obstante dicto Conuentui inuestitura spiritualium, quam dominus noster Episcopus fecerat cum *Hermanno*. Et ne aliquis successorum

uel heredum nostrorum occasione impeticionis nostre dictum prepositum et Conuentum de cetero molestare presumat in eadem Capella, ipsis factam gratiam Sigilli nostri munimine roboramus. Acta sunt hec Anno domini MCCLVIII. XIII. Kalendas Augusti et hoc in *Castro Tyrenstein* in presencia Testium, quos annotamus: *Plebanus de Cysteinstorf, Vlricus Notarius, Arnoldus de Tyrenstein, Rumhardus de Cysteinstorf, Reinboto de weittra, Hertwicus Genslo* Milites nostri, *Dietlo de Prvnne, Chunrat de Spitzze, Otacherus Trachter* et alii quam plures. Nos uero pia deuotorum acta et maxime, que ex habundantia iuris procedunt, volentes benigno, fauore prosequi et sincero, predicta omnia sicut per eundem *Alberonem de Chunringe* rationabiliter facta sunt, grata et rata habentes ea auctoritate litterarum presentium confirmamus decernentes carere omni robore firmitatis, quicquid per *Hermannum scolarem* predictum de inuestitura Capelle predicte aput nos fuit obtentum presertim cum suggesta falsitate et tacita veritate per eum fuimus circumuenti. Datum in *Ebelsperch* Anno domini Millesimo CCLVIII. VIII. kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Orig. auf Perg. Das Hängesiegel verloren gegangen. Stiftsarchiv St. Florian. — Stülz, St. Florian 323.

CCLXV.

1258. 3. September. Passau. — *Otto, Bischof von Passau, erlaubt dem Chunrat von Hartheim jene Güter zu Landshag und Achwinden einzulösen, welche sein Vorfahre Berthold an Ulrich von Capellen verpfändet hatte.*

Otto dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus vniuersis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis salutem in domino. Ne propter obliuionem aut calumpniam tractatis habitj rationabiliter et utiliter infirmentur, solitum est scripture remedio precauerj. Quare uniuersitatj uestre uolumus esse notum, quod, cum dominus *Bertholdus* pie recordationis predecessor noster Possessiones *conuentus Sanctimonialium beate Marie uirginis in Patauia* videlicet in *Lantzhabe* et in *Awenden* cum omnibus earum attinentijs de bona voluntate et consensu eiusdem conuentus *Vlrico de Capella* pro C^{tum} libris denariorum Wiennensium obligasset nec propter defectus Ecclesie nostre multiplices nobis esset easdem absoluendi facultas, dilectum fidelem nostrum *Chunradum de hartheim* ad soluendum dictas possessiones induximus sub hac forma, ut eas infra festum beatj Georgii proximum

absoluere modis omnibus teneatur et ab ipso die, quo eas absoluerit, dictas possessiones in *lantshabe* et in *Awenden* cum vniuersis suis attinentiis per VIII. annos inmediate possideat vniuersos prouentus ipsarum medio tempore pro absolutionis sue pecunia recepturus. Exeunte autem dictorum octo annorum termino soluet de illis, si superuixerit, singulis annis XIIII[cim] libras denariorum Wiennensium hiis terminis: infra Pascha et festum beatj Georgij VII. libras, infra Natiuitatem dominj et Epyphaniam VII. libras et si aliquem terminum neglexerit in soluendo, cadet ab omni iure, quod habet in possessionibus supradictis. Possidebit autem eas pro censu predicto nec per obligationem, venditionem, infeodationem seu alienationem aliquam quicquam attemptabit, tam in hominibus quam alijs supradictis. Si uero, quod absit, predictis VIII. annis nondum transactis decesserit, filius ipsius uel pro illa (illo) filia sua, si hic superstes non fuerit, et tandem uxor ipsius, si nec filius nec filia superfuerint, quousque predicti VIII. anni conpleti fuerint, dictarum possessionum prouentus recipiet nec postmodum quicquam iuris habebit in illis; predicto autem Chunrado, quando placuerit domino, decedente post sepedictos VIII. annos nullus heredum uel amicorum suorum nec etiam uxor ipsius habebunt in dictis possessionibus quicquam iuris, sed reuertentur libere cum omnibus suis attinentiis et utilitatibus ad conuentum beate virginis supradictum. Nos etiam una cum ipso conuentu, de cuius uoluntate plenaria et assensu predicta omnia sunt tractata, sepedictarum possessionum auctores suj, quod vulgo dicitur Gwer, erimus, ut de iure tenemur, coram quocunque lis uel questio sibi suscitata fuerit de premissis. In cuius rei testimonium et confirmationem presentem litteram nostro et dicti Conuentus Sigillis communirj fecimus cum testibus subnotatis. Qui sunt hij: *Poppo vicedominus et canonicus Patauiensis*, *Wilbertus*, *Albertus Celler*, *Albertus Zindo*, *Heinricus Phæphinger* Capellani dicti Conuentus, *Vlricus et Siboto fratres de Lonstorph*, *Bertoldus de Haidendorph*. *Heinricus de hartheim*, *Leutoldus pvschinche*, *Heinricus de Valchenstein*, *Heinricus de Radekke*, *Ekhardus de Slehdorph*, *Ortolfus de Ezzenbach*, *Bernhardus de Trvna*. *Eberhardus de Veuhtenpach* et alii quam plures. Actum *Patavie* anno dominj M. CC. LVIII. III. Nonas Septembris, Pontificatus nostri anno Quinto.

Mon. boic. XXIX. II. 122.

CCLXVI.

1258. 20. September. Euerdingen. — *Otto, Bischof von Passau, verleihet dem Priester S. die Kirche Peuerbach auf vier Jahre.*

Nos *Otto* dei gratia *Ecclesie Patauiensis Episcopus* notum facimus vniuersis, quod dilecto in Christo S. *presbitero Ecclesiam in Pewerbach* cum omnibus suis attinenciis et utilitatibus a festo beati Georgii proximo per IIII. annos subsequentes locauimus sub hac forma, ut primis duobus annis quolibet anno XXVI. schaphas mensure Patauiensis soluat de illa, XIII. scaphas frvmenti et XIII. auene, sequentibus autem duobus annis XXX. schaphas persoluet, XV. frumenti et XV. auene. Preterea per predictos IIII. annos soluet singulis VI. libras Wiennenses hijs terminis: in festo beati Michaelis II. libras, in Natiuitate domini II. libras, in carnispriuio similiter II. libras. Si autem, quod absit, sterilitas terre, afflictatio aeris uel depopulatio inciderit medio tempore, ad consilium meliorum de parrochia de dicta pensione eidem tenebitur relaxari. Ceterum in dote Ecclesie edificabit domum honestam, pro quibus expensis similiter sibi condescendemus, iuxta quod uiderimus expedire. Datum in *Euerdingen* Anno domini M.CC.LVIII. XII. Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno V.

Mon. boic. XXIX. II. 244.

CCLXVII.

1258. 9. October. Ebelsperch. — *Otto, Bischof von Passau, verpachtet an Leutolt von Prusche, Bürger zu Ebelsberg, die dortige Brückenmauth auf vier Jahre.*

Nos *Otto* (dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus) notum facimus vniuersis, quod *Mutam Pontis in Ebelsperch Leutoldo dicto de Prvsche Ciui nostro ibidem* a festo beati Galli proximo per IIII. annos subsequentes pro LXX libris Wiennensibus locauimus sub hac forma, quod nobis dedit ad manus V. libras et dabit V, precedente tempore, cum solutionem illarum dissimulare nolumus nec differre, LX. vero libras residuas vigilibus et portenariis nostris in Ebelsperch per predictos IIII. annos solvet, iuxta quod eisdem solutionis termini fuerint IIII. constituti, et pontes ibidem taliter preparabit, ut nulla sit in illis medio tempore transeuntibus difficultas nec habebit in solutione census predicti, nisi ut ordinauimus, respectum ad alium aliqualem.

Etiam si medio tempore decesserit, vxor et heredes ipsius ad dictos IIII. annos gaudebunt, si voluerint, eo iure, uel si ministrare noluerint, loco sui faciemus ipsis gratiam in eo, si forte idem Leutoldus ultra sua tempora quicquam dedit. In cuius rei etc. Actum in *Ebelsperch* anno domini M.CC.LVIII. in die beati Dyonisii.

Mon. boic. XXIX. II. 244.

CCLXVIII.

1258. 19. December. Ebelsperch. — *Schiedsspruch zwischen dem bisherigen Propste Siboto von St. Florian und dessen Nachfolger Arnold.*

Nos O. dei gratia *Ecclesie Patauiensis Episcopus*. Hiis, que per nos rationabiliter ordinata fuerint, adhibere volentes scripture remedium pro cautela notum facimus vniuersis, quod, dum ad *domum sancti Floriani* venissemus in dominum *S. tunc prelatum* eiusdem Ecclesie et fratres Conuentus ibidem ad inquisitionem, quam indixeramus vrgentibus occasionibus sollempniter persequendam, ut nostri officii debitum exigebat, idem prelatus nolens eandem Ecclesiam grauare occasione huiusmodj laboribus et expensis libera voluntate in arbitros compromisit, qui nobis mediantibus considerata prouide qualitate cause utriusque partis de nostra conuenientia, cum pure ad pacem intenderemus Ecclesie, arbitrarunt, ut ad manus nostras et gratiam cederet prelature. qui tandem in dictum consentiens arbitrium presertim, cum ipsum esset graui pena vallatum, pro nostre arbitrio voluntatis in facie totius Conuentus et in presentia multorum aliorum eidem cessit ad manus nostras et gratiam prelature. Nos vero considerantes, quod sperantibus et querentibus gratiam non sit gratie beneficium subtrahendum, dictam cessionem gratam et ratam habentes eidem S. *Ecclesiam sancti Michahelis in Wachowe* ad donationem prepositi, quicunque pro tempore fuerit, et Conuentus domus sancti Floriani iure plenissimo pertinentem de consensu et voluntate domini *arnoldj substituti prepositi* et Conuentus liberaliter et absolute assignauimus prouisionis gratia ea forma, qua illa *G. plebanus ibidem bone memorie* possidebat, hoc duntaxat excepto, quod prelato, qui pro tempore fuerit, reuerentiam debitam exhibebit et de dicta Ecclesia domino H. *Scribe Anasi* IIII[or] carrattas vini debebit soluere annuatim et quamdiu in illa residentiam fecerit personalem, tenebit secum presbiterum, quem sibi uiderit expedire. Et si forte circa locum religio-

sum sui ordinis se deuotionis intuitu receperit, tantum ad mensem predictam Ecclesiam officiarj faciat illa uice per ydoneum sacerdotem ita tamen, ut debitis non fraudetur obsequiis et cura animarum in illa nullatenus negligatur. Ad memoriam autem omnium premissorum et ut inuiolabiliter conseruentur, statuimus, ut, si prepositus, qui pro tempore fuerit, aut quisquam ex fratribus premissam gratiam sine rationabili causa et nobis irrequisitis infregerint, prelatus ab amministratione et officio suspensus, frater prebenda et fratrvm consortio careat, si hoc legitimis documentis coram nobis fuerit conprobatum, ad hec, si, quod absit, dictus S. nomine venditionis, obligationis seu infeudationis uel aliquo alio modo cuiuslibet alienationis Ecclesiam leserit memoratam, penam, quam sibi pro huius (ist etwas ausgelassen) inflixerimus, sustinebit, dummodo ea prelata fuerint coram nobis, et nos nichilominus decreuimus, ex nunc venditiones seu alienationes huius carere robore firmitatis. In quorum omnium testimonium et cautelam presentem litteram nostro et Conuentus predicti Sigillis fecimus communiri. Datum in *Ebelsperch* anno domini Millesimo CC. LVIII. XIIII. Kalend. Januarii, Pontificatus nostri anno quarto.

Mon. boic. XXIX. II. 127.

CCLXIX.

1258. — *Wernhard von Schaunberg und Hedwig, seine Gemahlin, vergaben nach Wilhering ein Gut zu Ceilach und ein Lehen zu Piberau.*

Nos *Wernhardus de Schowenberch* vniuersis trinitatis fide illustratis presentium noticiam habituris Salutem in perpetuum. Conuenit scribi, quod non conuenit obliuisci. Ea enim, que uite presentis aguntur curriculo, facile uacillant, nisi scripti testimonio roborentur. Noscant ergo in christo presentes et in eodem feliciter successuri, quod nos *Wernhardus de Schowenberch* et dilecta *Hedwigis* uxor nostra assensu beniuolo amborum contulimus Curiam vnam in *Ceylac* ob remedium nostrarum animarum sana mente et uolenti animo *beate Marie in Wilheringen* Cenobii Ordinis Cisterciensis pleno iure perpetuo possidendam tali mediante conditione, quod Dominus Abbas et Conventus dicti Cenobii *duabus Domicellabus uidelicet Elisabeth et Margarete* in suis prouidere debeant necessitatibus annis singulis usque ad obitum utriusque uidelicet in quinque Schaffiis siliginis et vno Tritici, nec non quinque Schaffiis avene et media Carrada

cereuisie, porcum vnum ualentem dimidium talentum denariorum, si tamen pro porco medium talentum accipere elegerint, ipsis sine contradictione qualibet assignetur; pro stevra etiam medium talentum, ligna quoque ipsis dentur, prout eorum necessitas hec requirit, tempore tamen suo secundum consuetudinem terre, quando dantur Seruicia, ipsis administrentur. hec eadem prelibata Seruicia etiam manualia ipsis dari uolumus tempore oportuno, Hoc adicientes, quod si altera earum Carnis exsoluerit debitum, superstita nichilominus prouideatur ex integro in predictis. Ad hanc itaque prouisionem sic ipsos teneri firmiter cognoscatis, uidelicet quod nec per spolium particulare nec per incendium se valeant excusare, nisi forte a possessione sepedicte curie violentorum incursu eliminati fuerint, quorum potentie nec per se nec per subsidium nostrorum amicorum ualeant obuiare, quod si sic de eadem eiecti fuerint Curia, tunc loco eiusdem Curiam in *Greymharsteten* et allodium ibidem *in via* situm tenebunt iure superius annotato. Insuper disposuimus dictis Domicellabus X. libras aput dominum Abbatem dicti cenobii, quibus ipsis fueramus obligati, in quorum solutione ipsis assignauit feodum vnum situm in *Piberowe*, quod tenebunt pleno iure ac iurisdictione perfecta, quamdiu in hac vita fuerint constitute; ipsis quoque decedentibus dictum feodum iterato ad usus sepe memorati Cenobii revoluetur. Vt autem hec obtineant perpetui roboris firmitatem, presentem literam iussimus insigniri nostro ac venerabilium uirorum sigillo *Abbatis videlicet Joannis de Povngartenberg* et *Abbatis Ernesti*, qui tunc sepedictam domum in *Wilhering* regere uidebatur. Testes huius actionis sunt hi: *frater Adam de Wilhering, frater Liopoldus de Valchenstæin, frater Eberhardus et frater Wilhelmus de ordine minorum et frater noster H. cum duobus filiis Wernhardo et Henrico, Sighardus Piber, Trostlinus, Sigehardus gnevss, Wernhardus latinus, Hertnidus dapifer, Vurtarius, Vlricus de Chirchperg* et Alii quam Plures. Acta sunt hec anno gratie M. CC. LVIII.

Orig. auf Perg., die zwei Siegel der Äbbte sind abgefallen, das des Herrn von Schaunberg etwas zerbröckelt. Stiftsarchiv Wilhering.

CCLXX.

1258. Reichersberg. — *Meingot von Waldeck, Propst und Erzdiacon von Passau, beurkundet die Verzichtleistung seiner Neffen auf verschiedene Rechte zu Gunsten des Klosters Reichersberg.*

Nos Dei gracia *M. de Waldekke tum Prepositus et Archidiaconus Pataviensis* omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera salus. In universorum noticiam cupimus esse perspici, quod *Otto, Heinricus, Ortolfus fratrueles nostri de Waldekke* consenserint super omni donacione sive remissionibus Advocatiarum et iuribus iudiciorum, secundum quod expressum est in privilegio dato prius super remissionibus, que genitores eorum *Ortolfus et Heinricus fratres de Waldekke* in restitucionem gravaminum, que *Reicherspergensi Ecclesie* intulerant, fecerant hactenus de consilio maturiori ob animarum remedium et salutem, hoc adiecto, quod dicti fratrueles nostri in obitu *Ortolfi fratris nostri* abrenunciarunt advocacie duorum prediorum in *Antesenhoven* nec non advocacie *villicacionis in Puchperge* et etiam iuri, quod se de mancipiis scilicet heredibus *Aynwici et Rehwini de Múnstewr* habere hactenus affirmabant. Promiserunt etiam una nobiscum, quod prefatam Ecclesiam in recompensacionem dampnorum, quorum prius est habita mencio, velint semper pro viribus defendere ac fovere satisfactione et restitucione, quantalibet pro eis facultas affuerit, nichilominus subsequente. Ne igitur super huiusmodi litis occasio vel calumpniandi materia valeat in posterum suboriri, presentes nostras literas sigillo et testibus subscriptis iam dicte *Reicherspergensi Ecclesie* dedimus in testimonium et cautelam. Testes sunt hii *M. tum Prepositus, W. auunculus ipsius de Morspach Canonici Patavienses, H. prepositus Subnensis, H. capellanus suus de Strazbalchen. Leutoldus Plebanus de Tawfkirchen, Fridericus Decanus de Althaim, Wildo Plebanus de Zelle, Hugo de Sauersteten, Algerus, Otho filius Ortolfi, Ortolfus filius H. de Waldekke, O. de Ezzenbach, Vlr. Antesenperger, Gerh. de Chalinge* et *W. filius, Raspo H. de Pewnte, M. iunior de Lawffenbach, Salomon Hunthoch, H. de Lawtterprunne Prifingnus dictus. H. de Waldekke, Syboto Plebanus de Aspach* et *Leutoldus consanguineus eius, Vlr. Plebanus de Gurtten, Hofmayr* et alii quam plures, *Soldan filius Benedicte.* Anno Domini

M. CC. LVIII. scriptum est Instrumentum istud in *Richersperge* a *Conrado Swentter* temporibus *Gundakari eiusdem Ecclesie Prepositi.*

Mon. boic. IV. 451.

CCLXXI.

1259. 2. Februar. Mautarn. — *Otto, Bischof von Passau, erlaubt dem Propste von St. Florian, die Kirche St. Michael in der Wachau einem tauglichen Priester um zwanzig Mark zu verkaufen.*

O. dei gratia *Ecclesie Pataviensis Episcopus* Dilecto in Christo fratri Ar. venerabili *preposito domus sancti Floriani* salutem etc. Cum, sicut cognouimus, procurationem domini *Petri Caputii Cardinalis* viginti marchas argenti uidelicet, ad quam predecessores uestri se et Ecclesiam uestram obligarunt, de rebus Ecclesie uestre habere non possitis ad presens nec tamen propter hoc solutio diferri valeat, quoquomodo Karitati uestre a sententiis domini pape et eiusdem domini Cardinalis, quas in nos pro detentione dicte procurationis proferrent absque dubio, cauere volentes, Karitati uestre indulgemus auctoritate presentium litterarum, ut prouentus siue prebendam *Ecclesie sancti Michahelis in Wachawe,* quam dominus *Gotfridus plebanus* ibidem bone memorie habuit, vobis vendere pro dictis XX^ti marchis argenti liceat per Quinquenium ydoneo sacerdoti iure uestro et Ecclesie damus (domus) sancti Floriani nec non vniuersis conditionibus, quas in dicta venditione statuendas duxeritis, tamen saluis. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro fecimus communirj. Datum in *Mautarn* anno Dominj M. CC. LVIIII. VI. Idus Februarij.

Mon. boic. XXIX. II. 129.

CCLXXII.

1259. 9. Februar. — *Chalhoch von Mutstal entsagt allen Ansprüchen auf den Weingarten Mutsedel, den sein Oheim Walchun dem Kloster St. Florian gegeben.*

Notum sit omnibus christi fidelibus hanc cartulam inspecturis, quod ego *Chalhochus dictus de Mŏtstal* pro quadam *vinea Mŏtsedel,* quam *magister Walchunus auunculus meus Domvi sancti Floriani* contulit libere et absolute, in qua ius aliquod habere uidebar, eandem domum proposueram pro viribus inpedire. Sed ad peticionem venerabilis *abbatis Chotwicensis* et reuerenciam predicti auunculi

mei Juri meo pariter et actioni penitus renunciaui. In huius rei testimonium petiui presens scriptum Sigillo supradicti domini *Hellenwici abbatis Chotwicensis* et sui Capituli roborari. Huius rei testes sunt *Prior Hertnidus Cotvicensis*, *Hertwicus Plebanus*, *Otto de wertla*, *Otto de zendorf*, *Wichardus hospitalensis* Et alii quam plures. Actum anno domini M° CC° LVIIII. Dominica, qua canitur circumdederunt me.

Aus einem Pergament-Codex Saec. XIV. im Stiftsarchive St. Florian.

CCLXXIII.

1259. 5. März. Prag. — *Otakar, König von Böhmen, befiehlt den Mauthnern in Ybbs und Stein, vom Kloster Waldhausen keine Mauth zu nehmen.*

Otto (sic) dei gracia *Boemorum Rex, dux Austrie et Stirie ac Marchio Morauie* fidelibus suis *Mutarijs in Ybs et in Stain* constitutis graciam suam et omne bonum. vtpote a predecessoribus nostris bone memorie *Leupoldo et Friderico Ducibus Ecclesia sancti Johannis Apostoli et Ewangeliste in Waldhawsen* libertate Mutaria est gauisa, prout in ipsius priuilegiis plenius dicitur contineri, Sic nos ob amorem dei et ipsorum felicem memoriam mandantes gracie nostre sub obtentu precipimus, quatenus ipsam eodem solacio gaudere permittatis. Datum *Prage* Anno domini M° CC° LXVIIII. III. Nonas Marcij.

Aus einem Vidimus des Bischofes Christoph von Passau ddo. 5. September 1494. Stiftsarchiv Waldhausen. — Kurz, Beiträge IV. 465.

CCLXXIV.

1259. 16. April. Wien. — *Ein durch Schiedsrichter vermittelter Vertrag zwischen Otto von Passau und Wok von Rosenberg wegen des Schlosses Haichenbach.*

Ego *Wocho de Rosenberch Marschalcus* Notum facio vniuersis, quod inter venerabilem dominum *Ottonem patauiensem Episcopum* et me super *castro Haichenbach* et suis attinentiis per discretos uiros *Chadoldum Orphanum*, *Ottonem de haselowe*, *Ottonem de Meissowe*, *Chunradum de Caekking* et *Heinricum de Merswanch*, in quos ex utraque parte sponte conpromisimus, terminatum est amicabiliter sub hac forma, quod idem dominus Episcopus dabit mihi Centum et quinquaginta libras denariorum Wiennensium et duodecim Marcas argenti infra Natiuitatem dominj proxime nunc uenturam vel conferet mihi vice dictarum Centum et L. librarum viginti librarum redditus, si medio tempore vacare ceperint. Si autem predicte centum

et L. libre mihi assignate fuerint et non redditus, conparabo pro illis viginti libris redditus uel tantundem de meis proprietatibus dabo Ecclesie Patauiensi in proprium et illas a predicto domino Episcopo recipiam titulo feodalj. Castrum autem in Haichenpach cum omnibus, que aput *Rudlinum de Haichenpach* conparauj, eidem restituam integraliter in instantj nec de cetero ibi vel alibj in Comicia uel districtu Patauiensis Ecclesie aliquid conparabo uel acquiram sine speciali licentia dominj Episcopj et consensu nec munitiones aliquas faciam et fidelitatem eidem Ecclesie uel Episcopo perpetuo obseruabo nec eam uel eum in aliquo molestabo. Ministeriales etiam et alios fideles ipsius ab ecclesia ad meum seruitium non uocabo nec traham aliquomodo nec fouebo eos in suum et Ecclesie dispendium; sed si aliquis gratiam suam demeruerit, illum sibi amicabiliter sine dampno Ecclesie, in quantum potero, reformabo. In cuius rei testimonium presentem litteram Sigillo meo conmunirj fecj cum testibus subnotatis, Qui sunt Hij: *Sifridus Orphanus, Heinricus de Lichtenstein, Vlricus de Lobenstein, Vlricus de Capelle. Berhtoldus de Haidendorph, Vlricus de Vihouen, Rugerus Proschinche, Gerbertus Johannes de Merswanch, Heinricus de Radekke, Eberhardus de Veuhtenpach, Vlricus de Preisekke* et alij quam plures. Datum *Wienna* anno domini M. CC. LVIIII. XVI. Kalend. Maij.

Mon. boic. XXIX. II. 136.

CCLXXV.

1259. 16. October. Wien. — *Otakar, König von Böhmen, fordert den Bischof von Passau auf zu einer Untersuchung aller Conventual- und Pfarrkirchen, und bestimmt seinerseits hiezu Abgeordnete.*

O. dej gracia *dominus Regni Boemie, Dux Austrie, Marchio Morauie* vniuersis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis Salutem et omne bonum. Multorum relatione didicimus et est certum, quod pro maiorj parte omnes ecclesie Conuentuales et parrochiales *Patauiensis* Dyocesis in nostro dominio constitute per suos Rectores in divinis obsequiis minus sollicite procurantur in animarum periculum et in temporalibus dilapidationem grauem sustinent in plurimorum dispendium et iacturam. Vnde cum venerabilis in Christo pater . . *Patauiensis Episcopus* ex officio commissi sibi regimiuis teneatur ista corrigere et ea forsan dissimulauerit pacienter, cupiens ipsos emendare pocius per gratiam quam percutere per rigorem nec iidem

tamquam ingrati beniuolencia paterna se correxerint quoquo modo, rogauimus ipsum intimo cum affectu, quatenus propter deum et salutem propriam ac nostri obsequij respectu perpetuj premissa omnia tam in Ecclesiis Conuentualibus et parrochialibus, que ad nos pertinent et quarum esse aduocati uidemur, quam etiam in omnibus aliis Ecclesiis sue Diocesis per inquisitionem amministrationis spiritualium et temporalium curet corrigere taliter et purgare, ut ad laudem dej in diuinis obsequiis proficiant et in temporalibus, que ipsis pro salute animarum pie collata uidentur, effectum debitum studeant obseruare etiam, ne nos dicimur sibi esse causa inpedimentj tante salutis nunc (nec?) etiam ipse de inprouidencia argui possit et pro desidia quem decet pro diligencia commendarj, ad ostendendum enim magnum fauorem, quem habemus ad hoc negocium, Dilectos nobis magistrum *Gerhardum plebanum wienne* et *Chunradum de Cakkinge* eidem adjunximus in hijs omnibus uice nostra, ut tamquam nos ipsi presentes essemus, sibi cooperentur in hiis, in quibus nostra iurisdictio necessaria uideatur. Si qui vero, quod non credimus, se correctionj huiusmodj volentes subtrahere, ad sedem apostolicam appellarent, vna secum de illis significabimus domino pape per nostras litteras noticiam veritatis coram deo dicentes, quod ad hec nos inducit simpliciter zelus amoris diuinj, non ad usurpandam nobis iurisdictionem ipsius et Ecclesie ista scribimus uel rogamus. Datum Wienne Anno dominj Millesimo CC. LVIIII. XVII. Kalendas Nouembris.

Wiener Jahrbücher XLIV. Anzeigeblatt 14.

CCLXXVI.

1259. 18. October. Spital. — *Berthold, Bischof von Bamberg, erklärt alle von ihm an wen immer ausgestellten Urkunden, die dem Spital am Pyhrn nachtheilig sein könnten, für ungiltig.*

Bertholdus dei gratia *Babenbergensis episcopus* omnibus presentium inspectoribus tam presentibus quam futuris Salutem in domino sempiternam. Cum a nobis sepius impetrentur littere, per quas nostris ecclesiis nobis nescientibus et in hac parte existere non valentibus, quamuis de hoc doleremus, possent forte dampnum et preiudicium generari, Nos volentes *hospitali in pyrno monte*, quod ex competenti racione amore ac fauore speciali amplectimur, quolibet dispendio, quo posset incidere occasione huiusmodi, discrecione prouida precauere,

omnes litteras quibuscumque personis, ecclesiis aut monasteriis datas a nobis uel dandas, que tali modo uiderentur esse in dampnum et preiudicium dicti hospitalis, decernimus penitus nil valere ac nullum robur habeant firmitatis, sed sunt irrite et inanes, cuiuscumque tenoris extiterint, etiam si de uerbo ad verbum istarum litterarum facerent mencionem. Et ne processu temporis de hoc aliqua oriatur dubietas, presentes litteras conscribi fecimus et nostri sigilli robore communiri. Datum *in domo dicti hospitalis* anno domini M° CC° quinquagesimo nono, XV. Kalendas nouembris.

Orig. auf Perg. mit einem zerbrochenen Hängesiegel. K. k. geh. Hausarchiv.

CCLXXVII.

1259. 18. October. Spital. — *Berthold, Bischof von Bamberg, bestätiget dem Spitale am Pyhrn alle demselben von seinen Vorfahren verliehenen Rechte.*

Bertholdus dei gratia *Babenbergensis episcopus* omnibus presentium inspectoribus tam presentibus quam futuris perhennem noticiam subscriptorum. Ne rerum gestarum memoriam tollat obliuio, ipsam iuuari conuenit testibus et scriptura. ad noticiam igitur omnium tenore presentium uolumus peruenire, quod nos precipue propter deum respectu quoque iuris, quo *domus hospitalis sancte marie in pede montis pyrdonis Babenbergensem* respicit *ecclesiam*, recognoscimus dicte domui omnia iura, que a *Babenbergensi ecclesia* et a nostris predecessoribus noscitur habuisse, confirmacionem eciam felicis recordacionis quondam *Heinrici antecessoris nostri Babenbergensis episcopi* sepedicte domui factam super bonis, iuribus et omnibus possessionibus, que quondam *Hertnidus de Orte* a *Babenbergensi ecclesia* iure feodali possidebat inter *fluuium dictum Styer* et *montem pyrdonem*, ratam habemus atque gratam et ipsam presentis scripti patrocinio comunimus. Et ne super hoc facto aliqua dubitatio ualeat suboriri, presentes litteras fieri iussimus et nostri sigilli munimine roborari. Huius rei testes sunt auunculus noster *Heinricus dictus de Geroltsekke prepositus Babenbergensis*, *Eberhardus de Schawenberch*, *Albertus dictus Rindesmul canonici Babenbergenses*, jtem *vlricus de Sluzlberch avunculus noster*, *Herdegnus de Grindelah*, *Otto de puchfelt*, *wolframus pincerna de Reut*,

Albertus de Zyl et alij quam plures. Datum *in domo dicti hospitalis* anno domini M° CC° LVIIII. XV. Kalendas nouembris.

Orig. auf Perg. mit Siegel und Rücksiegel. K. k. geh. Hausarchiv.

CCLXXVIII.

1259. 18. October. — *Berthold, Bischof von Bamberg, bestätiget dem Spital am Pyhrn die Schenkung der Neubrüche im Winkel.*

Bertholdus dei gracia *Babenbergensis episcopus* vniuersis presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatione. Ex relacione patrum antiquorum credimus fideliter esse sanccitum, res gestas et fidedignas litteris sigillatis firmiter obseruari. ad notitiam igitur tam presentium quam futurorum per tenorem presentium volumus peruenire, quod nos donacionem in novalibus per *Hertwicum dilectum nobis vvlgariter in Winchel nominatum dictum de Syppah* ad *hospitale sancte Marie in Pyrno monte* factam ratam habere volumus et presenti scripto firmamus, et ne super huiusmodi confirmacione aliqua dubitatio valeat suboriri, presentem litteram fieri iussimus nostri sigilli robore munitam. Datum anno domini M° CC° LIX. XV. Kalendas nouembris.

Orig. auf Perg. mit Siegel. K. k. geh. Hausarchiv.

CCLXXIX.

1259. 25. October. Atersee. — *Berthold, Bischof von Bamberg, bestätiget dem Spital am Pyhrn seine Güter mit Anführung der Grenzen.*

Cum sit opus necessarium atque pium innouari litteras super bonis, iuribus, libertatibus ac aliis utilitatibus ecclesiis datas, que propter earum uetustatem consumpte sunt et omnimodis uiluerunt, Nos *Bertholdus* dei gracia *Babenbergensis episcopus* tenore presentium litteras felicis recordacionis domini *Tiemonis quondam episcopi Babenbergensis* predecessoris nostri datas *hospitali sancte Marie in pyrno monte* decreuimus innouandas, quarum tenor talis est: In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Tiemo Babenbergensis episcopus* omnibus christi fidelibus jmperpetuum. Statum ecclesiarum nostrarum pia sollicitudine considerantes ea, que ipsis conferuntur pro sui utilitate, memorie commendamus, ne propter prolixitatem temporum labilem recordacionem hominum hoc, quod uttiliter gestum est, consumat obliuio. Ad omnium itaque christi fidelium tam presentium quam futurorum noticiam peruenire cupimus, quod nos anno or-

dinacionis nostre tercio V[to] jdus januarij altare sancte marie *in nouo hospitali* cum cymiterio ipsius dedicauimus et omnia, que antecessor noster *Otto secundus* eidem *hospitali* deleganda deuouerat, nos pro gloria eternorum et remedio anime nostre ipsum altare cum eisdem redditibus dotauimus et perpetua donacione tradidimus, quod qualiter gestum sit, ut plene possint (?) agnosci, terminos et nomina singulorum locorum decreuimus inscribi: ab meridiana igitur parte a uertice *montis pyrdonis* ab ortu *fluminis Tycha* et ab occidente per alpes et rupes terminus est ad locum, ubi influuit *riuulus Tivfenpach* in *Tycha*, ubi tradidimus culta et inculta, tenditque idem terminus secundum descensum per medium medij collis usque ad terminos *ville gerstensis*. Hec omnia *dux Styrie Otakarius* in fevdo possidens predecessori nostro resignauit, cum quibus omne incultum nemus inter *flumina pieznyk et Styer* cum uno tantum culto manso, que simul in feodo tenuit, iam dicto *hospitali* perpetuo danda delegandaque resignauit, ab orientali vero parte ex ortu *riuoli mozzyrniche* secus decursum eius in *Tampach Pertholdus consanguineus eius dux Meranie* omnia nemora et rura pia promptaque uoluntate resignauit, ut sine contradictione predicto *hospitali* delegarentur. ab aquilonari vero parte in istorum reddituum medio unum tantum mansum pro domate iuxta *flumen múlpach* et nemus inter *Erlpach* et terminos ville preter culta prata, que tunc ad vsum ville pertinebant, memoratus antecessor noster ex persona propriaipsi *hospitali* deleganda contradidit. Hec autem cum inordinata et imperfecta usque ad nos transissent, in ipsa dedicationis die firma donacione super altare sancte Marie in eodem *nouo hospitali* potestatiua manu delegauimus. Preterea unus ex ministerialibus nostris nomine *Otto de Grieven frater Rudegeri de Hage* dei nutu conpunctus predium suum situm in loco, qui dicitur *prvnne*, quod hereditarie possidebat, in ipsa die uoluntarie resignauit et sub manu nomineque nostro coram nobis super idem altare pro dote delegauit. post aliquantum vero tempus nos per ipsos montes iter agentes a fratribus ipsius domus honeste suscepti et humane sumus tractati magnisque precibus eorundem fratrum flagitati coram ministerialibus nostris *Babenbergensibus* uidelicet ac *Hagensibus* quoddam concambium cum eis cambiuimus duos mansus ex redditibus ecclesie nostre in loco, qui dicitur *Langwat*, ex culto et inculto usque ad incursum *Erlpach* in *Tampach* in altare sancte Marie uicissim concambiendo delegauimus, et e contra ex redditibus ipsius domus, quos

in dicione sua tenebat. duos mansus, unum *in der Steinwant,* alterum *in zewer* ad usus ecclesie nostre in tantundem precij traiecimus. vt autem ista nostra actio et donacio firma sit et inconuulsa, hanc paginam fecimus conscribi et sigilli nostri impressione roborari. Item nos de speciali gracia innouamus et approbamus donaciones dicto *hospitali* per nostros predecessores felicis recordacionis *Ekebertum et Heinricum* nec non et omnes antecessores nostros et per nos specialiter factas easque ratas et gratas habentes ac ipsas auctoritate nostra tenore presencium confirmantes dictorum bonorum terminos, nomina pariter et loca propriis uocabulis duximus exprimenda. Bona sita inter fluuios *Sepach* et *pieznyk*. Item bona sita in *Starlaz* et *Geswant.* Item bona a *monte Nynwitz* iuxta eiusdem montis aque decursum usque in *fluuium Mozzernyk* et eiusdem fluuii descensum usque in *fluuium Tampach*. Item unum *mansum in Lom* et bona in *winkl*. Item bona inter *fluuium Styer* et *montem pyrdonem* nobis et nostre ecclesie per mortem quondam *Hertnidi de Orte* uacantia, que dicte domui in remedium anime nostre tradidimus. Ceterum de licencia speciali concedimus dicto *hospitali,* quod bona, que procurator eiusdem hospitalis comparauerit a baronibus, ministerialibus, militibus uel ab alijs quibuscunque personis, siue ea bona, que iidem dicto *hospitali* testamentaliter delegauerint, que a nobis et a nostra ecclesia in feodo habuerint, liceat ex uendicione et donacione huiusmodi iure proprietario possidere. In horum omnium testimonium presentes literas dicte domui damus nostri sigilli robore communitas. Datum apud *Aterse* anno domini M°. CC°. L°. VIIII°. VIII. Kalendas nouembris, pontificatus nostri anno primo.

Orig. auf Perg. mit Siegel. K. k. geh. Hausarchiv. — Hormayr, Werke III. 454.

CCLXXX.

1259. 1. December. — *Ulrich von Samerdorf, stiftet in der Kirche zu Baumgartenberg ein ewiges Licht auf dem heutigen Dreifaltigkeits-Altare zu seinem Seelgeräth.*

Ad Noticiam tam presentium quam futurorum volumus peruenire, quod *Vlricus de Samerdorf* fratribus in *Pawngartenberge* super altare Sancte trinitatis ad habendum lumen jbidem Redditus Talenti dimidij pro remedio anime sue libere delegauit distribucionem me-

morati redditus taliter destinquendo, vt LX. denariorum redditus de agris in *Anaso* juris ciuilis dicti fratres libere et absque dilacione aliqua possiderent, pro reliquis vero LX. denarijs curtem unam in *hofkirchen* medio tempore pro obligacione tenerent, donec supradictus *Vlricus* tribus talentis ad empcionem redditus aliorum LX. denariorum eisdem fratribus datis curtem, quam obligauerat eis, reciperet absolute empcione, quam sepedicti fratres pro tribus talentis fecerant, Eis quiete perpetuo remanente. Igitur ad huius rei euidenciam presentem Scedulam scribi fecimus et nostri Sigilli munimine roborari. Huius rei testes sunt *Vlricus Prior eiusdem loci, Heinricus Sacerdos ibidem, Heinricus Camerarius, Otto maior Cellerarius, Fridericus subcellerarius. Syboto Custos et alij plures de Conuentu, Laici* autem *Hartmvdus de Smida, Herwicus junior de Clamme, Jubordus de Muesperge* et alij quam plures. Datum Anno gracie M.CC.LVIIII. sequenti die post festum sancti Andree Apostolj.

Aus einem Copialbuche des Klosters Baumgartenberg v. J. 1511.

CCLXXXI.

1260. 10. Jänner. Passau. — *Tauschvertrag zwischen Bischof Otto von Passau und Johann von Merswang über dessen Besitzungen zu Merswang.*

O. Dei gratia *Ecclesie Patauiensis Episcopus* vniuersis presentem litteram inspecturis Salutem in domino. Remedia scripti gestis nostris, ne per obliuionem, temporis diuturnitatem, calumpniam uel dubium pereant, adhibentes presentis scripti testimonio patefacimus tam presentibus quam futuris, quod, cum inter nos ex vna parte et *Heinricum de Merswanch* dilectum fidelem nostrum ex altera de conmutatione et emptione bonorum suorum in *Merswanch* et omnibus eorum attinentiis, quocunque censeantur nomine, ex utraque parte *danubii* preter ea, que filio suo *Johanni* ex paterna preordinatione iure hereditario deputauerat, tractatus et contractus habitus fuisset pro decima Ecclesie nostre in *Alpitrowe,* confectis super hoc debitis instrumentis et processu temporis eodem contractu cassato et dicto H. se ad religionis habitum transferente et *Johannes filius suus* sibi, ut dignum fuit, in hiis omnibus iure hereditario successisset, idem Johannes in deuotione circa ecclesiam nostram existens paterni vestigij imitator de consilio amicorum suorum et accedente ad hoc consensu Capituli nostri in conmutatione siue emptione seu etiam adiectione

bonorum, que pater suus dictus H. de Merswanch sibi assignauerat, uidelicet bonorum omnium, que in Merswanch et alias circa *Obernperch* et circa *Velden* et supra Fluuium, qui dicitur *Trvna, ex utraque parte danubij in Bawaria* proprietatis tytulo possedit uel a nobis et ecclesia nostra in Feodo habuit, ea scilicet, que in usu dominicalium suorum, que vrbor dicuntur, hominibus uidelicet, rebus, siluis, pratis, pascuis, molendinis aquarumque decursibus, venationibus, piscationibus, quesitis et inquirendis, cultis et incultis, aduocatijs, iudicijs et omnibus alijs ad ipsum pertinentibus, quocunque censeantur nomine, nobiscum conuenit spontanee et liberaliter in hunc modum, quod uidelicet decimam Ecclesie nostre in Alpitovwe iure feodi hereditarij a nobis recepit in reconpensationem omnium premissorum, que nobis et Ecclesie nostre et successoribus nostris facta plena renunciatione absolute et libere potestatiua manv donauit et tradidit proprietatis titulo perpetuo possidenda, que et nobis ab impetitione *Dimvdis sororis sue*, cui similiter ius in eisdem conpetebat, et ab omni aliorum, per quos nobis suboriri possit in futurum impetitio, tamquam auctor eorum, qui uulgo Gwer dicitur, tuebitur bona fide. Et si per aliquos alios heredes uel aliquem alium per iusticiam euicta fuerint, eadem nobis per equiualens conpensabit. Nos etiam eadem sibi promittimus per nos et nostros successores in decimis sibi traditis seruaturos. Adicimus etiam, que siue dictus *Johannes* et *Wilbirgis uxor sua filia Ottonis de Trvna* heredes habent siue non habent, et idem Johanes Wilbirge predicta mortua per aliam heredes habet uel Johane mortuo eadem Wilbirgis per alivm heredes habet, idem heredes prefatam decimam iure hereditarij feodi possidebunt. In cuius rei testimonium presentem litteram nostro et Capituli nostri sigillo fecimus communiri testibus subnotatis, qui sunt hii: *Meingotus Tumprepositus, Magister Ditzo scolasticus, Heinricus de Ramvng, Wernhardus de Morspach, Heinricus de Haidendorf thesaurarius, Vlricus de Styria, Poppo vicedominus, Magister Hertwicus, Otto cantor*, Canonici, *Vlricus de Lonsdorf, Piligrimus de Tannberch, Otto de Truna, Heinricus de Hartheim, Perhtoldus de Haidendorf, Heinricus de Valchenstein, Pernhardus de Trvna, Heinricus de Aiglinge, Heinricus de Ahaim* et alij quam plures. Actum *Patauie* anno domini M.CC.LX. IIII. Idus Januarii, Pontificatus nostri anno Sexto.

Mon. boic. XXIX. II. 146.

CCLXXXII.

1260. 9. Februar. Apud Chamer. — *Heinrich und Wernhard von Schaunberg beurkunden einen durch sie gefällten Schiedspruch zwischen dem Abbte von Michelbeuern und Otto von Wartenberg in Betreff der Vogtei zu Seewalchen.*

In nomine domini amen. Cum humane fragilitatis conditio semper mobilis sit ad instabilitatem, necessarium est et dignum, ut res gestae perpetuo mansurae, ne vitio instabilitatis aut decursu temporis in contradictionem aliquam venire valeant et oblivionem, certis litterarum testimoniis roborentur. Nos igitur H.(einricus) et W.(ernhardus) *fratres de Schomperch* notum fieri volumus, quod durante inter dominum nostrum *Fridericum venerabilem ecclesie in Böwern abbatem* ex una parte et fidelem nostrum *Ottonem de Wartenperch* ex altera parte quadam contentionis materia videlicet super *ecclesia in Seewalchen* et dote eidem ecclesie attinenti, in qua idem Otto advocationis sibi jus et titulum vendicabat, Nos partibus convocatis tale inter eos practicavimus medium, quod idem Otto liti suae cessit immo et iuri, si quod in eadem ecclesia et dote advocationis nomine habuisset, abrenuntiavit ex integro et hoc ad instantiam et petitionem nostram eo, quod nos *Wernhardus junior* Ecclesiam in Böwern, cui predicta ecclesia in Seewalhen attinet, Advocationis debeamus nomine gubernare. Ut autem super facto huiusmodi lis seu altercatio non valeat in posterum suboriri, nos presentem conscribi fecimus Schedulam sigillis nostris et sigillo Ottonis de Wartenberch adhibitis et testibus adnotatis. Hi sunt *Wichardus de pollenheim, Hartnidus dapifer de Schaumperch, Conradus Vurth, Conradus de Attersperch, Ulricus de Chirchperg, Gotfridus de Talgeu, Ulricus de Chamer, Ulricus de Stouve, Conradus plebanus de Schirolvinge* et alii viri idonei et discreti. Actum et Datum apud *Chamer* anno dom. M.CC.LX. in octava purificationis B. Marie Virginis.

Filz, Michelbeuern 788.

CCLXXXIII.

1260. 21. Februar. Passau. — *Otto, Bischof von Passau, vergleicht sich mit Ortolf von Volkenstorf wegen sechshundert Pfund Pfennige.*

Nos *Otto* dei gratia *Ecclesie Patauiensis Episcopus* notum facimus vniuersis, quod, cum *Ortolfo de Volchenstorf* de vniuersis de-

bitis suis tum per redemptionem Castri nostri et possessionum nostrarum in *Ebelsperch,* tum per emptionem uictualium suorum et omnium aliorum, in quibus contra Ecclesiam nostram actionem habuit usque ad sexcentas libras Wiennenses, satisfecissemus in toto, super eisdem sexcentis libris concordauimus in hunc modum, quod pro CC[tis] et L. libris Wiennensibus decimam in *Naerden,* quam nobis absoluere non potuit, habebit nomine pignoris uelut ante et quod C. libras pataurienses pro *Stainchircherio,* in quibus sibi ualorem excrescentem, quod Vorwehsel dicitur, dedimus pro C. libris Wiennensibus, nobis e Ecclesie relaxauit. Qua re adhuc eidem in CC[tis] et L. libris Wiennensibus simus tantummodo obligati. Pro quibus etiam eidem infra festum Inuentionis beati Stephani proximum XXX. librarum Patauiensium tenemur redditus, si possumus, obligare. Quod si facere non poterimus, faciemus omnia, que dilecti fideles nostri *Ulricus de Lonsdorf, Pilgrimus de Tannberch, Heinricus de Hartheim* et *Christanus ciuis Patauiensis* ab utraque parte ad hoc deputati pro dictis CC[tis] et L. libris ac censu decreuerunt faciendum. Quorum si aliquis medio tempore decesserit, quod absit, nos vna cum Or. predicto loco defuncti ad huiusmodi alium statuemus, propter quod predictus Or. omnes fideiussores nostros dimisit modis omnibus absolutos renuncians omnibus instrumentis et priuilegiis, que a nobis uel predecessoribus nostris habuisse super predictis dinoscitur, ita, ut de cetero habeant nil vigoris. In cuius rei testimonium presentem litteram conmuniri sigillo nostro fecimus cum testibus subnotatis. Qui sunt hij: *Meingotus Tumprepositus, Poppo vicedominus, Vlricus de Styra, Magister Leo, Magister Hartwicus, Otto Cantor, Gundacharus de Sauersteten* Canonici Patauienses, *Ulricus et Siboto fratres de Lonsdorf, Waltherus et Pilgrimus de Tannberch, Heinricus de Hartheim, Bertholdus de Haidendorf, Chalhohus et Heinricus fratres de Ualchenstein, Ortolfus de Morspach, Bernhardus de Trvna, Heinricus Judex Patauiensis, Christanus, Vlricus de Fvrt, Werhardus de Ynne* et alij quam plures. Actum *Patavie* anno domini M. CC. LX. X. Kalend. Martij.

Mon. boic. XXIX. II. 150.

CCLXXXIV.

1260. 9. März. Passau. — *Otto, Bischof von Passau, verleihet dem Kloster Lambach die Kirche in Obernkirchen gegen dem, dass die Einkünfte dieser Pfarre zum Besten der kranken Klosterbrüder verwendet werden.*

Otto dei gratia *Ecclesie Patauiensis Episcopus* vniuersis christi fidelibus presentem litteram inspecturis salutem in domino. Sperantes nobis ad eterne felicitatis gaudia peruenire, si per nos personis religiosis et deo deuotis aliqua consolationis beneficia ministrentur, notum facimus vniuersis, quod de consilio et consensu dilectorum in christo Fratrum Capituli nostrj *Ecclesiam in Obernchirchen* vacantem cum vniuersis attinenciis plebanatus eiusdem . . . *abbatj et Conuentui in Lambach*, ad quos ius patronatus ipsius pertinet, donamus et conferimus perpetuo possidendam ita, ut vniuersi prouentus eiusdem Ecclesie, quos receperint, in usus fratrum jnfirmorum tantummodo redigantur et ut nobis vicarium, quem in ipsa locare decreuerint, representent, cui etiam prebendam relinquent adeo competentem, ut nobis et Successoribus nostris, Legatis, Archidyaconis et Decanis possit iura quelibet soluere nec non alia, que ab aliis Fratribus Decanatus ipsius fuerint requisita, uel pro ipso *Lambacensis Ecclesia*, si quominus habuerit, illa soluet et circa peregrinos et pauperes idem vicarius hospitalitatis beneficium, quantum iuxta facultatem suam poterit, exercebit. Et ne super huiusmodj donatione . . Abbatj et Conuentuj supradictis per obliuionem uel calumpniam in posterum generetur dispendium, presentem literam nostro et Capituli nostrj Sigillis communiri fecimus cum Testibus subnotatis, Qui sunt hii: *Meingotus Tumprepositus, Magister Dietzo Scolasticus, Heinricus de Ramunge, wernhardus de Morspach, Heinricus de Heidendorf Thesaurarius, vlricus de Styra, Otto Cantor Archidyaconus Lambacensis, Albertus dictus judeus Capellanus, Albertus Notarius, vlricus de Lonstorf, Siboto frater suus, Heinricus de Hartheim, Berhtoldus de Heidendorf* et alij quam plures. Actum *Patauie* Anno dominj M°CC.LX VII. Idus Martij, Pontificatus nostrj Anno septimo.

Orig. auf Perg. mit zwei hängenden Siegeln. Stiftsarchiv Lambach.

CCLXXXV.

1260. 25. April. — *Gerlous, Propst von Reichersberg, beurkundet, dass, als der edle Wernher von Perchagme dem Kloster Reichersberg den Hof an dem Aigen in Taufkirchen vermacht hatte, er dem vorigen Besitzer Kaloh von St. Georgen sechzig Pfennige schuldig geblieben sei, welche das Kloster Reichersberg entrichtet und dafür die Entsagung seiner Ansprüche erhalten habe.*

Gerelous dei gratia *Prepositus de Richersperge* Notum facimus, quod quidam homo Nobilis *dictus Wernherus De Perchagme* in extremis laboraret (sic : i . e. omisso cum) ob Remedium anime sue tradidit ad altare Sancti Michahelis predium dictum *an dem aigen* situm *Taufkyrchen* et pro dimidia huba estimatum, soluens annis singulis pro pensione denarios LXXX. Post obitum autem *wernheri* veniens ad nos quidam *Kalohus de sancto Georio,* a quo idem predivm pro VI. talentis in ius proprietatis conparat (sic) dixit sibi . . . dum (nondum?) soluisse LX. denarios in predio memorato, quos cum domnus *Petrvs cellerarius* iam dicto *Kalhoho* obtulisset, renuntiauit et ipse coram testibus subscriptis omni iuri, quod habere dinoscebatur, libere et absolute tradens per manus . . . per *heinricvm filivm videlicet Chvnradi de tobel* sine aduocationis titulo ad omnimodam proprietatem. Huius Rei testes sunt . . . *to scriba de Obernperge, H. de Ayglinge, H. de Aheim, Gebhart de Swent, hilprandus de Asenheim, O. de Dræchselheim* et filius suus, *H. de Mvlheim, Engelschalcus iudex, Swikerus villicus, Ch. de Revel* et . . . . *villicus de tobel, H. . . . . chen, chunradus vriheimer, ch. Molendinator.* Actum anno domini M. CC. LX. in die Marci ewangeliste.

Aus einem gleichzeitigen Codex im Stiftsarchive Reichersberg.

CCLXXXVI.

1260. 28. Mai. — *Wok von Rosenberg bittet den Abbt und das Capitel zu Citeaux, seine Stiftung (Hohenfurt) dem Orden einzuverleiben.*

Reuerendo in Christo patri et domino . . . *abbati Cysterciensi* totique conuentui ordinis eiusdem *W. de Rosenberch Marscalcus Boemie* sinceram et paratam ad obsequia uoluntatem. Habentes in desiderio pro nostra nostrorumque progenitorum et successorum salute et remedio animarum abbatiam uestri ordinis construere et fun-

dare, discretioni uestre significamus, quod inuocata sancti spiritus gratia presente venerabili abbate et quibusdam fratribus *de ylaria* de consensu et expressa uoluntate coniugis nostre et aliorum amicorum nostrorum ad hoc locum distinximus satis aptum uolentes eum predicto abbati de *ylaria* et eius ecclesie tanquam matri filiam in perpetuum obedire; dotauimus etiam locum supradictum redditibus sexaginta talenta plene persoluentibus annuatim addentes duas uineas cum piscationibus, pascuis et nemoribus spatiosis in proposito tenentes de die in diem pro nostra possibilitate eosdem redditus augmentare. Quare deuotionem uestram petimus studiose, quatenus antedictum locum uestro ordini incorporare dignemini propter deum.

Orig. auf Perg. mit einem zerbröckelten Siegel im Stiftsarchive Wilhering. Stülz, Wihering 530.

CCLXXXVII.

1260. 16. August. Passau. — *Otto, Bischof von Passau, erlaubt, dass Leutold Pruschink der Kirche Wilhering einen von seinem Bisthume zu Lehen gehenden Zehent zu Edramsperg übergeben dürfe.*

Nos *Otto* dei gratia *ecclesie Patauiensis Episcopus* Notum facimus uniuersis, quod ad petitionem fidelis nostri *Leutoldi Pruschinch* et propter deum principaliter decimam vnius Curie *in Edramsperge* site sub monte, quam idem *Leutoldus* ab *Ottone de Trvna* et *Otto de Trvna* a nobis in feudo habuit, ad utriusque resignationem *Ecclesie* sancte Marie *in Wilhering* dedimus perpetuo possidendam, ita quod predictus *Leutoldus* quoddam predium suum in *Chirchsteten* Ecclesie nostre pro dicta decima dedit in proprium, quod annuatim medium talentum denariorum persoluit, quod et nos predicto *Ottoni* uersa uice contulimus et *Leutoldus* illud ab ipso recepit titulo feudali. In cuius rei testimonium presentem litteram nostro et Capituli nostri sigillis communiri fecimus cum testibus subnotatis, qui sunt hi: *Meingotus tumprepositus*, *Poppo decanus*, *Heinricus de Haidendorf thesaurarius*, *Irenfridus decanus Chremsensis*, *Magister Hertwicus*, *Otto cantor canonici Patauienses*, *Vlricus de Lonsdorf* et *Siboto frater suus*, *Chunradus* et *Heinricus fratres de Hartheim*, *Bertholdus de Heidendorf*, *Pilgrimus de Tannberch* et alii quam plures. Datum *Patauie* anno domini Millesimo CC.LX. decimo septimo Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno septimo.

Orig. auf Perg., die Siegel abgefallen. Stiftsarchiv Wilhering. — Stülz, Wilhering 530.

CCLXXXVIII.

1260. — *Otto, Abbt zu Lambach, bestellt Gebhart zum Vicar der Pfarre Obernkirchen gegen einen an das Klosterspital zu entrichtenden jährlichen Dienst.*

Qvia hominum memoria labilis esse noscitur et caduca, Nos *Wernhardus* dei gratia *Lambacensis Abbas* vnamini conventus nostri vsi consilio dominum *Gebhardum sacerdotem in ecclesia nostra Obernchirchen* pro vicario perpetuo collocamus conditionibus talibus observandis, vt in festo Sancti Martini talentum, in Natiuitate domini duo, in Purificatione duo annis singulis pro censv in vsus fratrum persoluere debeat infirmorum. Volumus etiam, ut isdem noster vicarius a cohabitationibus manifestis svum abstrahat animum penitus et refrenet et liberalitatis et hospitalitatis modum debeat observare, secundum quod sue fverit facultatis. Vt autem hec nostra collatio non possit infirmitatis rvbigine deformari, hvic scripto nostra svnt appensa sigilla ad indicium ueritatis. Acta sunt hec Anno dominj M° CC° LX°

Orig. auf Perg. mit zwei Doppelsiegeln. Stiftsarchiv Lambach.

CCLXXXIX.

Circa 1260. — *Wok von Rosenberg überlässt der Kirche Passau für eine noch von seinem Vater Witigo schuldige Kaufsumme von 55 Mark Silber mehrere Besitzungen.*

Item notandum, quod predictus W. de *Rosenberch* dictas villas dedit Ecclesie pro LV. marcis argenti, in quibus ei tenebatur pro iudicio in possessionibus vltra *Mvhlam* apud patrem suum dominum *Witigonem* conparatis, iuxta quod in priorj continetur plenius instrumento. Sunt autem hee possessiones: In *Percheim* duo Mansus, qui sunt vrbor, Curia villicalis In *lantshabe,* que est vrbor, Due Curie In *Winsteige,* que sunt Vrbor, Item aput *Wernhardum an der Leiten* I. Beneficium, quod est vrbor, Item In *hartmantstorph* IIII^or^ beneficia infeodata, Item In *welharn* II. beneficia, que sunt vrbor, Item jn *Grepelshove* I. beneficium infeodatum, In *loh* V. beneficia infeodata, In der *owwe* curia infeodata, In *pruk* Molendinum, quod est vrbor, Item ad *Eberwinum In Campo* I. beneficium infeodatum, Item jn *prantsteten* I. beneficium infeodatum, Item in *awerperge* III. beneficia infeodata, Item ad *Rudigerum an der leiten* I. beneficium

infeodatum, *In der Owwe* I. beneficium infeodatum, In *hochenperge* IIII. beneficia infeodata, In *Schoenperge* I. Curia et IIII. beneficia infeodata, In *Marchpach* III. beneficia infeodata.

Mon. boic. XXIX. II. 220.

CCXC.

Circa 1260. — *Ulrich, Abbt von Garsten, verleihet einem gewissen Heinrich einen Grund am Leichberg zu Burgrecht.*

Nos *vdalricus* dei gratia Abbas *Gerstensis* de bona uoluntate Capituli nostri concessimus *Henrico* aream in *leichperge* eo iure, quod wlgo dicitur Pvrchreht, ad censum decem denariorum tali uidelicet pacto, quod nec ipse nec filii sui ipsam aream ab ecclesia Gerstensi debeant aliquando alienare, nisi fiat de licencia domni Abbatis et capituli.

Orig. auf Perg. — früher zu Garsten — mit einem hängenden zerbrochenen Siegelreste von gelbem Wachse.

CCXCI.

Circa 1260. — *Sighard Piber schenkt dem Kloster Wilhering 47 Pfund Pfenninge zum Seelgeräth.*

Quum more fluentis aque labimur vniuersi, Hinc est, quod ego *Syghardus dictus Piber* notum fieri cupio tam presentibus quam futuris, duas curias vnam in *hoflin*, Alteram in *zeueratingin* sitas, quas michi *Heinricus de salhinberc* pro XLVII. talentis obligauit, me cum dicta pecunia *sancte Marie in Wilhering* et fratribus deo famulantibus ibidem de consensu vxoris mee et liberorum meorum liberaliter contulisse ob anime mee salutem perpetuam conparandam tali condicione, vt si memoratas curias trahere in meos vsus quiuero per reconpensacionem, quam idem *de Salhinberc* requisiuit, eas *domus in Wilheringin* libere possideat et quiete. Si sepe dictas curias penitus absoluere non valuero, pecuniam XLVII. librarum Wiennensis monete per collacionem meam ad *domum in Wilheringin* pro conparacione alterius possessionis cognoscatur absolute et libere pertinere (fehlt ein Wort), ut post obitum meum et vxoris mee de pecunia predicta conuentui singulis annis plenum seruicium in pane albo, vino et piscibus persoluatur in anniuersario vtrivsque. Ne igitur aliqua conuentui in *Wilheringi* super memorata donacione oriatur

questio, presentem scedulam conscriptam sigilli nostri ei feci munimine roborari cum testibus subnotatis: *Wernhardo de Schauwinberc, Wernhardo de Bossibach, Friderico de Beira, Sighardo Gnus, Heinrico de schalinberc, Liutoldo Breusinch, Hertnido Dapifero de schauwinberc* et aliis multis.

Orig. auf Perg., Siegel abgefallen. Stiftsarchiv Wilhering.

CCXCII.

Circa 1260. — *Sighard der Piber schenkt dem Kloster Wilhering den Hof zu Au zum Seelgeräth.*

Ne gestarum rerum obliuio tollat memoriam, solent facta hominum imperpetuum duratura et maxime, que ad salutem respiciunt animarum, voce testium et scripturarum apicibus roborari. Ego igitur *Sighardus dictus Castor* ad noticiam tam presentium quam futurorum peruenire cupio, quod, cum adhuc vxore ac liberis carerem, conpunctus et contritus, sanus et incolomis veni personaliter in *Wilhering*, dedi et contuli ecclesie beate Marie virginis ibidem ponendo manum meam super altare ipsius gloriose virginis Marie predium meum, quod vulgariter dicitur *in der Owe*, titulo proprietatis absolute et liberaliter et eternaliter possidendum. Sed quoniam diminute sunt ueritates a filiis hominum querencium per calumpniam aliena, ideo ad ampliorem certitudinem obligaui dictum predium supradicte ecclesie ac fratribus in *Wilhering*, ne aliquis inposterum heredum uel amicorum meorum inpetere possit, pro viginti libris, vt de redditibus eiusdem predii in die Assumpcionis gloriose virginis Marie conuentui seruiatur, ut pro hoc anime mee ac predecessorum meorum sint memores defunctorum. Vt autem hec tam sollempnis donacio et delegacio nulla valeat in posterum calumpnia perturbari, presens scriptum sepedictis fratribus dedi sigilli mei et sigillis fratrum meorum munimine roboratum. Sunt huius donacionis testes *Wernhardus de Ruspach, Wolfelinus de Hartheim, Hertnidus dapifer de Schônberch, Chunradus de furt, Ditricus et Ludwicus dicti Schyuer.*

Orig. auf Perg., die fünf Siegel abgefallen. Stiftsarchiv Wilhering.

CCXCIII.

Circa 1260. — *Propst und Convent zu Reichersberg beurkunden, dass Wernhart von Dráchselheim und dessen Verwandte den Hof zu Geismoltsheim an das Kloster Lambach und den Hof im Erlach an Rüdiger Gaulo verkauft und ihren Ansprüchen darauf öffentlich entsagt haben.*

Nouerint vniuersi presentem cedulam inspecturi, quod *wernhardus de Dræhselheim* cum consensu et bona uoluntate matris sue *tute* et sororis sue *Jutte* cum heredibus eius et sororum suarum *Gredrudis* (sic), *perhte, Salomee* cum heredibus ipsarum dedit vnam curiam in *Geismoltsheim* titulo vendicionis venerabili *Abbati W. et conuentui Lambacensi* pro quadraginta libris wiennensis monete iure proprietario possidendam, mater uero predicti *wernhardi* et sorores prenotate cum heredibus suis abrenunciauerunt dicte possessioni, ipse etiam *wernhardus* coram nobis *G. preposito in Richersperg* et conuentui (sic) nostro similiter abrenunciauit, qui etiam huic possessioni curie videlicet in *Erlæch*, quam titulo vendicionis *Rudgero Gauloni* dedit pro quadraginta libris patauiensis monete. vna cum matre et sororibus publice abrenunciauit. Nos uero *G. prepositus et conuentus in Richersperg* super ipsa abrenunciacione cunctis in testimonium presentem cedulam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Sunt uero huius rei testes *Hugo de Sauersteten, Heinricus et Manegoldus fratres de Aheim, Heinricus de Aigling, Leutoldus de Aigling, Grifo et Otto fratres de Albrehtsheim, Chunradus de Mulheim, Heinricus filius eiusdem, Chunradus de Geinperg, Chunradus de Dræhselheim, Engelschalcus judex, Chunradus pôltenær, Chûnradus spiser, Albertus frater eiusdem* et alii quam plures; hii uero testes prenotati adhibiti sunt curie in *Erlæh;* subnotati uero sunt adhibendi curie in *Geismoltsheim: Otto de pavrawe et fridericus frater eius, Dietmarus de volspach. Heinricus cocus, Chunradus frater suus, Chunradus de Nitharting et duo filii sui, Rudolfus de Chustelwanch, Heinricus de Alzing. Siboto de Samating, Otto frater suus, Heinricus, Albero, Herbordus, Caupo, Engelbertus Judex, Chunradus de Aistersheim, Dietmarus, Heinricus* et alii quam plures.

Orig. auf Perg., das Siegel abgerissen. Stiftsarchiv Lambach.

CCXCIV.

1261. 25. Februar. Apud Ebilsperch. — *Ulrich von Lonstorf gibt nach St. Florian ein Gut in Wampach, ein Gut zu Zeiochant und einen Antheil an dem Gut zu Wirschaftberg unter der Ens zu einem ewigen Lichte und Jahrtage.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego *Vlricus de lonstorf* domino *Arnoldo preposito* et *Magistro Chunrado Canonico et plebano domus S. Floriani* et *vxore mea Richza* mediantibus contuli diete Ecclesie quoddam predium situm in *wenpach*, quod dictitur *dazem flekche*, de quo annuatim persolui XXX. denarios Ecclesie memorate, sed post mortem meam eidem soruire (sic) debebat pleno iure, ita tamen, quod de ipsius redditibus altari beate virginis ibidem debeat die noctuque de lumine prouideri. Item contuli eidem Ecclesie quoddam predium, quod dicitur *Zeiochant*, cum silua, campis et pratis et omnibus aliis eius pertinentiis, quod disposui Colono ad pensionem annuam XII. solidorum, ita quod de eadem pensione sit in potestate prepositi fratrum suorum usibus conmunibus, sicut expedire uiderit (sic), prouidere. Item ad Infirmariam eiusdem Ecclesie contuli terciam partem, que me contingit, cuiusdam predii siti *trans anasum*, quod dicitur *wirschaftperge*, de quo medium talentum in partem meam cedit, ita quod in anniuersario meo fratribus Ecclesie detur seruitium, prout fuerit oportunum, sed et quilibet sacerdos eodem die pro salute animarum mee videlicet et *patris mei H.* et *vxoris mee R.* tenebitur dicere messam vnam. Acta sunt apud *Ebilsperch* anno domini M° CC° LXI. sequenti die post festum Mathye apostoli. In cuius rei testimonium presens scriptum feci appensorum sigillorum munimine consignari.

Orig. auf Perg., mit drei Siegeln. Stiftsarchiv St. Florian.

CCXCV.

1261. 4. März. Ebelsperch. — *Arnold und Siboto von Lonstorf genehmigen das Vermächtniss, welches ihr Bruder Ulrich mit seinen Gütern bei Jochand an das Kloster St. Florian gemacht hat.*

Nos *Arnoldus et Syboto fratres de Lonstorf* notum facimus vniuersis, quod pro remedio animarum nostrarum et progenitorum nostrorum testamentum, quod fecit *frater noster Vlricus de Lonstorf* de *huba ad Jochandum sita super ypffam*, quam *Ecclesie sancti*

floriani legauit in vltima voluntate, gratum et ratum habemus per omnia, et cum sigillo venerabilis domini nostri Episcopi Patauiensis presentem literam in testimonium fecimus communiri. Actum in *Ebelsperch* anno domini M° CC° LXI. IIII° Nonas Marcii.

Aus einem Codex Sæc. XV. im Stiftsarchive St. Florian.

CCXCVI.

1261. 10. Juni. Passau. — *Otto, Bischof von Passau, erklärt in Folge einer gerichtlichen Verhandlung Ranshofen mit seiner Pfarre von der Jurisdiction des Archidiakons ausgenommen.*

Nos *Otto* dei gratia *Ecclesie Patauiensis Episcopus* notum facimus vniuersis, quod, cum dilectus in christo frater *Heinricus de Haidendorf Canonicus et Thesaurarius Ecclesie nostre*, *Archidyaconus Maticensis* venerabili *Preposito et conuentui de Ranshouen* questionem moueret super iure Archidyaconali, quod se in dicto conuentv et capellis eiusdem habere asseruit, preposito et conuentv contrarium asserentibus et dicentibus ab huiusmodi iure penitus se exemptos, uocauimus partes ad nostram presentiam cupientes inuenire in premissis noticiam ueritatis, quibus in nostra presentia die prefixo constitutis et ab archidyacono predicto super iure archidyaconatus sui multis allegationibus hinc inde propositis predictus Prepositus de plano et sine strepitu iudicii exemptionis sue litteras non cancellatas, non uiciatas nec in aliqua parte sui abolitas, saluis sigillis nobis et fratribus Capituli nostri, qui presentes aderant, exhibuit, quarum etiam tenorem presentibus inseri fecimus per omnia in hec uerba: *Innocentius Episcopus seruus seruorum dei* Dilectis filiis *Preposito et fratribus Ranshovensis Ecclesie* salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et uota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente conplere. Ea propter dilecti in domino filii uestris multis postulationibus grato concurrentes assensu felicis recordationis *Celestini pape* predecessoris nostri uestigiis inherentes presentium auctoritate statuimus, ut is, qui in *Ranshovensi Ecclesia* locum regiminis obtinet, curam plebis ad eandem Ecclesiam pertinentis exerceat, ut uidelicet nullus in tota illa parrochia preter Archiepiscopum et Dyocesanum Episcopum et eundem Prepositum aliquid debeat ordinare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre paginam constitutionis infringere uel ausu temerario contraire.

Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Laterani* VI. Kalendas Junii, Pontificatus nostri anno quinto. — Item litteras domini *Manegoldi Episcopi.* In nomine — (folgt die Urkunde vom 11. Jänner 1212 im II. Bd., p. 533, Nr. 374). Item litteras judicum sedis apostolice. In nomine domini. Ego *Heinricus abbas de Prů̊l* et ego *Gervngus prepositus de Osterhoven* et ego *Rudpertus Ratisbonensis ecclesie Scolasticus* ex delegatione sedis apostolice de causa, que uertitur inter *Prepositum de Ranshoven* ex vna parte et *Chunradum Archidyaconum Pataviensem* ex altera super archidyaconali iurisdictione in parrochia dicte prepositure exercenda uel non, cognoscentes, sicut potuimus, ueritatem perscrvtati sumus. Et quia dictus Archidyaconus peremptorie a nobis citatus nec uenit nec cause sue defensorem misit, priuilegium sedis apostolice, quo dictus prepositus ecclesiam suam munitam esse dicebat, legentes inuenimus in eo contineri, quod nullus in parrochia sepe dicte prepositure iurisditionem aliquam debeat exercere preter archiepiscopum et dyocesanum episcopum et eiusdem loci prepositum, vnde manifeste apparet, quod archidyaconus sit exclusus. Quam ob rem auctoritate, qua fungimur, sententiantes prepossituram *Ranshovensem* et totam eius parrochiam ab impetitione dicti archidyaconi absoluimus et ab omni archidyaconali iurisditione iuxta intentionem et concessionem factam a *Celestino papa* eam cum Capellis in priuilegio denominatis exemptam esse iudicantes statuimus, ne uel ipse uel aliquis successorum suorum archidyaconorum contra tenorem illius priuilegii aliquam in territorio *Ranshovensis* prepositure et eius parrochia cum capellis in priuilegio denominatis archidyaconalem iurisditionem debeat exercere. Datum *Ratisbone* in maiori ecclesia sancti Petri anno incarnationis domini M. CC. XI. Idus Nouembris. — His igitur perlectis omnibus et discussis, quia Ecclesiarum iuribus derogare non intendimus ullo modo, vnacum predicto archidyacono de consilio et uoluntate Capituli nostri *Conuentui* predicto in *Ranshoven* et *preposito* recognouimus iuxta tenorem priuilegiorum omnia supra dicta et auctoritate nostra defectum, si quis in illis esset forsitan, supplemus taliter per presentes ita, ut ab omni iurisditione archidyaconi de cetero sint exempta. Et ne in posterum grauentur ab archidyacono quocunque, qui pro tempore fuerit, in premissis, presentes litteras in testimonium et confirmationem exemptionis pre-

dicte sigillo nostro et Capituli nostri mvnitas ipsis dedimus cum testibus subnotatis, qui sunt hii: *Boppo Decanus Pataviensis, Magister Leo Decanus Ratisbonensis, Albero comes de Rotenekke, Heinricus de Heidendorf archidyaconus Maticensis, Magister Hertwicus, Otto Cantor Canonici, frater Heinricus de Merswanch domus Theothonice, Heinricus de Hartheim, Berhtoldus de Haidendorf, Pilgrimus et Waltherus de Tannberch* et alii plures. — Actum *Patauie* Anno domini M° CC° LXI° IIII. Idus Junii, Pontificatus nostri Anno Octauo.

Orig. auf Perg., mit zwei Siegeln. K. baierisches Reichsarchiv.

CCXCVII.

1261. 27. Juni. St. Florian. — *Otto von Steyr entsagt zu Gunsten des Klosters St. Florian allen seinen Ansprüchen an einen Hof zu Hargelsberg und der Mühle Ketenaffen (in der Pfarre St. Florian).*

Ego *Otto de Stiria* peruenire cupio ad noticiam posterorum, quod ad preces venerabilis domini *Arnoldi prepositi et conuentus domus sancti floriani* omni iuri, quod in curia sita iuxta *Hedegersperge* et molendino, quod dicitur *Chetenaffen*, habui iure tytuli feodalis renunciaui liberaliter ad manus domini *Arnoldi prepositi* memorati. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi feci et domini *H. abbatis de Seitanstetin* sigillo cum subscriptis testibus et eciam proprii sigilli munimine consignari. Acta sunt hec *in domo sancti floriani* Anno domini M.CC.LXI° V. Kalendas Julii. *Arnoldus prepositus, Heinricus decanus, Chunradus Plebanus, Vlricus de Styria, Albertus Wolfstein miles, Fridericus Prukkeslegel, Engelschalcus, Chunradus de Hofsteten, Chunradus Gailspek, Vlrich der Paiger, Dietmar phuntan* et alii quam plures.

Aus einem Pergament-Codex im Stiftsarchive zu St. Florian, geschrieben um 1300.

CCXCVIII.

1261. 31. August. Passau. — *Vertrag zwischen dem Bischofe Otto von Passau und Ulrich von Hartheim wegen eines Hofes zu Hartheim.*

Nos *Otto* dei gratia Ecclesie *Patauiensis Episcopus* notum facimus, quod, cum *Hadmarus de Lichtenwerde* Curiam in *Hartheim*, que sibi obligata fuerat, nobis dimisisset penitus absolutam et nos de

eadem moueremus *Vlrico de Hartheim*, qui eam sibi a predicto H. obligatam pro XXV. Marchis asseruit, questionem, Idem Vlricus nobiscum concordauit super predicto negotio in hanc formam, quod ipse pure et simpliciter cessit obligationi, quam habere se dixit in dicta Curia, et nos illam sibi de consilio fidelium nostrorum dimisimus tantum ad tempora uite sue ita, ut nec eam vendere, obligare nec infeudare aut alienare possit aliquo modo, sed ut ad nos et Ecclesiam nostram post obitum ipsius que in illa fuerint et Colono, qui ibidem residet, quem nobis et Ecclesie nostre dedit, libere reuertatur. Et si infra festum Pentecostes proximum non locauerit in predicta Curia edificia Coloni debita et consueta et alias vniuersa predicte Curie attinentia non reduxerit ad eandem, extunc uacabit nobis modis omnibus Curia supradicta. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro fecimus conmunirj cum testibus subnotatis. Qui sunt Hij: *Waltherus de Tannberch*, *Siboto de Lonstorph*, *Heinricus de Hartheim*, *Bertholdus de Haidendorf* et alij plures. Actum *pataue* anno domini M. CC. LXI. Pridie Kalendas Septembris.

Mon. boic. XXIX. II. 178.

CCXCIX.

1261. 20. November. Garsten. *Otto, Bischof von Passau, vermittelt in Verbindung mit mehreren Äbbten die Streitigkeiten zwischen dem Abbte und dem Convente zu Garsten.*

Nos *Otto* dei gratia Ecclesie *Patauiensis Episcopus* notum facimus vniuersis has litteras inspecturis, quod ad *Ecclesiam Gerstensem* cum dilectis in Christo fratribus *Or. Medlicensi, Ph. Schotorum sancte Marie de Wienna*, *R. de Sittansteten*, *Vl. de Altenburch*, *Fr. de Gleunch* Abbatibus ordinis sancti Benedictj, . . . de *Paumgartenperg* Abbate ordinis Cysterciensis, fratre *Johanne* ordinis predicatorum de *Chrems*, *M. Tumpreposito*, *Wer. de Morspach et magistro Hert. Scolastico Patauiensi* super reformatione status eiusdem Ecclesie, qui inter *abbatem dominum Vlricum* et conuentum erat multipliciter perturbatus, personaliter venientes post multa, que hinc inde fuerunt coram nobis a partibus proposita, induximus abbatem et Conuentum, quod se gratie nostre super omni causa sua pie et simpliciter sine omni condicione voluntarie submiserunt, promittendo ad manus nostras vice sacramenti firmiter et sincere, ut ratum tenerent per omnia et seruarent, quicquid inter ipsos de consilio pre-

dictorum prelatorum duceremus iuxta sancti Benedicti Regulam ordinandum. Quapropter sicut nostra interest finem inponere litibus cupientes recipimus in scriptis articulos vniuersos a partibus, quos ad inuicem proponere habuerint, et super eisdem cum predictis prelatis habito consilio diligenti rogauimus fratres predicti Conuentus et eos induximus cum effectu, ut abbatj suo predicto debitam obedientiam et reuerentiam exhiberent, in quo per dei gratiam nostris precibus annuentes eidem abbatj debitam obedientiam promiserunt singillatim ad manus ipsius et reuerentiam tamquam patri et ab utraque parte remittentes ex corde, quicquid inter se habuerunt odij uel questionis, in pacis osculo se pro maiori concordia adinuicem receperunt. Vnde in uirtute sancte obedientie abbatj mandauimus et rogauimus efficaciter et attente, ut ipsos fratres Karitatiue pertractet de cetero et benigne, ad quod etiam se fide data firmiter obligauit. Et ut ab ipsis tollatur in futurum omnis materia questionis, de predictorum prelatorum consilio sic duximus statuendum, ut abbas in victu et vestitu de consilio Prioris, *Gerungi quondam Abbatis*, *Ottonis Graeselinj* et *Cherspergarij* prouideat fratribus, iuxta quod in animas suas facultates Ecclesie sufficere dixerint in premissis, de quorum de cetero et consilio et scientia tractabit ardua Ecclesie negotia vniuersa. Preterea sigillum Conuentus sub clausura trium clauilium statuimus fideliter obseruandum, quarum vnam aput abbatem, alteram aput Priorem, terciam aput vnum de fratribus volumus remanere, et nullas litteras cum eodem nisi de predictorum trium consensu et consilio sigillarj. His igitur omnibus publicatis sollempniter in communj et sepedictorum prelatorum consensu et voluntate per singulos requisito, cum de ipsorum consilio tractata fuerint omnia supradicta, sicut coram nobis interrogati dixerunt singuli clara voce predictam formam tam ab abbate quam a toto Conuentu mandamus et precipimus de cetero firmiter obseruarj, innodantes exnunc excommunicationis uinculo In nomine patris et filii et spiritus sancti omnes et singulos, per quos predicta forma concordie fuerit aliquomodo violata. In cuius rej testimonium presentes litteras conscribi de consilio et voluntate predictorum Prelatorum fecimus et nostro ac ipsorum Sigillis necnon et canonicorum presentium mandavimus communirj. Actum in *Gersten* Anno dominj M. CC. LXI. XII. Kalendas Decembris.

Mon. boic. XXIX. II. 432.

CCC.

1261. — *Die Brüder und Schwestern von Lanzenberg schenken an das Kloster St. Florian die drei Töchter Hermann's von Hofkirchen.*

Ne res, que geruntur in tempore, deficiant cum tempore pariter et labantur, uoce testium solent et litterarum testimonio perhennari Quapropter nos *Fridericus*, *Richerus*, *Sifridus*, *Chunradus fratres de Lantzenperge* vnacum sororibus nostris videlicet *Geisla*, *Elysabeth*, *Sophya* transmittimus ad noticiam presencium et futurorum, quod nos intuitu diuine remuneracionis tres personas, videlicet *Geisilam, Perhtam, Alhaidem, filias Hermanni de Hofchirchen* unanimi consensu manumittentes, ipsas legauimus super altare *sancti Floriani* ad censum duorum denariorum annuatim persoluendum sub testimonio testium subscriptorum: *Fridericus de walde miles senior*, *Warmunt de Weizzenperch*, *Otto de Grillenperge*, *Heinricus de Hage*, *Chunrat de Hofstet*, *Heinricus et Livpoldus villicus de Winklarn*, *Walther de Mvlspach*, *Chunradus de Gruebe*, *Hermannus et Altmannus de Gruebe*, *Wolfram de Lantzenperg*, *Meingodus de Chnvzenperge*, *Chunradus de Revt*, *Reibein de phapphenhoven*, *Vlricus de Hage*. In cuius rei testimonium presentem paginam scribi procurauimus et sigillorum venerabilis domini *Arnoldi prepositi* dicte Ecclesie et domini *Heinrici de Hage scribe Anasi* munimine roborari. Actum anno domini M° CC. LXI°

Aus einem Pergament-Codex des Stiftes St. Florian, geschrieben um 1300.

CCCI.

1261. Garsten. — *Gundacker von Starhemberg stiftet zur Grabstätte seiner Voreltern zu Garsten neun Mansen am Kürnberge.*

Ego *Gvndacharvs de Storchenberch* presentibus litteris cupio fieri manifestum, quod, cum essem in Gerstensi ecclesia constitutus, et memor fuissem sepulture parentum meorum, que ibidem sollempnis habetur, ductus ex cordis intimo zelo dej totum predium meum, scilicet *nouem mansos virorum in Chvrnperch* sitorum deputaui et tradidi dicto *Garstensi Monasterio* et fratribus ibidem deo seruientibus pleno iure in usum perpetuum et liberum duraturos ob remedium anime mee ac omnium parentum meorum viuorum pariter ac defunctorum. Vt autem dicta traditio per nullum de meis heredibus contra-

dici valeat aut aliquatenus irritari, presentem litteram sigillo meo proprio communitam dicto Monasterio dedi liberaliter ad cautelam. Testes autem huius traditionis sunt *Helmhardus miles meus, Vlricus de tenne, Walchvnus, Marquardus et perhtoldus fratres dicti privhaven, Duringus Schecho, Hervvicus de Chrotendorf, Vlricus de Tvrsendorf, Ortolfus de Chersperch, Engilmarus officialis, Heinricus ppha* (propheta?), *Heinricus dotarius* et alij quam plures. Acta sunt hec *in Gerstensi monasterio* anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo sub venerabilj abbate *Vlrico.*

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Garsten. — Ludewig, Reliq. IV. 232. — Leupold, allgemeines Adelsarchiv der österreichischen Monarchie 629.

CCCII.

Circa 1262. 7. Februar. Wien. — *König Otackar trägt seinen Amtleuten auf, das Kloster Mondsee in Einhebung der bei Ischl ihm geschenkten Einkünfte nicht zu hindern.*

Ottocarus Dei gratia Bohemiæ Rex, Dux Austriæ, Styriæ et Carinthiæ, Marchio Moraviæ, Dominus Carniolæ, Marchiæ et Goritiæ . . . universis Judicibus et officialibus, qui pro tempore fuerint in *Ischelen provincia*, gratiam suam et omne bonum. Cum æternæ retributionis intuitu Monasterio in *Mænse* duorum talentorum redditus de nostro prædio in *Isselen* contulerimus de munificentia regia libere possidendos cumque per malitiam Judicum Procuratores ejusdem Monasterii impediantur contra Justitiam in recipiendis redditibus antedictis, damus vobis firmius in mandatis nostræ gratiæ sub obtentu, ne quis vestrum in antedicta donatione ipsi Monasterio liberaliter per nos facta præfatos procuratores præsumat vel audeat aliquatenus impedire, sed permittat eosdem recipere seu colligere integraliter redditus memoratos. Si quis vero huic mandato nostro præsumpserit contraire, is se gravem indignationis nostræ offensam noverit incursurum. Datum *Wiennæ* VII. Idus Februarii.

Chronic. Lunælac. 154.

CCCIII.

1262. 10. April. Ebelsperch. — *Otto, Bischof von Passau, verleihet dem Bürger Dietlin von Eferding alles Eigen und Burgrecht, welches dieser dem Richter zu Passau abgekauft, zu Burgrecht.*

Nos *Otto* dei gratia Ecclesie *Patauiensis Episcopus* Notum facimus vniuersis, quod, cum *Dietlinus Ciuis noster de Everdinge*

aput *Hainricum dictum Hvetsmundum Judicem nostrum Patauiensem* de consensu et voluntate vxoris sue *Reize* et omnium heredum ipsorum omnem proprietatem omnemque feudum et Purchrecht, quod Idem Judex ex socero suo*Marquardo dicto Chaine* habebat in *Everdinge*, et pratis et agris adiacentibus conparasset, idem Dietlinus predictam proprietatem dedit Ecclesie nostre tali pacto, quod nos eidem et heredibus suis et omni sue posteritatj tam proprietatem et Purchrecht ac totum, quod aput predictum Judicem conparauit, dedimus iure Ciuili, quod purchrecht vulgo predicitur, perpetuo possidendum, ut nobis de predictis ratione iuris, quod purchrecht dicitur, medium talentum in Epiphania domini annis singulis persoluatur, ita tamen, ut hij, qui ex sua posteritate ab Ecclesia per matrimonium recesserint, nichil iuris habeant in predictis et illis remaneant, qui tunc conoscantur ad Ecclesiam pertinere. Si uero predictus Dietlinus uel aliquis de successione ipsius quidquam uoluerit uendere de predictis, nobis uel successori nostro offeret illud primo, nec alicui nec Ciuibus nostris in Everdinge, qui ad Ecclesiam inmediate pertineant et per manum nostram uel successoris nostri quidquam uendere poterit predictorum. In cuius rei Testimonium presentes litteras sigillo nostro sibi dedimus communitas cum Testibus subnotatis. Qui sunt hij: *W. de Perchtoldestorf vicedominus, Siboto de Lonstorf, Chunradus de Harthaim, Vlricus de Hartheim, Frater Hainricus de Merswanch, Otto Judex de Euerdinge dictus francho, Marquardus dictus Stvma, Engelschalcus* et alij quam plures. Actum jn *Ebelsperch* Anno domini M.CC.LXII. IIII. Idus aprilis, Pontificatus nostri anno VIIII.

Mon. boic. XXIX. II. 181.

CCCIV.

1262. 23. April. — *Revers des Propstes Gerolt und des Conventes zu Reichersberg, das Seelgeräth Hugo's von Saverstetten erfüllen zu wollen.*

Geroldus miseracione divina *Prepositus Ecclesie inRichersperg* una cum Conventu eiusdem loci omnibus presentem literam inspecturis oraciones in Domino Jhesu Christo. Vt ea, que sub tempore geruntur, non simul cum temporibus, ut plerumque accidere solet, dilabantur, debemus illa, que perhennari cupimus, literarum muniminibus stabilire. Hinc pateat universis, quod Dominus *Hugo de Sauersteten ministerialis Pataviens. Ecclesie* quasdam possessiones Ecclesie nostre tradidit et donavit tali condicione, quod de cetero singulis

Sabbatis diebus Missam de beata Virgine in Capella ipsius beate Virginis et post obitum suum eandem Missam in Sabbato et insuper Missam Defunctorum qualibet secunda feria pro sua et suorum parentum salute ammodo celebremus. Preterea in anniversario iam dicti Domini *Hugonis* et fratribus et dominabus prebenda detur solita. Et insuper pro speciali consolacione annis singulis pro vino ad coquinam pro huiusmodi necessariis de redditibus infra scriptis, quos eidem dedit Ecclesie, dabitur a Preposito, qui tunc fuerit, una libra. Ad predicta igitur omnia facienda firmiterque tenenda et nos et successores nostros tenore presencium obligamus. Possessiones autem, quas prefatus Dominus *Hugo* tradidit *Reicherspergensi Ecclesie*, iste sunt: in *Wirting* due dimidie Hube, item molendinum in *Ach*, *navalis transitus in Ach*, item predium in *Ach*, item duo feuda in *Uriheim*, item Huba in *Aspach*. Insuper Ecclesie nostre tradidit has personas: *Walbruner Alheidem cornicem* cum pueris suis. In cuius rei testimonium pro cautela presentem paginam sigillo venerabilis in Christo Patris Domini nostri *Ottonis Pataviens. Episcopi* et sigillo Prepositi prelibati et Conventus ac eciam Domini *Hugonis* supra memorati sigillo placuit communire cum testibus subnotatis, qui sunt *Purchardus Marchio de Burgawe Canonicus Ecclesie Pataviens*. Dominus *Hainricus de Merswanch, Heinricus de Aheim et Heinricus filius eiusdem, Richkerus de Rotawe, Hainricus de Eigling, Fridericus de Sigenhaim, Vlricus de Antesenperg, Grifo de Albrechzheim, Rudgerus Gaulo, Dom. Hiltprandus de Asenhaim, Chunradus de Geinperg, Hainricus de Odenwisen, Sikerus Leutoldus de Ailing, Eberhardus de Varnhtenpach, Chunradus de Mulheim, Chunradus de Drechselheim et Otto frater eius, Wernhardus de Talheim, Leutoldus de Talhaim, Chunradus de Zwisilperch, Chunradus de Elreiching, Wernherus de Weinperge* et alii quam plures, quorum nomina non sunt scripta. Anno Dom. M. CC. LXII. nonis Kal. intrante Maio, Indict. quinta.

Mon. boic. IV. 453.

CCCV.

1262. 26. April. — *Bernhart von Schaunberg bestätiget den Spruch der ehehaften Teiding zu Freiham, dass eine Veräusserung der Güter des Klosters Wilhering zur Nutzniessung auf Lebenszeit durch den Abbt ohne des Convents Einwilligung kraftlos sei.*

Nos *Bernhardus dictus de Schaunbergk* presenti scriptura scire volumus vniversos, quod nuper vniuersis per districtum nostrum con-

stitutis, qui esse poterant et debuerant, cum in *vreihaym* placitum in propria persona indixissemus celebrandum, et quia plures, prout ratio equitatis exposcebat, iudicium et iusticiam sibi fieri postulantes ad predictum locum confluxissent, superuenit etiam et Reuerendus in christo pater et dominus *Abbas in Wilhering* negocia ecclesie sue sollerter ibi tractaturus. Assumpto itaque pro se aduocato *nobili milite Rudolfo de Alhartinge* forma debita iuris obseruata sentenciam a nobis petens requisiuit videlicet: Si aut ipse Abbas aut successores sui Abbates sine consensu fratrum suorum scilicet monachorum possessiones ecclesie sue possent delegare alicui persone ad dies et ad vsum fructum sue uite; et sane lata coram nobis per memoratum nobilem *militem de Alhartinge* sententia pocioribus, qui aderant, adiudicantibus, Prenominatus pater *Abbas in Wilhering* obtinuit in omnium audiencia, quod nec ipsi nec alicui successorum suorum sine consensu sui conuentus liceret possessiones Ecclesie sue concedere alicui persone ad dies et ad vsum fructum sue vite, hoc quoque adiuncto et per sentenciam confirmato, ut propter malorum validos incursus et violentas impeticiones nec ipse supranominatus dominus *Abbas de Wilhering* in posterum super eiusmodi grauaminibus possit conueniri, nisi forte super concessione uel delegacione aliquis superius descripta instrumentum domini Abbatis superius nominati habuerit quis, quod de consensu conventus vel fratrum monachorum expressam fecerit mentionem; et ne de cetero quenquam negocium hoc perturbet, sentenciam supra dictam approbamus et confirmamus et presentem cartulam sigilli nostri appensione cum testibus subscriptis roboramus. Testes sunt hi: *Rudolfus de Alharting, Conradus de Strahen* et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXII. VI. Kalendas Maji.

Stülz, Wilhering 531.

Deutsche Übersetzung.

Wir *Bernhart* genannt *von Schaunbergk* mit gegenwurttiger geschrifft thue wir zu wissen allen, das in den tagen, do wir allen in vnserm gebiet wanhafft, wellich gegenwurttig sullen oder mochten sein, do wir zw *Freyhaym* Eehafft Tading in aygner person zu hallten, liessen verrueffen vnd manig menschen, alsdann dy vrsach der gerechtigkhait eraischte, das Vrtail vnd di gerechtigkait jn zu beweisen begerten, zu der gemelten stat sich heten verfuegte, Isst auch

Sabbatis diebus Missam de beata Virgine in Capella ipsius beate Virginis et post obitum suum eandem Missam in Sabbato et insuper Missam Defunctorum qualibet secunda feria pro sua et suorum parentum salute ammodo celebremus. Preterea in anniversario iam dicti Domini *Hugonis* et fratribus et dominabus prebenda detur solita. Et insuper pro speciali consolacione annis singulis pro vino ad coquinam pro huiusmodi necessariis de redditibus infra scriptis, quos eidem dedit Ecclesie, dabitur a Preposito, qui tunc fuerit, una libra. Ad predicta igitur omnia facienda firmiterque tenenda et nos et successores nostros tenore presencium obligamus. Possessiones autem, quas prefatus Dominus *Hugo* tradidit *Reicherspergensi Ecclesie*, iste sunt: in *Wirting* due dimidie Hube, item molendinum in *Ach*, *navalis transitus in Ach*, item predium in *Ach*, item duo feuda in *Uriheim*, item Huba in *Aspach*. Insuper Ecclesie nostre tradidit has personas: *Walbruner Alheidem cornicem* cum pueris suis. In cuius rei testimonium pro cautela presentem paginam sigillo venerabilis in Christo Patris Domini nostri *Ottonis Pataviens. Episcopi* et sigillo Prepositi prelibati et Conventus ac eciam Domini *Hugonis* supra memorati sigillo placuit communire cum testibus subnotatis, qui sunt *Purchardus Marchio de Burgawe Canonicus Ecclesie Pataviens.* Dominus *Hainricus de Merswanch, Heinricus de Aheim et Heinricus filius eiusdem, Richkerus de Rotawe, Hainricus de Eigling, Fridericus de Sigenhaim, Vlricus de Antesenperg, Grifo de Albrechzheim, Rudgerus Gaulo, Dom. Hiltprandus de Asenhaim, Chunradus de Geinperg, Hainricus de Odenwisen, Sikerus Leutoldus de Ailing, Eberhardus de Varnhtenpach, Chunradus de Mulheim, Chunradus de Drechselheim et Otto frater eius, Wernhardus de Talheim, Leutoldus de Talhaim, Chunradus de Zwisilperch, Chunradus de Elreiching, Wernherus de Weinperge* et alii quam plures, quorum nomina non sunt scripta. Anno Dom. M. CC. LXII. nonis Kal. intrante Maio, Indict. quinta.

Mon. boic. IV. 453.

CCCV.

1262. 26. April. — *Bernhart von Schaunberg bestätiget den Spruch der ehehaften Teiding zu Freiham, dass eine Veräusserung der Güter des Klosters Wilhering zur Nutzniessung auf Lebenszeit durch den Abbt ohne des Convents Einwilligung kraftlos sei.*

Nos *Bernhardus dictus de Schaunbergk* presenti scriptura scire volumus vniversos, quod nuper vniuersis per districtum nostrum con-

stitutis, qui esse poterant et debuerant, cum in *vreihaym* placitum in propria persona indixissemus celebrandum, et quia plures, prout ratio equitatis exposcebat, iudicium et iusticiam sibi fieri postulantes ad predictum locum confluxissent, superuenit etiam et Reuerendus in christo pater et dominus *Abbas in Wilhering* negocia ecclesie sue sollerter ibi tractaturus. Assumpto itaque pro se aduocato *nobili milite Rudolfo de Alhartinge* forma debita iuris obseruata sentenciam a nobis petens requisiuit videlicet: Si aut ipse Abbas aut successores sui Abbates sine consensu fratrum suorum scilicet monachorum possessiones ecclesie sue possent delegare alicui persone ad dies et ad vsum fructum sue uite; et sane lata coram nobis per memoratum nobilem *militem de Alhartinge* sententia pocioribus, qui aderant, adiudicantibus, Prenominatus pater *Abbas in Wilhering* obtinuit in omnium audiencia, quod nec ipsi nec alicui successorum suorum sine consensu sui conuentus liceret possessiones Ecclesie sue concedere alicui persone ad dies et ad vsum fructum sue vite, hoc quoque adiuncto et per sentenciam confirmato, ut propter malorum validos incursus et violentas impeticiones nec ipse supranominatus dominus *Abbas de Wilhering* in posterum super eiusmodi grauaminibus possit conueniri, nisi forte super concessione uel delegacione aliquis superius descripta instrumentum domini Abbatis superius nominati habuerit quis, quod de consensu conventus vel fratrum monachorum expressam fecerit mentionem; et ne de cetero quenquam negocium hoc perturbet, sentenciam supra dictam approbamus et confirmamus et presentem cartulam sigilli nostri appensione cum testibus subscriptis roboramus. Testes sunt hi: *Rudolfus de Alharting, Conradus de Strahen* et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXII. VI. Kalendas Maji.

Stülz, Wilhering 531.

Deutsche Übersetzung.

Wir *Bernhart* genannt *von Schaunbergk* mit gegenwurttiger geschrifft thue wir zu wissen allen, das in den tagen, do wir allen in vnserm gebiet wanhafft, wellich gegenwurttig sullen oder mochten sein, do wir zw *Freyhaym* Eehafft Tading in aygner person zu halten, liessen verrueffen vnd manig menschen, alsdann dy vrsach der gerechtigkhait eraischte, das Vrtail vnd di gerechtigkait jn zu beweisen begerten, zu der gemelten stat sich heten verfuegte, Isst auch

khomen der Erwirdig in got vater vnd herr *Abbt zu Wilhering*, damit er seines Gotzhaws geschafft auch daselbs weislichen hanndlete, do nam er jm zu hilff fur ainen Redner den Edlnn *Ritter Ruedolfen von Alharting*, Behielt den rechten form des Rechten vnd begerte von vnns ain vrtail alfo fragund, Ob Er der Abbt oder sein Nachkŏmen Aebbt on die Bewilligung seiner Brueder der Munich mocht die gueter seines Gotzhaws auff seines lebens tag zu brauchen di Nutzung ainer person verlassen, vnd weislich vor vnns durch gemellten Edlnn *Ritter von Alharting* ist gesprochen das vrtail vnd von den merern, di gegenwurttig waren, verhenngt, der vorgenannt vater *Abbt zw Wilhering* hat erlangt jn verhŏr aller menigclich, das weder jm noch chainem seiner Nachkhomen on verhengnuss seines Conuents geburtt, di gueter seines Gotzhaws zu uerleyhen Etwo einer person zw den tågen vnd Abnutzung seines Lebens. Vnd ist das dartzue gethon vnd mit vrtail Bestått, das von wegen der pŏsen menschen krefftigen anfechttung vnd geweltigen Belaidigung weder der obgemelt herr *Abbt zw Wilhering* furbas vber sollich Beschwerung mug geladen werden, Nur ob villeicht ainer vber verlassung oder Beuelh, als oben geschriben, hiet einen brief vom herren Abbt mer gemelt, der dann thet von der Bewilligung des Conuents oder der Brueder der Munich ain Clårliche Meldung. vnd damit furpass die gegenwurttig Hanndlung nyemant thue betrueben, so Bewar vnd Beståtten wir das abgeschŏpfft vrtail vnnd den gegenwurttigen brief Besterkh wir mit vnnserm anhangundem Innsigil vnd mit den Zewgn hernach Beschriben, die seind *Ruedolff von Alharting*. *Connradt von Strahen* vnd annder mer. Das ist geschen nach dem Jar des Herrn Tawsent zwayhundert vnnd zway vnd sechtzigk Jar an der sechsten khalennd des May.

Aus der Pancharte des Stiftes Wilhering vom 16. November 1509.

CCCVI.

1262. 24. Juli. Ötting. — *Ulrich, Erzbischof von Salzburg, bestätiget dem Kloster Ranshofen den Besitz der Kirche Hochberg.*

Nos *Vlricus* dei gratia sancte *Saliburgensis* (sic) *ecclesie Archiepiscopus apostolice sedis Legatus* Cunctis presentem paginam inspecturis Salutem in eo, qui est salus. Nostrorum antecessorum inherere vestigiis cupientes et si quid in eorum scriptis preter rationis

ordinem fuerat ignorantie nebula pretermissum, Hoc ipsum ex iusticie industria et auctoritate ordinaria obseruato iuris tramite duximus consummandum. Consencientes prioribus collacionibus et donacionibus ab Archiepiscopis Salzburgensis ecclesie rite factis liberali pietate circa *Ecclesiam Hohperch ecclesie sancti Pangracii et Conuentui* Canonicorum ordinis sancti Augustini *in Ranshoven* patauiensis Diocesis deo et omnibus sanctis ibidem iugiter famulantibus eorundemque perpetuis vsibus deputatam uoluntatem nostrum attribuimus principaliter propter deum Non inmutando collacionem et donacionem a sanctis patribus sancte Salzburgensis ecclesie Rectoribus canonice prius factas, set eorum collacionis et donacionis titulos confirmantes ratum perpetualiter habituri, quicquid gracie ex predecessorum nostrorum auctoritate ipsis Canonicis et Conuentui eorundem de consensu nostri Capituli rationabiliter fuerat acquisitum, et nos id ipsum nostri scripti patrocinio conmunimus approbantes collacionem et donacionem personarumque subscriptionem, sicut in eorum instrumentis iure consono perspeximus plenius contineri, sub interminatione anathematis districtius prohibentes, ut nullus omnino hominum iam dictos Canonicos occasione exceptionum in possessione prelibate *ecclesie in Hohperch* sev quarunlibet cauillacionum aparencia per formam judicii aut extra iudicium aliqualiter audeat perturbare, immo gaudeant possessione pacifica et quieta, quemadmodum papalibus confirmacionibus vtiliter sunt armati, responsuri suo Episcopo in spiritualibus temporalia prefate *ecclesie Hohperch* cum omnibus suis attineneciis inperpetuum percipiant sine lite. Vt hec autem a memoria hominum non labantur, que obliuioni meruit subiacere (sic), nam omnium gestorum esse memores pocius diuinitatis quam humanitatis existit. hoc munimentum ad rei euidenciam pleniorem iussimus nostri Sigilli Karactere consigniri. Testes rogati et uocati hii interfuerunt: *Sifridus prepositus in Ranshoven, Heinricus canonicus et celerarius eiusdem loci, Magister Johannes canonicus et scolasticus Ottingensis, Gebhardus canonicus Ottingensis, Levpoldus scolaris archiepiscopi Salzburgensis, Engelprehtus miles de veteri Ottinga, Johannes Notarius, Chunradus judex Ottingensis, Werhardus* (sic) *pûttinger Ciuis Ottingensis* et alii quam plures. Acta sunt hec Anno domini Millesimo CC° sexagesimo secundo VIIII. Kalendas Augusti in *Ottinga*.

Orig. auf Perg. Das Siegel verloren. K. baierisches Reichsarchiv.

CCCVII.

1262. 9. August. Achen. — *König Richard belehnt den König Otackar von Böhmen mit Ungarn, Böhmen, Mähren, Österreich und Steyr.*

Richardus Dei gratia *Romanorum Rex* semper Augustus illustri *Ottocaro Bohemiæ Regi* charissimo Principi suo gratiam suam et omne bonum. Cum regalis dignitas potestatis quondam quodammodo divinæ in terra Majestatis imaginem repræsentet et quanto quis suæ voluntati innititur, tanto copiosioribus gratiæ suæ donis et insignioribus illustratur, decens et congruum æstimamus, ut ad imitationem illius, qui omnibus dat et nulli imperat, illi nostra benignitas gratiosior atque benignifiosior semper illuceat, qui nostræ beneplacito voluntatis cum maiori liberalitate et promptitudine se conformat. Hinc est, quod, cum nullius gratificationis muneribus, sed propriæ duntaxat virtutis et liberalitatis instinctu pellectus ad nostri cultum Domini sis conversus et promittas legaliter etiam deinceps nostræ devotionis obsequiis et mandatis constanter et fideliter inhærere, Nos te ob hoc condignioribus honoribus et gratiosioribus beneficiis prosequi cupientes, te de Principatibus *Regni Bohemiæ* et *Marchionatus Moraviæ* ac omnibus feudis dictis duobus Principatibus attinentibus, quos et quæ claræ memoriæ pater et progenitores sui juste et rationabiliter ab imperio tenuerunt, authoritate præsentium investimus tibique dictos Principatus et feuda simpliciter authoritate regia confirmamus. Et quia non multum gratiæ tantæ potentiæ et claritatis viro per ista videmus impendere, quæ constituit claros progenitores tuos officiosis laboribus et gloriosis actibus meruisse, Nos te pro tuæ devotionis meritis plenius et insignius honorare volentes, tibi et tuis legitimis hæredibus, qui tibi in bonis feudalibus secundum jus et constitutionem sacri Imperii de jure poterunt et habebunt succedere, pro nobis et successoribus nostris Imperatoribus et Regibus Rom. illos duos nobiles Principatus *Ducatum* videlicet *Austriæ* et *Marchionatum Styriæ* ad manum Imperii et nostram de jure libere devolutos cum omnibus feudis ad dictos Principatus pertinentibus ab Imperio debitis et consuetum teneri integraliter et simpliciter in feudum concedimus et donamus, tibique et legitimis tuis hæredibus, quemadmodum est præscriptum, jure et titulo feudali perpetuo possidendos. Nulla igitur persona sublimis vel humilis, ecclesiastica vel mundana præsumat hujus nostræ investitionis, confirmationis et con-

cessionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, ipso facto se noverit bannum Imperii et nostræ offensam Celsitudinis incurrisse. In istorum omnium autem testimonium et evidentiam pleniorem præsens inde conscribi et sigillo nostræ Majestatis jussimus communiri. Datum *Aquisgrani* IX. die Augusti, Indictione V. anno Domini M. CC. LXII. Regni vero nostri anno VI.

Schrötter, österreichisches Staatsrecht I. 94. Abgedruckt bei Steyerer, Historia Alberti II. in Append. 145. Lambacher, Interregnum, Anhang 41. Lünig, Reichs-Archiv VI. 6. Goldast, de regno Bohemiæ in Append. Docum. fol. 34. n. 17.

CCCVIII.

Circa 1262. 8. September. Gamming. — *König Otackar nimmt das Kloster Mondsee in seinen Schutz, erklärt den Abbt desselben zu seinem besondern Hofcaplan und ertheilt dem Kloster die Mautfreiheit für dessen Bedarf an Lebensmitteln.*

Ottakerus dej gracia *Bohemie rex, dux Austrie et Stirie, Marchio quoque Morauie* dilectis fidelibus suis omnibus ministerialibus, judicibus, mutarijs per *superiorem ac inferiorem austriam* constitutis gratiam et omne bonum. sicut sepe litteris et legacionibus nostris vobis intimauimus, sic tenore presentium significandum duximus iterato, quod propter honesta et fidelia seruicia, que nobis ac nostris exhibuit et semper exhibere non desinit, dominum *Abbatem de Mânnsee* totumque conuentum suum in nostram protectionem recepimus et fauorem, quem Abbatem specialem Capellanum curie nostre ascribentes hanc sibi faciendo graciam specialem, vt omnia victualia sui claustri per totam terram nostram et per aquas traducere debet sine omni exactione qualibet atque muta, non obstante, si forte mutas nostras uel iudicia alijs quam officialibus nostris dabimus uel locabimus aliquando. siquis autem judicum uel Mutariorum apud *chremsam, stayn, Ibsam, Mathawsen* siue *Linczam* hanc donacionis nostre graciam infregerit vllo ausu, sciat se maiestatem nostram grauiter offendisse. Datum apud *Gâminch* VI° jdus septembris.

Aus dem Copialbuche des Klosters Mondsee Sæc. XV. — Chronicon Lunælac. t. 151.

CCCIX.

1262. 30. November. — *König Otackar erneuert die Vogteifreiheit des Erlaklosters für dessen Besitzungen zwischen der Ens und Traun, im Machlande und zu Amstetten.*

Otacharus Dei gratia Rex Boemorum, Dux Austriæ et Styriæ et Marchio Moraviæ omnibus in perpetuum. Ut eorum, quæ per nos aguntur, proinde perennis memoria habeatur, constare volumus tam viventibus quam victuris, quod nos ad petitionem Dominæ Abbatissæ et Conventus in *Erlach Ecclesiæ sancti Petri,* Jura Advocatiæ nostræ, quæ habent ex nostra gratia speciali, universa renovamus et præsentis scripti patrocinio confirmamus in hunc modum, quod in *Judicio nostro provinciali infra flumen Troyn (Traun) et flumen Anasum* nullus nostrorum Judicum provincialium in bonis Abbatiæ prædictæ nullas causas debeat judicare præter eas, quæ mortis supplicium respiciunt ex directo, quas tamen judicari volumus in proprietatibus Ecclesiæ antedictæ. Item si aliquis Judex provincialis contra aliquem hominem Ecclesiæ prænotatæ aliquam habuerit actionem, debet ab Advocato Abbatissæ prædictæ exigere justitiam, et si coram Advocato convictus fuerit, secundum quod cingulo præcinctus fuerit, provinciali Judici assignetur. Res vero ipsius malefici in usus Ecclesiæ revertantur. Item si aliquis ex hominibus Ecclesiæ jam prætactæ quocunque casu homicidium commiserit et de culpa satisfecerit congruenti (congruenter), Advocato ipsius Ecclesiæ similiter satisfaciant de commisso nec provincialis Judex noster quicquam exigat de hac culpa. Item nullus Judex provincialis in tota Advocatia dicti Claustri nullum prorsus detinere præsumat, nisi prius ab Advocato sive Judice justitiam expetat de eodem. Item in provinciali judicio ex ista parte *Anasi* et in Judicio provinciali alia parte *Danubii,* quod dicitur in *Achlande,* et in Judicio inferiori ultra *Amsteden* universa, quæ præmisimus, volumus et mandamus inviolabiliter observari. Ut igitur præmissa inviolabiliter observentur, præsens scriptum sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri Testibus, qui aderant, subnotatis. Qui sunt: *Heinricus Comes de Phanenberg, H. Comes de Hardekk, O. de Myssow, Otto de Haslow, Heinricus de Lychtenstein, Hadmarus de Lychtenvvird, Otto Camerarius de Bertholdesdorf, Albero Pincerna de Celking, Heinricus Dapifer de Gritzenstein* et alii quam plures. Actum et datum per manus

Magistri Arnoldi tunc nostri Prothonotarii Anno Domini M. CC. LXII. Pridie Kalendas Decembris.

Bei Pez, Thesaur. Anecdot. VI. II. 108.

CCCX.

1262. 1. December. Linz. — *König Otackar anerkennt die streitigen Grenzen der Güter des Klosters Mondsee, und weiset demselben zwei Talente jährlicher Einkünfte von seinen Besitzungen an der Ischel und an der Traun zu.*

In nomine domini Amen. quia uariacio temporis noticie causam (?) nouercatur, legum nult scrupulus seriem geste rei fidelis scripti testimonio sollerter ac fideliter confirmare. Nos igitur *Otacharus* dei gracia *Boemorum rex, dux austrie et stirie, marchio morauie* notum facimus vniuersis presentes literas inspecturis, quod inspectis et consideratis officijs et meritis venerabilis viri dilecti capellani nostri domini *hainrici Abbatis ecclesie de Mánnse* patauiensis diocesis de . . . libera et regia maiestate de limitibus nostris et ecclesie memorate, de quibus inter nos est contencio diucius agitata, eidem ecclesie recognouimus omnia sua iura renunciantes omni questioni, siquid forte ab antiquo in eisdem habuimus uel noscimur iam iam habere, conferentes insuper et donantes predicte ecclesie principaliter propter (deum et ob remedium anime nostre de possessionibus nostris circa nostros limites utrobique duo talenta annuatim infra *Yskalam*) *fluuium atque Trunam*, ita quod eisdem redditibus pacifice et quiete dicta ecclesia gaudeat in posterum pleno iure, maxime cum in presencia serenitatis nostre ostenderit et probauerit idem abbas predictas possessiones ab antiquo ad suam ecclesiam pertinere. In cuius rei testimonium presens scriptum nostre maiestatis karactere fecimus insigniri presentibus testibus subnotatis: dominus *philippus electus Salczpurgensis, Otto Túmprobst eiusdem ecclesie, Otto de perchtolstorf, albertus de zelking, dietricus pincerna de Tobra, Rugerus průschinch, wernhardus* et *alkerus fratres de grampperch, Otto de otnang* et alij quam plures. Datum in *lincia* kalendis decembris Anno domini M° CC° LXII etc.

Aus dem Copialbuche des Klosters Mondsee Sæc. XV. Das Eingeschlossene fehlt in der Abschrift und ist aus dem Chronicon Lunælac., wo diese Urkunde I. 150 abgedruckt ist, ergänzt. Wie der Abdruck unrichtig ist, so ist auch die Abschrift im Copialbuche sehr undeutlich und unrichtig.

CCCXI.

1262. 1. December. Linz. — *König Otackar bestätiget die Mautfreiheit des Klosters Kremsmünster.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. *Otacharus* dei gracia Boemorum Rex, Dux Austrie et Styrie, Marchio Morauie omnibus in perpetuum. Cum quarumlibet actionum mater sit intencio principalis, circa religiosas personas regalis merito versatur intencio, qui calcatis mundi illecebris contemplantur celestia et possunt hostiam tamquam electum genus sacerdocii pro peccatis offerre cottidie delinquentum. Hinc est, quod nos *cenobium siue claustrum* ordinis sancti Benedicti *in Chremsmunster* piis ac paternis visceribus amplexantes propter orationes eorum deuotissimas et nostrorum peccaminum ablucionem ipsorum precibus consequendam ipsi claustro liberaliter indulgemus, victualia vniuersa tam in aqua quam in terra, que ipsis per districtus nostrarum Mutarum quocumque tempore deducantur, vt sine mvta transeant impedimento et actione qualibet pretermissa. In cuius rei testimonium presens scriptum nostre maiestatis Karactere fecimus insigniri. Testes autem huius rei sunt *Otto de Haselow, Otto Missawarius iudices prouinciales, Dapifer de Grizenstayn, Albertus et Ludwicus de Zelkinge, Alber de Pollnhaym, Vlricus de Lobenstayn, Hadmarus de Liehtenwerde, Dietricus pincerna de Dobra, Wernherus de Slierbach* et alii quam plures. Actum anno domini M. CC. LXII. In crastino beati Andree apostoli. Datum in *Lintza* per manum *Magistri Arnoldi nostre curie prothonotarii.*

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 103.

CCCXII.

1262. 15. December. Passau. — *Vertrag zwischen dem Bischofe von Passau und dem Herzoge von Baiern zur Beilegung verschiedener zwischen ihnen obwaltender Streitigkeiten.*

Heinricus Dei gratia *Palatinus Comes Rheni Dux Babarie* vniversis hanc audituris paginam vel visuris in perpetuum. In communem venit notitiam, quam est laudabiliter ordinata provisio contra oblivionis et calumniarum discrimina compententi remedio testium et scripture gesta principum perenni memorie commendari. Quapropter

tenore presentium singulorum notitiis cupimus aperire, quod cum longo hactenus tractu temporis inter *Pataviensem Ecclesiam* ipsiusque Pontifices et rectores ex una parte nostrosque progenitores et nos ex altera diversarum duraverit controversia questionum, que ducta sepe in actus bellicos et discordes utriusque partis dampna non modica dinoscitur intulisse, inspirante domino, quo auctore ad vindictam malorum laudem vero bonorum nostri gerimus gubernacula principatus, presidente quoque ipsi Ecclesie domino *Ottone* venerabili *Episcopo* de communi consilio et consensu Capituli ac ministerialium ejusdem Ecclesie nostrorumque amicorum et fidelium consiliis et inductu prehabite deliberationis mature cum domino Episcopo et Ecclesia memorata duraturam perpetuo concordiam contraximus in hunc modum, Quod videlicet nos et heredes nostri una cum *Ludwico fratre* nostro germano, si pro eo duximus postulandum, a predicta Ecclesia in feodo teneremus omnia, que bone memorie *de Pogen* et *de Ortemberg Comites* et *Palatinus Bavarie* ab eadem ecclesia feodi titulo possederunt, que et nos hactenus preter quam in *Austria* dinoscimur possedisse. Habebimus insuper eodem titulo *Comitiam inter fluvios Bornach et Reginbruke* a superiori et *Siezelspach et Utilpach* ab inferiori parte distinctam. E converso quidem *decimas in Gnautung et Pering* ipsi *Pataviensi ecclesie* restituimus absolutas ac etiam *decimas* novalium *in Landaw* jure Patronatus ejusdem *Parochalis ecclesie in Greinmaringe* sive *Landaw* nostre dicioni perpetuo remanente. *Rotenperg* quoque cum suis pertinentiis libere dimittimus ipsi *ecclesie Pataviensi* et similiter *Seebach* cum suis attinentiis et quidquid juris *in pascuis et sylva Wetern* habuit ex antiquo. Obligationem *bonorum in Ahalming, Penzling et Gerchwis* pro ducentis marcis argenti quondam a supradicta ecclesia nobis factam spontanee relaxantes cedimus etiam *jure* nostro *Castrensi in Obernperg* ac etiam infeodationi alterius duarum *domuum in Novo foro Patavie* sitarum, quae *Wengarii sive Holzheimerii* nuncupatur. Ad hec si quam patietur impetitionem Dominus Episcopus aut ecclesia memorata ab heredibus *Comitis de Ortenberg*, pro his bonis, que ad nostram possessionem ex decessu progenitorum suorum sunt prefate infeodationis titulo devoluta, de tali impetitione ipsum Episcopum et Ecclesiam absolvemus. Item a *bonis in Helmbrechtskirchen* spectantibus plane cedimus contra pertinentiarum ipsius detentores cooperaturi Domino Episcopo justitia mediante. In *prediis* quoque ipsius

Episcopi preter antiqua jura judicium non exercebimus nos vel nostri, de quibus juribus si contentio suborta fuerit, ad consilium utrinque trium virorum terminabitur adhibita conscientia vicinorum. Infra *rivulos* quoque *Stainpach et Machbach* et *civitatem Pataviensem* judicio et advocatia carebimus. Alias vero *in bonis Capituli Pataviensis et Nicolaitarum* judicio et advocatia nostra fruemur. Utraque sane moneta nostra videlicet ac etiam civitatis predicte absque impedimento partis alterius cursum debitum obtinebit. Coeterum tam Episcopus idem quam Capitulum et nos cassabimus intrumenta quelibet sive privilegia obtenta olim ab alterutra partium contra alteram puta *de Lynza* et *Anaso* et consimilibus utrobique, et carebunt ex nunc omni robore firmitatis. De victualibus domini Episcopi ac etiam Capituli et Conventus Dominarum Pataviensium in terris et aquis nostris per Bavariam nec muta nec thevloneum requiretur et hoc ipsum nobis observabitur in omnibus locis ecclesie supradicte. Demum si quis ex ministerialibus utriusque partis et alterius familia uxorem duxerit, pratum utrumque*) tenebitur et proles inde nata equaliter dividetur et primogenitus patrem sequatur ex jure pertinentie. Unus autem heres communis erit et proles ex eo genita dividetur nec ob alterata hujusmodi conjugia carebunt jure sue proprietatis vel feodi contrahentes hoc jure servando de contractibus tam preteritis quam futuris. Ad quorum omnium perennem observantiam juramentis partium super altare S. Stephani Protomartyris confirmatam presentem liberam sigillo nostro placuit communiri cum testibus annotatis, qui sunt *Meingotus Prepositus, Poppo decanus, Otto Cantor* et ceteri fratres ejusdem Capituli. Ex Laicis vero *Fridericus Burggravius de Nurnberg, Albertus de Hals, Heinricus de Rorbach, Otto de Frawnberg, Heinricus de Pheling, Grimoldus de Preissing, Heinricus de Rohr, Winarius Asing, Hartliebus de Winzer, Richkerus de Aheim, Heinricus de Hartheim, Otto de Truna* et alii quam plures. Actum *Patavie* Anno Incarnationis Domini Millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, XVIII. Kalendas Januarii.

Mon. boic. XXVIII. II. 384. Abgedruckt bei Hansiz, Germ. Sacra I. 396.

---

*) Gratum utrimque bei Hansiz.

CCCXIII.

1262. 20. December. Civita vecchia. — *Papst Urban IV. trägt dem Bischofe von Olmütz die Entscheidung eines Streites zwischen dem Kloster Gleink und dem Pfarrer zu Sierning auf.*

Urbanus episcopus seruus seruorum dej venerabili Fratri . . *Episcopo Olomucensi* salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis dilecti filii *abbas et Conuentus Monasterij in Gleuinc* ordinis sancti Benedicti, quod *Plebanus ecclesie de Sirnich* Patauiensis diocesis *ecclesiam de Tuudich* eiusdem diocesis, quam ipsi abbas et Conuentus in usus proprios canonice obtinebant, laicali fultus potentia temere occupauit eamque detinet occupatam in eorundem abbatis et Conuentus preiudicium et grauamen. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus conuocatis audias causam et appellatione remota debito fine decidas, faciens, quod decreueris, per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Datum apud *Vrbem ueterem* XIII. Kalendas Januarij, Pontificatus nostri anno Secundo.

Orig. auf Perg. Die Bulle abgefallen. Stiftsarchiv Gleink. — Confer Nr. CCCXXVI.

CCCXIV.

1262. 26. December. Schaunberg. — *Heinrich von Schaunberg erlaubt seinem Truchsess Hertneid zwei Güter nach Wilhering zu geben.*

Nos *Heinricus de Schowenberc* Notum esse volumus omnibus hanc litteram intuentibus, quod dilectus fidelis noster *Hertnidus dapifer* duo bona *Ecclesie Sancte Marie in Wilhering, feodum in Chvtzhering* et *feodum in vinchenheim*, in quo *Ditmarus* residet, tradidit perpetuo possidenda sub hac forma, quod de eisdem bonis due lampades, vna ad altare Sancti Jacobi et reliqua ad tumulum patris sui sueque parentele perpetuo habeantur. In Cuius rei testimonium dicte Ecclesie presentem damus licentiam sigilli nostri munimine roboratam. Datum in *Schowenberc* Anno domini M. CC. LXII. in die Sancti Stephani.

Orig. auf Perg.; das Siegel abgefallen. Stiftsarchiv Wilhering. — Stülz, Wilhering 532.

CCCXV.

1262. — *Die Brüder Heinrich und Friedrich von Lauterbrunne schenken der Kirche Reichersberg einige Unterthanen.*

Notum sit uniuersis, quod *Heinricus et Fridericus fratres dicti de lauterbrunne* optulerunt Ecclesie sancti Michahelis in *Richersperge* subnotatas personas ad censvm quinque denariorum annis singulis persoluendum. Sunt autem hec persone Chunegundis et filius suus Wernhardus, alhejdis, Gisila, Gevtta filie ipsius. Testes vero sunt hii: *chunradus balneator, Livtoldus de stadelhof, Ditricus, Wernhardus de Ode, Fridericus faber, Gerhardus de Vihausen, Gundakkarus de Mvntrichinge, hermannus de Orto, Ortwinus. Levtoldus seruus prepositi* et alii quam plures. Datum anno domini M. CC. LXII.

Aus einem Pergament-Codex zu Reichersberg.

CCCXVI.

1262. — *Ulrich von Antesenperge tritt dem Kloster Reichersberg sein Vogtrecht über einige Leute ab.*

Notum esse cupimus vniuersis, quod *Vlricus de Antesenperge* legauit *Richerspergensi Ecclesie* subscriptas personas cedens iuri aduocationis, quod habuit in eosdem. Ipsas itaque personas Ecclesia nostra libere possidet eo iure, quod dicitur Stiftreht, quarum nomina sunt hec: Gerdrudis et filii ipsius Wernhardus et Heinricus. Testes hujus rei sunt hii: *Livtoldus de Aiglinge, Chunradus Molendinator, Ditricus, Livtoldus, Wernhardus de Óde, chunradus de reiheim, chunradus Bohemus, Wernhardus faber, Heinricus Planch et filius suus Wlfinch, Rvdegerus villicus, Aigel.* Datum anno domini MCCLXII.

Aus einem Pergament-Codex zu Reichersberg.

CCCXVII.

1262. — *Härtwig von Häutzing gibt dem Kloster Reichersberg zu einem Seelgeräthe das Gut „an dem Hofe“.*

Notum sit omnibus, quod *Hærtwicus de Hævtzinge* dedit *Ecclesie Richerspergensi* libere et absolute predium suum, quod dicitur *An dem hove*, ob remedium anime sue et Vxoris sue *Margarete*. Huius rei testes sunt *Meinhardus de zavn, Chunradus Mulner, Heinricus*

planch, Wernhardus pistor, Heinricus Calcifex, Livtoldus, Rvdegerus, Aiglinus, fridericus. Datum anno dominj MCCLXII.

Aus dem Pergament-Codex zu Reichersberg.

CCCXVIII.

1262. *Otto, Bischof von Passau, bestätigt einen Vergleich, welchen die Äbbte von Kremsmünster und Lambach zwischen der Äbbtissin und dem Convente zu Traunkirchen vermittelt hatten.*

Nos *Otto* dej gratia Ecclesie *Patauiensis Episcopus* scire uolumus vniuersos, quod, cum nobis uelantibus dominas ecclesie jn *Trunchirchen* ab eisdem super defectu prebendali querimonia moueretur et econuerso domina Abbatissa suos et locj defectus multifarie allegaret, nos missis ad locum venerabilibus in Christo fratribus de *Chremsmvenster* et de *Lambaco prelatis* fecimus haberi per predictos diligentem inquisitionem et conputationem de ipsius ecclesie redditibus vniuersis nec non et de defectibus, quos prefate domine proposuerant coram nobis, et reperto, quod prefata domina Abbatissa propter desolacionem reddituum aliquamdiu neglexerat suas sorores et dominas in uestitu, per predictos abbates nostra fretos auctoritate inducta fuit ad hoc consiliis et precibus eadem abbatissa, quod de redditibus *apud Yschil de Sallina* videlicet ipsis dominabus uestitus necessaria taliter deputauit, vt semper in tercio anno ipsis inde pro comparatione pelliciorum decem talenta et dimidium modis omnibus persoluantur et in quarto anno quatuordecim talenta pro pellibus conparandis saluo tamen iure uestitus linej, pro quo singulis annis cuilibet domine sexaginta denarii nichilominus persoluantur. Et ne quod pie per predictam dominam Abbatissam et nostram auctoritatem ad releuandam inopiam sanctimonialium in obsequio dominj iugiter degencium factum est, ab aliquibus domine *Elizabet sepefate abbatisse* succedentibus debeat aut valeat irritarj, nos auctoritate ordinaria per taxatam partem supradictorum reddituum necessariis vestitus dominarum secundum formam premissam presentibus in perpetuum deputamus, presencia scripta et eorum tenorem efficaciter eisdem dominabus obseruandum nostri sigilli ac predictorum abbatum et ipsius domine abbatisse nec non et conuentus ibidem sigillorum robore confirmantes. Quinquaginta etiam denarios pro supertegumento cuilibet domine dandos uolumus eisdem dominabus debitis

annis nichilominus persolui, secundum quod consueuit fierj ab antiquo. actum anno dominj M. CC. LX. II.

Mon. boic. XXIX. II. 190.

CCCXIX.

1262. *Hermann, Abbt von Niederaltach, bestätigt die Rechte der Kunigunde, Eberhart's von Schönhering Hausfrau, an den daselbst gelegenen Hof.*

M. CC. LXII. Nos *Hermannus abbas in altah Chvnegundi vxori Eberhardi de Schönheringen* Curiam nostram ibidem confirmauimus tali pacto, quod si dictus Eberhardus maritus eius heredes per eam habuerit, quemcunque illorum heredum ad residendum in Curia eadem elegerit, qui tunc fuerit, ille uel illa contrahet matrimonium ad uoluntatem ipsius abbatis et debita seruitia Altahensi ecclesie exhibebunt. Item ius habebit femina memorata, si mortuo predicto Eberhardo sine heredibus per alium virum heredes habuerit cuiuscunque sexus. Si autem nec per eum nec per alium heredes habuerit femina supradicta, ipsa usque ad obitum suum predictam Curiam possidebit et tunc ad ecclesiam libere reuertetur. Et si plures filios uel filias habuerit sepe memorata domina, ad nullum eorum spectat ius Curie memorate nisi ad illum solum, siue masculus sit siue femina, quem abbas tunc in eadem Curia duxerit collocandum, sed nec ille ius aliquod habebit ibidem, si uxorem duxerit sine abbatis consilio et consensu. Testes: *Al. Cellerarius, Chunradus camerarius, Heinricus de Oetelingen, Ditmarus de Pvchoven, Eberhardus de Mvlheim, Heinricus officialis de Oetlingen, Heinricus officialis de Obernhausen, Chunradus officialis de Pvchoven, Siboto de Menndorf* et alii multi.

Mon. boic. XI. 60.

CCCXX.

Circa 1262. — *Die Äbbte von Admont und St. Lambrecht etc. bitten den Papst Urban um Bestätigung der Besitzungen des Klosters Garsten.*

Sanctissimo patri ac domino, domino *Urbano* sacrosancte Romane sedis ac uniuersalis ecclesie *Summo Pontifici, Fridericus Admuntensis, gotscalcus sancti Lamberti* monasteriorum abbates ordinis sancti Benedicti Salzburgensis dyocesis, *Fridericus Gurccensis* ecclesie prepositus ordinis sancti Augustini gurcensis dyocesis pedum oscula beatorum. Sanctitati vestre notum esse cupimus litteras pre-

sentes in virtute sancte obedientie protestando, quod priuilegia subscripta *Gaerstensis monasterii* sub vera bulla domini *Alexandri pape tertii* et *duorum Episcoporum pataviensis dyocesis* sigillis nec cancellata nec abolita nec in aliqua sui parte uiciata examinata perspeximus diligenter. Unde paternitati vestre una cum Abbate predicti monasterii Latore presentium attencius supplicamus, quatenus eadem priuilegia divine remunerationis intuitu dignemini renouare, Alias peticiones sepedicti Abbatis, quas vobis porrexerit, fauorabiliter admittentes. Credimus enim firmiter, quod Zelo dei in verbis et factis per omnia moueatur.

Auf dieses Schreiben folgen die drei Abschriften von den Privilegien des Papstes Alexander III. und der Bischöfe von Passau. Vier Siegel hängen an dem Briefe, das vierte ist vom Abbte zu Garsten. Kurz, Beiträge II. 557.

CCCXXI.

Circa 1262. — *Otackar, König von Böhmen, beurkundet, dass er die Unterthanen des Klosters St. Florian zu Stephanshart — unter der Ens — in seinen besondern Schutz genommen habe.*

Otacharus dei gratia *rex boemorum* omnibus baronibus in regno suo constitutis salutem. Quia multa et diuersa huius seculi nos inpediunt negotia, quo minus eterna et ea, quę ad salutem pertinent animarum, possimus prouidere, saltem loca religiosa et eos, qui in locis religiosis deo seruire statuerunt, diligere et pię defensionis studio nos decet adiuuare, hoc et nos adtendentes uniuersitatis uestre dilectioni notum facimus, quod diuine remunerationis intuitu et suplici rogatu prepositi et fratrum de *domo sancti floriani* predia eiusdem ecclesie, que habet *sub nemore iuxta montem beati stephani*, in defensionem nostram suscepimus et ipsi uersa uice fraternitatis sue et omnium, que deo ibidem exhibentur, consortium nobis contulerunt. Mandamus ergo et mandantes precipimus, ut, sicut nos diligatis et fauorem nostrum singuli specialiter et omnes generaliter, eadem iam dicte ecclesię predia uice nostri defendatis et homines nostros ab eorundem inuasione districte arceatis pro certo scientes, quod in hoc omnimodis nostram facitis uoluntatem. Qui uero mandati nostri transgressores exstiterint et iam dicta predia quocumque modo inuaserint, se non aliter quam in propriis prediis nostris sciant nos offendisse et iram nostram nec non penam meruisse. Preterea omnes uos scire uolo, quod dilecto nostro *benessoni* prepositum

nuper dicte ecclesie manu ad manum conmittentes aduocatum et uice nostri defensorem ipsum nec non et alios dilectos barones nostros *buxonem*, *witegonem*, *zæusonem* constituimus et ipsis diligenter iniunximus, ut, que in propria persona corrigere non possint, ad nostram defferant (sic) audientiam.

Orig. auf Perg., mit Münzsiegel. Stiftsarchiv St. Florian. Kurz, Albrecht IV. II. 477.

CCCXXII.

1263. 18. März. — *Härtwig der Häutzinger schenkt dem Kloster Reichersberg eine gewisse Chunegunde mit ihren Kindern als Zinspflichtige.*

Nouerint vniuersi fideles christi, quod *Hærtwicus litteratus dictus Hevtzinger* dedit super altare beati Michahelis chunegundim cum pueris suis, quos iam habet et habitura erit in posterum, ad censum v. denariorum quolibet anno soluendorum. Huius rei testes sunt *Fridericus scolasticus*, *fridericus de tumoltsheim*, *Gvntherus*, *fridericus faber*, *Wernhardus clerici*, *familiares uero Rvdegerus villicus*, *Aiglinus*, *Wernhardus calcifex*, *Livpoldus*, *Levtoldus de stadelhof*, *Livtoldus seruus prepositi*, *chunradus Balneator*, *Wernhardus pistor*, *Ditricus*, *Hermannus in Orto*, *Wernhardus faber* et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXIII. Indictione VI. In dominica Judica me deus.

Aus dem Pergament-Codex zu Reichersberg.

CCCXXIII.

1263. 17. April. Schaunberg. — *Heinrich und Bernhart von Schaunberg verpfänden dem Kloster Wilhering zwei Lehen zu Chalhamting für ein Darleihen von zwölf Talenten.*

H. et W. de Schawenberch tenore presentis scedule protestamur, quod nobis quedam summula denariorum uidelicet XII. talentorum Viennensis monete indigentibus, eadem aput venerabilem dominum nostrum *Abbatem de Wilhering* mutuo accepimus duo feoda nostra in *Chalhamting apud Eibenberch* sita po eisdem sibi nomine pignoris assignantes, sic tamen condicionaliter, vt si infra festum beati Martini proxime uenturum predictam sibi pecuniam persoluerimus, ad usus nostros redeant bona prehabita et ipse dominus Abbas prouentus, quoscunque medio tempore intulerit, resarciat in pecunia supradicta; Quod si nec ad illum terminum sepedictam

pecuniam soluerimus, ipse dominus Abbas ex tunc illis ut aliis ecclesie sue bonis gaudeat, que hodie sibi per Confirmationem presentis scedule sigillique nostri appositione, ut supra dictum est, nomine pignoris assignamus. Datum in *Schawenberch* Anno domini M.CC.LXIII.XV. Calendas May.

Orig. auf Perg.; das Siegel abgefallen. Stiftsarchiv Wilhering. — Stülz, Wilhering 533.

CCCXXIV.

1263. 28. April. Civita vecchia. — *Papst Urban IV. nimmt das Kloster Ranshofen in seinen Schutz und bestätiget demselben den Besitz seiner Güter.*

Urbanus episcopus seruus seruorum dej Dilectis filijs . . *Preposito et Conuentuj ecclesie de Ranshouen* ordinis sancti Augustin Patauiensis diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filij uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas uestras et locum, in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub nostra et apostolice sedis protectione suscipimus, Specialiter autem decimas, terras, possessiones, vineas, redditus et alia bona, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uobis et per uos eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, Salua in predictis decimis moderatione concilij generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum apud *vrbem veterem* IIII. Kalendas Maij, Pontificatus nostrj Anno Tertio.

Orig. auf Perg. mit Bulle. Bischöfliches Consistorial-Archiv in Linz. — Mon. boic. III. 333.

CCCXXV.

1263. 9. Mai. Ebelsperch. — *Otto, Bischof von Passau, gibt dem Bürger von Linz Chunrat Wachrainer den Zehent des Hofes Tern in der Pfarre Schönhering.*

Nos *Otto* dei gratia Ecclesie *Patauiensis Episcopus* notum facimus vniuersis, quod deuota seruicia *Chunradi Wachrainarij de Lintza*, que nobis exhibuit, adtendentes eidem decimam, que de vna Curia in *Teren* ad parrochiam in *Schonerhinge* pertinet, contulimus tantum ad tempora vite sue ita, quod eandem alienare non valeat vllo modo. In cuius rei Testimonium presentem Litteram sigillo nostro sibi dedimus communitam. Datum in *Ebelsperch* anno domini M. CC. LXIII. VII. Idus Maij, Pontificatus nostri Anno Decimo.

Mon. boic. XXIX. II. 194.

CCCXXVI.

1263. 15. Mai. Ebelsperch. — *Otto, Bischof von Passau, Arnold Propst und Chunrat Chorherr von St. Florian, Otto Dechant von Lorch und Jofredus Canonicus von Regensburg entscheiden durch Compromiss den Streit zwischen dem Kloster Gleink und der Pfarre Sierning wegen der Kirche zu Dietach.*

Nos *Otto* dei gratia *Ecclesie Patauiensis Episcopvs, Arnoldus prepositus Sancti floriani, Magister Chunradus eiusdem loci Canonicus, Otto Decanus Laureacensis* ac *Magister Jofredus Canonicus veteris Capelle Ratispone* patere uolumus, quod, cum inter venerabilem *Abbatem . . et Conuentum de Glvnich* Ordinis Sancti benedicti patauiensis diocesis ex una parte et Dominum *Hæinricum Rectorem Ecclesie in Syrnich* ex altera super *Capella Tvdich* ac diuersis terminis ipsius Capelle et *Ecclesie Syrnichensis,* que omnia ratione quorundam priuilegiorum nomine Ecclesie sue petebat idem Abbas, esset materia questionis suborta, Tandem per uarios processus habitos hinc et inde in Nos tamquam conmuniter a partibus extistitit (sic) conpromissum ita uidelicet, quod quicquid arbitraremur inter ipsas, tenerentur sub pena Centum Marcarum puri argenti wiennensis ponderis firmiter obseruare. Media vero pars huius peccunie nobis Ordinario loci assignabitur a parte, que in toto uel parte arbitrio uoluerit obuiare, Reliqua cedet parti arbitrium seruare uolenti, Et persoluetur hec peccunia sine more dispendio ante omnem litis ingressum personis iam expressis. Nos vero auditis propositis et discussis contentionis

et iuris partium meritis In nomine patris et filii et spiritus sancti arbitrando primo duximus statuendum, quod *Ecclesia de Glvnich Capellam Tvdich* prefatam cum omnibus possessionibus, iuribus, terminis ipsius Capelle taliter nominantur*), *Curia decimalis an dem hævberch* domus una. *Curia sub monte* domus una. *In winchel* domus V. *Im Rêt* una. *In Tvdich* domus XV. *Im Graben* una. *In Stinchenekke* una. *Am Pranperg* una. *Distælberch* una. *In Glvnich* tres. *In talarn VI. In winchlarn* IIII^or^ *In Oede* tres. *In Hvlwarn VI. In Vnwirde* due. *Grillinperg* tres. *Reinbrehtsperge* quatuor. *In Oede* una. *In Schachen* una. *In Prantsteten* una. *In Tenne* due. Item *Tænne* una. *Hellær* una. *Pheffingen* tres. Item *in Tænne* due. *Im Rævte* due. *An der Lyten* una. *Ovf dem Hæuberch* tres. *In der Gruft* una. *Retro Capellam* una. *Sub silua* una. Arbitrati sumus etiam ad omnem iurgiorum materiam inposterum amputandam, quod predicti Abbas et Conuentus Renuntiabunt expresse omnibus Priuilegiis, gratiis ac uniuersis impetratis et impetrandis presentibus et etiam retroactis, que dissensionis huiusmodi materiam tangere uidebantur, Et insuper omni iuri et iuris actioni, sique eis conpetebat uel conpetere poterat ex uia qualicunque et super hoc nobis Ordinario loci ac prefato Rectori suas patentes assignabunt litteras Sigillis propriis consignatas. Ex alia vero parte sic duximus statuendum, quod dominus *Hæinricus Rector in Syrnich* et eius successores ipsam *Ecclesiam Syrnik*, possessiones, decimationes, terminos ac omnia iura dependentia ab eadem Matrice Ecclesia libere possidebunt in omnibus locis et terminis, in quibus tam ipse, quam predecessores sui supradicta hactenus possederunt, exceptis possessionibus *Capelle Tvdich* antedictis et possessionibus similiter *Capelle Stadel,* que *Tvdich Capelle* per conmutationem legitimam et perpetuo duraturam in ipso nostro arbitrio est adiuncta tum propter utilitatem euidentem tum propter necessitatem urgentem personarum et locorum, Nostra Ordinarii loci et Capituli Patauiensis super hoc interueniente Auctoritate pariter et assensu, sicut in instrumento inde confecto plenius continetur. Arbitrati sumus etiam, quod uniuersi alii parrochiam *Syrnichensis Ecclesie* ab eadem Matrice Ecclesia cuncta recipient ecclesiastica sacramenta. Et canonica rectoris *Ecclesie Syrnichensis*

*) Hier ist etwas ausgelassen, was im Codex — Kurz, Beiträge III, 349 — ergänzt ist.

institutio aput Episcopos Patauienses inperpetuum libera remanebit. In cuius rei testimonium et euidentiam presentes litteras nostrorum et ipsarum parcium sigillorum munimine duximus roborandas. Acta sunt hec *in Ecclesia Oppidi Patauiensis Episcopi Ebelsperch* Anno gratie M° CC° LX. III° Idus Maii, Indictione sexta, Pontificatus nostri Patauiensis Episcopi anno Nono.

Orig. auf Perg., woran acht Siegel hingen, von welchen aber nur mehr fünf, mehr oder weniger beschädiget, übrig geblieben sind. Stiftsarchiv Gleink. — Cf. N. CCCXVI.

CCCXXVII.

Circa 1263. 19. Mai. Wien. — *König Otackar trägt dem Schenken von Dobra auf, das Kloster Mondsee in den ruhigen Besitz der ihm bei Ischl geschenkten Güter zu setzen und es darin zu schützen.*

Otacharus Dei gratia Rex Boemiæ, Dux Austriæ et Styriæ, Marchio Moraviæ Fideli suo *Pincernæ de Dobra* gratiam suam. Volumus et mandamus, quatenus Abbatem de *Mense* in bonis illis in *Ischil*, quæ propter Deum et salutem animæ Nostræ Ecclesæ suæ contulimus, possessione gaudere facias pacifica et quieta, non permittens eum in eisdem a Salzmagistro vel ab alio quoquam ratione judicii vel advocatiæ seu alicujus Steuræ aliquatenus aggravari, quia bona eadem, quæ illi et Ecclesiæ suæ contulimus de Regiæ Celsitudinis Nostræ gratia speciali, ab omni exactione et advocatorum et judicum omnium potestate volumus esse libera omnimodis et exempta. Dat. *Wienn.* 14. Cal. Junii.

Chronic. Lunælac. 152.

CCCXXVIII.

1263. 3. Juni. Kremsmünster. — *Ulrich, Herzog von Kärnten, schenkt dem Spital am Pyhrn ein jährliches Almosen an Öl, Aalen, und Feigen gegen einen Jahrtag.*

In nomine domini amen. Ne ea, que fiunt in tempore, simul cum processu temporis a memoria hominum sicut umbra repente transeant et labantur, necesse est, ut scripture testimonio, quod obliuionis vitium non patitur, eternentur. Hinc est, quod nos *vlricus* dei gracia *Dux Karinthie, dominus carniole* ad notitiam vniuersorum presens scriptum intuentium cupimus peruenire, quod ob remedium patris nostri et domini *Bernhardi* felicis recordationis, progenitorum nostrorum et precipue, ut salus nostra ex hoc apud domi-

num augeatur, *ecclesie siue hospitali in pyrn* olei unam saumam, ducentas anguillas et ducentas petias ficuum de nostra libera voluntate donauimus annuatim. nos quoque nuncium predicte ecclesie circa purificacionem virginis gloriose annis singulis de predicta elemosyna tam diu tenebimur *in Karinthia* expedire, donec ipsi ecclesie tantum de redditibus super terram assignemus, vnde oleum, anguille et ficus comparari poterunt uel haberi. sed ut exinde in presenti vita salutis meritum reportemus, procurator predicti *hospitalis* cum suis sacerdotibus nostri habebunt memoriam benefactorum sicut aliorum suorum. vt autem nostra donacio robur teneat perpetue firmitatis, presentem cartam scribi prouidimus et sigilli nostri munimine in cautelam et euidens testimonium roborari. Testes vero sunt *Vlricus comes de Hevnenburch, magister albricus prepositus sancti virgilii, dominus heinricus noster capellanus, cholo de seldenheim, sifridus de Mernberch, nycolaus de Levnberch, Heinricus de Helphenberch, ortolfus de Strechwich, weriandus de Traberch, wlfingus de Treunstein, Ditmarus de Engelschalcvelde. Heinricus de Prunne, Fridericus de stadekke* et alii quam plures. Actum apud *Chremsmunster* anno M° CC° LXIII° III° nonas Junij.

Orig. auf Perg. mit gut erhaltenem Reitersiegel, k. k. geheim. Hausarchiv. Abgedruckt bei Hormayr, Werke III. 458, mit der Jahreszahl 1262.

CCCXXIX.

1263. 3. Juni. Kremsmünster. — *Ulrich, Herzog von Kärnten, weiset dem Kloster Kremsmünster den jährlichen Bezug einer gewissen Quantität von Öl, Aalfischen und Feigenkränzen an, zu einem Seelgeräthe für sich, seinen Vater und Vorvordern.*

In nomine Domini amen. Ne ea, que fiunt in tempore, simul cum processu temporis a memoria hominum sicut umbra repente transeant et labantur, necesse est, ut scripture testimonio, quod obliuionis vicium non patitur eternentur. Hinc est, quod nos *Vlricus* dei gratia *Dux Karinthie, dominus Carniole* ad noticiam vniuersorum presens scriptum intuencium cupimus peruenire, quod ob remedium patris nostri et domini *Bernhardi* felicis recordacionis progenitorumque nostrorum, et precipue ut salus nostra ex hoc aput dominum augeatur, ecclesie siue Monasterio in *Chremsmůnster* olei duas formas, Quadringentas anguillas et Quadringentas pecias ficuum de nostra libera voluntate donauimus annuatim. Nos quoque nuncium predicte ecclesie

circa Purificationem virginis gloriose annis singulis de predicta elemosina tamdiu tenebimus in *Karinthia* expedire, donec ipsi ecclesie tantum de redditibus super terram assignemus, vnde oleum, anguille et ficus comparari poterunt vel haberi. Sed vt exinde in presenti vita salutis meritum reportemus, Dominus Abbas et conuentus predicti loci singulis septimanis, in tertia feria vnam Missam de sancto spiritu, et quolibet die sabbati vnam missam de beata virgine, in quibus nostri habebitur memoria, facient celebrari. Vt autem nostra donacio robur teneat perpetue firmitatis, presentem cartam scribi prouidimus et sigilli nostri munimine in cautelam et euidens testimonium roborari. Testes vero sunt *Vlricus Comes de Hernenburch, Cholo de Seldenheim, Sifridus de Mernberch, magister Albricus Prepositus sancti virgilii, Nicolaus de Lewenberch, dominus Heinricus noster Capellanus, Heinricus de Helfenberch, Ortolfus de Strechwich, Weriandus de Traberch, Vluingus de Trewenstein, Dithmarus de Engelschalsvelde, Heinzo de Prune, Fridericus de Stadeke* et alii quam plures. Actum apud *Chremsmvnster* Anno M° CC° LXIII° III° non. Jvnii.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 104.

CCCXXX.

1263. 15. Juni. Ötting. — *Ulrich, Erzbischof von Salzburg, schenkt dem Kloster Ranshofen den Neubruchzehent zu Ethenau.*

Nos *Vlricus* dei gratia *sancte Salzburgensis ecclesie Archiepiscopus, Apostolice Sedis Legatus* vniuersis presens scriptum intuentibus declaramus, quod, quia sancte operacionis propositum ad effectum debet perduci celeriter, ne dilatum humana fragilitas illud adimat et consequenter diuina retribucio subtrahatur, nos Cupientes statum *Monasterii in Ranshouen* atque fratrum ibidem deo famulancium semper oportunis subuencionibus augmentare, ut per nos fulti subsidio salutari non solum hospitalitatem ibidem seruare, sed etiam fratres tanto conpetentius exinde ualeant sustentari, omnem *decimam noualium in Ethenau*, que ibidem culta sunt uel colenda fuerint in futurum, ad nos et ecclesiam nostram de iure pertinentem, id est duas partes decime, tercia parte parrochiali ecclesie reseruata, eidem Monasterio et fratribus ad usus damus perpetuos huius scripti testimonio precipue propter deum. Et ne super donacionem huiusmodi

dubitacionis seu calumpnie scruppulus (sic) a nostris successoribus uel quoquam alio predictis fratribus uel Monasterio ualeat in posterum suboriri, ecce presentem litteram ad robur perpetue firmitatis conscribi et sigilli nostri Karactere fecimus conmuniri. Datum *Otingen* XVII. Kalendas Julii Anno dominice incarnacionis Millesimo, CC. LXIII.

Orig. auf Perg. Das Siegel abgebröckelt. K. baierisches Reichsarchiv.

CCCXXXI.

1263. 15. Juli. Passau. — *Otto, Bischof von Passau, gibt die friedliche Ausgleichung des Zwistes bekannt, welcher zwischen ihm und Ulrich von Viehofen wegen Zehenten, Vogteien und anderen Dingen obgewaltet hat.*

Otto dei gratia Ecclesie ***Pataniensis*** Episcopus Vniuersis presentes litteras inspectvris salutem in domino. Ad perpetuam rei memoriam et ne res geste paciantur dispendium, prouida sapientum auctoritas scripture remedium introduxit. Quapropter tenore presentium vniuersitati uestre volumus esse notum, quod, cum ***vlricus de vihouen*** contra nos et Ecclesiam nostram super quibusdam decimis, aduocaciis, molendinis et quibusdam debitis ac aliis quibuscumque diuersas questiones haberet et super aliquibus predictorum predecessores nostri jnstrvmenta sibi satis ualida concessissent, tandem de consilio amicorum suorum et nostrorum fidelium hec compositio amicabilis interuenit uidelicet, quod idem vlricus cum vxore sua et heredibus suis cessit et renunciauit omnj iurj, actioni et impetitioni, que ipsis competebant uel uidebantur competere in Decimis, Aduocatiis, molendinis, debitis et omnibus aliis questionibus contra nos et Ecclesiam nostram Pataniensem, quod numquam super predictis uel aliquo predictorum ipse et uxora (sic) sua uel heredes sui aut aliquis amicorum suorum mouebunt vllam decetero questionem et omnia jnstrvmenta super predictis a predecessoribus nostris sibi concessa libere nobis ad sue cessionis cautelam perpetuam ressignauit (sic). Nos vero ipsius deuotionis affectum considerantes benigne viginti librarum redditus, qui vrbor dicuntur, de feudis, ***que per mortem Comitum de Hardekke Ecclesie nostre et nobis vacare ceperunt,*** sibi et filiabus suis, que ex diuisione hominum domini Ducis et nostrorum cedent Ecclesie nostre, feudali titulo contulimus tali forma, ut in proximo festo beati Martini et postmodum annis singulis in festo

judex noster in *sancto ypolito*, qui pro tempore fuerit, decem libras denariorum sibi persoluat, donec decem librarum redditus obtinuerit de feudis supradictis, quibus obtentis, uel si decem librarum redditus alias nobis vacantes nos uel successor noster sibi contulimus, extunc decem libre, quas aput Judicem sancti ypoliti recipiebat, vacabunt modis omnibus et siqua obtinuit de feudis Comitum predictorum. Si vero de feudis per mortem sepedictorum Comitum nobis uacantibus vltra viginti librarum redditus aliquid obtinuerit uel omnia ipsa feuda, ad quod etiam promisit intendere bona fide, id ipsum aput nos iuxta consilium nostrorum fidelium, si poterit et nobis placuerit, obtinebit, sin autem nobis et Ecclesie libere remanebit. In cuius rej testimonium presentem litteram nostro et Capituli nostri sigillis, cuius ad hec omnia voluntas accessit et consilium, sibi dedimus conmunitam cum Testibus subnotatis, Qui sunt hii: *Heinricus prepositus sancti ypoliti*, *Berhtoldus de Engelscalchsuelde*, *Vlricus de Pilichdorf*, *Johannes de Merswanch*, *Frater Heinricus de Merswanch ordinis fratrvm Theutonicorum*, *Heinricus de Radekke* et alij plures. Datum *patauie* Anno domini Millesimo CC. LXIII. Idus Julij, Pontificatus nostrj Anno Decimo.

Orig. auf Perg. Das erste Siegel stark beschädigt mit einem kleineren Gegensiegel. Das zweite abgefallen. Schlossarchiv Eferding.

CCCXXXII.

1263. — *Wernhart von Talheim entsagt zu Gunsten des Klosters Reichersberg seinem Vogtrechte über das Gut „an dem Hofe".*

Notum facimus vniuersis, quod *Wernhardus de Talheim* ob remedium anime sue iuris advocatie, quod habuit in Curia nostra, que dicitur *an dem Hof*, cedens nobis libere resignauit. Huius rei testes sunt *Heinricus de Riede*, *Herbordus de spreid serui ipsius Wernhardi iam dicti*, *Rvdegerus villicus*, *Levtoldus magister horrei*, *Aiglinus*, *Hermannus in Orto*, *Livtoldus*, *Einwicus*, *Wernhardus consobrinus*, *Wernhardus pistor*, *Ditricus Balneator*, *chunradus Molendinator*, *chunradus Bohemus*, *Livpoldus de lapidea foveu*, *Ditricus*, *Wernhardus faber*, *Wernhardus Calcifex*, *Ditmarus*, *Ditmarus molendinatores de Mvnstevr*, *fridericus faber*, *Gvntherv8*. Datum anno domini MCCLXIII. Indictione VI.

Aus dem Pergament-Codex zu Reichersberg.

CCCXXXIII.

1263. — *Frau Helena gibt dem Kloster Reichersberg als Seelgeräth den vierten Theil des Hofes in Pockenpach.*

Conuentus *Richerspergensis* Ecclesie. Notum sit vniuersis, quod domina *Helena* quartam partem Curie in *Pokchenpach*, cum tres partes eiusdem Curie prius et adhuc nostre sint, Ecclesie tradidit et donauit ob remedium anime sue pariter et salutem. Cuius rei testes sunt *dominus hærtnidus, dominus Herrandus milites de Ried. Herrandus Juuenis, Hugo de plintenganse n, Ekkelo, fridericus phnvrre, Jordanus, pilgrimus Junior tumoltsheimer. Chunradus de Mernpach, hærtwicus de pergarn. Ræhwinus, Otto de Cell serui domini Hærtnidj, Wernhardus consobrinus et Stephanus familiares nostri.* Datum anno domini MCCLXIII. Indictione VI.

Aus dem Pergament-Codex zu Reichersberg.

CCCXXXIV.

1263. — *Der Richter von Krems urkundet, dass Heinrich der Schmid, sein Weib und seine Tochter allen Ansprüchen auf zwei nach Garsten gehörige Hofstätte entsagt haben.*

Ego *Leupoldus Jvdex Chremensis* notum facio vniuersis hanc litteram inspecturis, quod *heinricus faber* et *uxor sua Mahtildis* et *filia alheidis* cum alio pueruio renunciauerunt omni ivri et iurisactioni, si quod eis conpetebat in duabus areis *Gerstensium* prope curiam ipsorum sitis, quas olim dominus *Otto clericus* a dictis *Gerstensibus* receperat ivre precario possidendas. Huius renuntiationis actio facta est circa ecclesiam predicatorum presentibus probis viris *Gozzone, Chunrado rufo, Helmwico, Chunrado Seveldario* et aliis multis. In cuius rei testimonium presentes sigillamus litteras ego et ciues antea notati. Pro ista renunciatione dedit dominus *Fridericus abbas* dictis renunciatoribus quatuor libras Wiennensis monete. Actum anno domini M? CC? LXIII.

Orig. auf Perg. mit einem angehängten Siegel. Stiftsarchiv Garsten.

CCCXXXV.

1263. Garsten. — *Friedrich, Abbt zu Garsten, verleihet Ulrich dem Vintsgut den Hof in Liuntinge sammt vier Mansen gegen jährlichen Zins.*

Nos *Fridericus* dei gratia *ecclesie Gerstensis abbas* et Conuentus Notum fieri volumus vniuersis hanc litteram inspecturis, quod, cum olim *Chunradus dictus pervvinder civis de Linza* Curiam nostram in *Livntinge* cum quatuor mansis ibidem circumpositis ab ecclesia nostra ivre, quod vvlgo *purchreht* dicitur, habuisset et post ipsius obitum nati euisdem *Chunradus et heinricus* propter inopiam *vlrico vintsgůt* marito sororis ipsorum ivs predictum liberaliter contulissent ac in nostris manibus corporaliter resignassent eo pretextu, quod dicto *vlrico* recognoscere deberemus iusticiam, que prefatis heredibus in dictis prediis conpetebat, nos ipsorum precibus inclinati dicta predia sub ivre premisso vlrico contulimus memorato videlicet tali pacto, quod ipse ac sui heredes in Natiuitate beate Marie virginis nobis persoluant decem et octo solidos annuatim et post obitum *Alhaidis relicte prefati Chunradi pervvindarij* sexaginta denarij supercrescant et sic deinceps viginti solidorum pensio in predicto termino persoluetur. Quod si sepe dictus *vlricus* et vxor ipsius *Jvta* nomine heredes non habuerint, ipsis defunctis dicta curia cum prediis ad ecclesiam libere reuertatur, vel si forte propter inopiam vel casum quemlibet alienare contigerit eosdem, ivs et predium ante dictum nobis prius offerant nostris usibus redimendum, ante quam ad manus alienas transeat, tenore quolibet occupandum. Actum et datum *in Gersten* Anno domini M°. CC°. LXIII°., Testibus subnotatis, qui sunt hij: *frater Heinricus* et *frater Duringus predicatores de Linza*, *walchvnus officialis de Losenstain et filius suus Heinricus dictus grabner*, *Heinricus decimator de perge et filius suus wernhardus*, *Chunradus perwinder*, *Dietmarus vintsgůt*, *Heinricus vintsgůt*, *Arnolt de Linza et filius suus Heinricus*, *Chunradus de Linza* et *wulfinger* et *vlricus* et *Heinricus* et *perngerus*, *Ortlinus de familia domini abbatis*, *Alber saxo scolaris* et alij quam plures.

Orig. auf Perg. mit den wohl erhaltenen Siegeln des Abbtes und Conventes. Stiftsarchiv Garsten.

CCCXXXVI.

1263. — *Ernst und Hildegard von Stein geben dem Krankenhause des Klosters Kremsmünster Güter, Zehnten und Holzgründe zur Stiftung eines Jahrtages und Frohmahles.*

In nomine domini Amen. Qvia variacio temporum noticie causam nouercatur, legum vvlt scrupulus, seriem geste rei fidelis scripti pagina certoque testimonio sollerter ac fideliter confirmare. Ego itaque *Ernestus miles et Hiltkardis de Lapide* ad noticiam uniuersorum cupimus peruenire et presentibus protestamur, quod ob remedium animarum nostrarum et predecessorum nostrorum ecclesie *sancti Agapiti in Chremsmvnster* tradimus et assignamus ad officium Infirmarie hos redditus percipere propter deum: vnum feodum *in der Swerze apud Petenbach,* quod soluit tres solidos denariorum in Natiuitate beate virginis, exceptis presentacionibus festorum, quod vvlgariter dicitur *Waeisat.* Item predium retro pomerium, in quo residebamus, quod similiter persoluit III. solidos denariorum. Item decimam eiusdem predii, que ad minus ad LX denarios estimatur. Item X. iugera lignorum super *Schachen.* Et hec contradidimus tali modo, ut singulis annis in anniuersario nostro, hoc est II. nonas Septembris, a fratribus ecclesie communiter nostrarum fiat commemoracio animarum, et vt dictus magister Infirmarie ob hoc predictis fratribus de premissis redditibus consolacionem hanc faciat illo die, videlicet vt cuilibet fratrum unus potus vini et vnus albus panis cum vno bono ferculo ministretur, hoc addito et adiuncto, ut, si magister Infirmarie vel dominus abbas, qui pro tempore fuerit, predictos redditus ab ecclesia per feodum vel alio modo voluerit alienare, quod extunc ipsi redditus ad heredes nostros proximiores sine mora saluaque sit eis questio repetendi. In cuius rei testimonium et munimen testes infra scriptos duximus annotandos: Dominus *Merboto de Ód, Dominus Chvnradus de Rotenpaumgarten, Heinricus et Otto de Ahlyten, Hertwicus Deus, Otto de Chůperch, Heinricus de Egendorf, Otto Pavzwekk, Rvgerus in Ripa, Chvnradus Pernsvn Comes, Catenarius, Richerus de Edelspach, Johannes de Achlyten, Otto de Chremsdorf, Nezzelpekh, Chvnradus iuuenis de Aschperch, Alramus de Lavterbach, Ortolfus notarius.* Actum et datum anno domini M°. CC°. LX. III.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 105.

CCCXXXVII.

1264. 9. April. Passau. — *Otto, Bischof von Passau, gewährt dem Abbte und Convente zu Baumgartenberg die Bitte, jährlich ein Talent Salz von ihren eigenen Salzwerken mautfrei bei Passau vorüberführen zu dürfen.*

Nos *Otto* dei gracia *Ecclesie Patauiensis Episcopus* Notum facimus vniuersis presentes literas inspecturis, Quod ad eterne felicitatis premia nobis sperantes firmiter peruenire, si per nos personis deo deuotis, qui crucem domini in aff . . . . . baiolant non solum pro sua ymo pro tocius Ecclesie salute in sudore wltus sui spiritualium gaudiorum et orationum suarum domino victimas incessanter offerunt, aliqua caritatis subsidia, quibus in hoc laborioso certamine refecti quandoque temporaliter deo militare possint comodius ministrantur, de consilio et petitione Venerabilis Capituli nostri patauiensis Dilectis nobis in christo Abbati . . et Conuentui Monasterij sancte Marie in *pawngartenperge* ordinis Cisterciensis nostre diocesis de gracia concedimus speciali, ut vnum talentum salis maioris ligaminis de proprijs suis salibus vna uice aput *patauiam* sine muta et exactione qualibet transducant uel transduci faciant annuatim, sub interminacione diuini judicij inhibentes, ne quis officialium nostrorum uel successorum nostrorum eundem Conuentum presumat contra indultum hoc offendere uel de predictis salibus aliquid extorquere, maxime cum inter cetera oracionum suarum suffragia, quibus nos et Capitulum nostrum participes statuerunt, hoc duxerint specialiter adiungendum, quod in nostro successorumque nostrorum et omnium fratrum Capituli nostri obitus uel deposicionis die missam et vigilias tamquam suis fratribus celebrabunt et nichilominus singulis annis vno die, qui magis ipsis opportunus videbitur, pro remissione omnium pontificum et Canonicorum patauiensis Ecclesie commemoracionem faciant solempniter defunctorum. Vt autem premissa omnia pro nostra successorumque nostrorum et tocius Capituli nostri salute et sepedicti Conuentus necessitate prouide ac salubriter ordinata rata permaneant nec per maliciam aut calumpniam possint ab aliquo infirmari, presentes literas nostro et Capituli nostri Sigillis comuniri fecimus in testimonium et cautelam. Sunt autem hij testes: *Meingotus* prepositus, *Boppo decanus, Bernhardus de Morspach, Henricus de Ramung, Hainricus de Haidendorf, Albertus Comes de Rotenegk, Siboto de Tanneberg,* Magister *Hartwicus Scolasticus, Otto Cantor, Bernhardus de pram-*

bach Canonici, *Siboto de Lonstorf, Heinricus de Radegk* et alij quam plures. Datum *Pataule* Anno domini Millesimo ducentesimo Sexagesimo quarto, septimo jdus Aprilis, Pontificatus nostri Anno vndecimo.

Aus der Bestätigungs-Urkunde des Bischofs Leonhart von Passau vom 4. Mai 1430 im Museum zu Linz.

CCCXXXVIII.

1264. 27. April. Aterhofen. — *Berthold, Bischof von Bamberg, und die Brüder Heinrich und Bernhart von Schaunberg verlegen das Hofmarchrecht von Aterhofen nach St. Georgen im Atergau und verordnen den Bau eines neuen Amtshauses daselbst.*

In nomine domini Amen. Nos *Bertholdus* dei gracia *Babenbergensis Episcopus et Nobiles Heinricus et Wernhardus de Schaunberch fratres* Vniuersis presentes literas inspecturis geste rei noticiam. Que memoriam hominum excedunt, necesse est scripture testimonio conmendare, ne in recidiue contentionis scrupulum relabantur. Constare igitur uolumus declarando, quod Hofmarchiam, que quondam in *Aterhouen* fuit, nunc aput ecclesiam *Sancti Georij in Atergev* conmuni consilio et consensu ordinauimus et statuimus perpetuo obseruandam, Deputantes ibi locum iudicij, in quo domum ad hoc aptam edificari disposuimus ab officialibus Episcopatus ad exercendum et expediendum, quicquid ius Hofmarchie requirit ex approbata consuetudine et antiqua. Ad securitatem autem et habundantem cautelam uolumus, si aliquod periculum uel inimicicie generales oriantur, que . . (merito ?) . . cadere debeant in constantes, die placiti ecclesia et turris aperiantur et exhibeantur custodiende per iudicem et officiales Episcopi, qui pro tempore fuerit (sic), donec finem debitum sorciatur. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillis nostris fecimus conmuniri. Datum apud *Aterhouen* Anno domini Millesimo CC. LX. IIII. proxima die dominica post Georij.

Orig. auf Perg., die zwei Hängesiegel verloren, die Urkunde selbst hat durch Unrath gelitten. Schlossarchiv Eferding.

CCCXXXIX.

1264. 22. Mai. Grafenstein. — *Ulrich, Herzog von Kärnten, schenkt nach Kremsmünster Güter im Thale Zumoltsberg und eine Mühle bei Schratenberg mit freier Gerichtsbarkeit.*

In nomine domini amen. Ne ea, que geruntur in tempore, simul cum tempore repente transeant velud vmbra, necesse est, vt omnis actus dignus memoria scripture testimonio, cui non inest obliuio, eternetur. Nos igitur *Vlricus dei gratia dux Karinthie, dominus Carniole* vniuersorum presens scriptum intuencium noticiis inculcamus, quod nos ob reuerenciam virginis gloriose pro remedio et venia delictorum nostrorum progenitorum, et vt salus nostra fiat amplior et pocior apud deum, Monasterio *sancti Agapiti in Chremsmůnster, ordinis sancti Benedicti* duos Mansos sitos apud *sanctam Mariam Magdalenam*, duos Mansos sitos *ad sanctum Georgium in valle Zvmoltzperge*, et vnum Molendinum, in quo piscator residet in fluuio, qui dicitur *Wůnwitz* circa *Schratenperge*, cum omnibus suis pertinenciis cultis et incultis, quesitis et inquirendis, pomariis, siluis, pratis, pascuis, viis, deuiis, piscationibus, aquarum decursibus, hominibus propriis et liberis, ac omnibus iuribus, quocumque censentur nomine, libere et absolute donauimus perpetuo possidendos. preterea predictos mansos et molendinum cum eorum colonis exnunc eximimus ab omni judiciaria sev exactoria potestate ita, quod nec Jvdex noster nec Officialis nec preco neque exactor cum predictis bonis suisque incolis quicquam habeat ordinare, Sed si quis racione furti, homicidii uel maleficii ad mortem fuerit contempnatus, is nudus nostro Judici assignetur, rebus remanentibus predicto monasterio vniuersis. licebit quoque nunciis supradicti Monasterii supradicta bona, cui voluerint, commendare, nullum ius nobis in ipsis bonis penitus reseruantes, excepto, quod grauamina, si que in ipsis bonis Monasterium sustinebit, sine dampno et preiudicio ipsius Monasterii retractemus. Et vt nostra donacio, sicut superius est expressa, robur teneat perpetue firmitatis, presentem Cartam scribi prouidimus et sigilli nostri munimine roborari in euidens testimonium et cautelam. Huius etiam rei testes sunt *Wernhardus dictus Chnevzl. Wilhelmus de Minchendorf, Heinricus de Helfenberch, Heinricus. Durenchardus et Ortolfus nostri Capellani, Chvnradus et Fridericus nostri Notarii, Gvntherus Officialis, Heinricus filius Siglochi,*

Ramungus et alii quam plures. Actum *in Grauenstein* Anno domini M°. CCL°. XIIII°. xi. kalend. Junij.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 106.

CCCXL.

1264. 25. Mai. Kremsmünster. — *Gegen Verschreibung zweier Höfe wird vom Abbte und Convente zu Kremsmünster dem Konrad von Aschberg eine lebenslängliche Pfründe, geistige Bruderschaft und ein ewiger Jahrtag mit einem Frohmahle für die Brüder zugesichert.*

In nomine domini Amen. Ne res gesta inter uiuos temporum fluxu obliuionis detrimentum uel dispendia paciatur, nos *Berchtoldus* sola miseracione diuina abbas ecclesie in *Chremsmvnster* et totus conuentus ibidem per presencium continenciam noticie modernorum et futurorum duximus intimandum, quod dominus *Chvnradus de Aschperch filius domini Ernesti* de consensu uxoris sue et filiorum suorum ob remedium anime sue curiam quandam in *Lampach* cum omnibus suis pertinenciis ecclesie nostre tradidit et donauit, et quod eandem sibi de gracia speciali reconcessimus ad dies tantummodo uite sue, ita tamen, si uita sua ultra sex annos fuerit prorogata, quod extunc curia sua in *Rotenpaumgarten* post dies uite sue similiter eodem iure quantum ad proprietatem et possessionem ecclesie nostre cedat sine contradictione qualibet inperpetuum possidenda. Et si infra illos VI. annos migrauerit ex hac luce, nec dicta curia in *Lampach* sit ab *Alhartingario* pro XX. libris liberata, super ipsa curia in *Rotenpaumgarten* pro redemptione XX^ti^. talenta habeantur Wiennensium. Finitis vero VI. annis si post decursum uite sue nec dum dictam curiam liberauit, quia iam prefata curia in *Rotenpaumgarten* vna cum priori cessit totaliter iuri nostro, pro illis XX. libris omnia, que a nobis obtinet in pheodo, nobis sunt et erunt modis omnibus obligata. Nos autem ipsius deuocionem uersa uice circa nostram ecclesiam attendentes eidem domino *Ch.* prebendam unius domini in uictu et uestitu preter cucullam, fraternitatem domus nostre necnon participacionem omnium bonorum, que apud nos fiunt, indulsimus et indulgemus liberaliter propter deum, firmiter promittentes, ut, cum suus nobis obitus fuerit nunciatus, quod infra sex rastas ipsum defunctum ad sepeliendum nobiscum transducere debeamus, et quod in anniuersario suo potus uini et unus pulcher panis cum ferculo quali-

cumque amministretur fratribus annuatim, nichilominus hoc adiecto, quod, si predictorum bonorum per nos uel successores nostros ab ecclesia nostra fiat alienacio qualiscumque, quod ex tunc filii dicti domini *Ch.* eorumdem potestatem habeant repetendi. Ne igitur super hiis, que promissa sunt, aliqua possit in posterum questio uel dubietas suboriri, ad tollendam omnem ambiguitatem et maiorem certitudinem retinendam presentes litteras sigillorum nostrorum munimine et domini *Alberonis de Pollenhaim*, ipsius quoque domini *Ch.* cum subnotatis testibus confirmare duximus in testimonium euidens et cautelam. Sunt isti testes: Dominus *Merboto de Ód, dominus Hertwicus dens et filij eius, dominus Ernestus de Lapide, Heinricus et Otto fratres de Achliten, Johannes filius Heinrici, Otto de Chvperg, Heinricus* et *Ortolfus de Egindorf, Vlricus de Tůdaech, Richerus de Edelspach, Chvnradus* et *Raeichkerus fratres de Aschperch, Alramus de Lautterbach, Rvgerus in Ripa* et alii quam plures. Datum et actum in claustro nostro In die sancti Vrbani, anno domini M. CC. LXIIII.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 107.

CCCXLI.

1264. 12. Juni. Apud claustrum Wilheringen. — *Berthold, Bischof von Bamberg, erklärt, dass bis zur Entscheidung des Streites mit den Herren von Schaunberg wegen des Schlüssels zu dem Thurme zu St. Georgen der Richter derer von Schaunberg denselben zu sich nehme.*

Nos *Bertholdus* dei gratia *Babenbergensis Episcopus* Notum facimus vniuersis, quod, cum super assignationem clauis ad *Turim Sancti Georij in Atergeudorf* inter nos et Nobiles viros dominos *de Schowenberch* orta fuisset materia questionis, eandem clauem in placitis, que judex dictorum nobilium ibidem habebit, eidem judici sine nostro et eorum preiudicio ad nostrum reditum fecimus assignare ita tamen, si comunis timor medio tempore fuerit, nostri homines cum judice in eadem turri se recipient pro tutela. Et post reditum nostrum ad easdem partes nos et dicti nobiles arbitros, qui nostris placitis prius interfuerunt, tenebimur inuocare et quicquid ijdem per iuramentum requisiti dixerint de eadem claue, nos et ipsi ratum tenebimus atque firmum et omnia alia, que in literis prioribus continentur de forma composįtionis inter nos et dictos nobiles, per eosdem arbitros ordinata. In cuius rei testimonium presens scriptum nostri sigilli

robore fecimus communiri. Datum *apud Claustrum Wilheringen* Anno domini M° CC° LXIIII° Quarta feria post diem pentecostes.

Strein, genealogische Handschriften im ständischen Archive zu Linz.

CCCXLII.

1264. 16. Juni. Kirchdorf. — *Berthold, Bischof von Bamberg, bestätiget dem Kloster Gleink die von seinen Vorfahren Otto I., Otto II. und Engelbert gegebenen Besitzungen, namentlich in Windischgarsten, in Hag und Wienerwege, dann das Vermächtniss des Ritters During Grasgulle.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritvs sancti. Amen. *Bertholdvs* dei gratia *babenbergensis ecclesie episcopus* Uniuersis hanc paginam inspecturis salutem in domino. Omnia facta temporis de facili caderent a memoria mortalium animarum, si scripture testimonium quasi eternalia ipsis non imponeret fundamenta. Quare cum dilectus nobis *Chvnradvs venerabilis Glunicensis ecclesie abbas* sua nobis exhibuerit instrvmenta, quibus per antecessores nostros sua exstitit ecclesia memorabiliter possessionibvs et iuribus eleuata, nos, ut de pingui gratia pingviorem iuris subsequentiam faciamus *ecclesie Glvnicensi*, que de sinu et precordiis nostre manauit ecclesie sic fundata, quod eidem in nullo deesse aliquatenvs debeamvs, omnes possessiones a predecessoribvs nostris traditas eidem monasterio in siluis, pascuis, terminis, *lacv* etiam *in windischgersten* nominatim expresso, et in *hag* et in *wiennerwege* prediis positis et donatis eidem, vel vbicumque nomine *babenbergensis ecclesie* ad dictum defluxit cenobium predium aliquod de iustitia spetiali, liberali gratia confirmamvs et ratum habemvs, quicquid in priuilegiis dicti monasterii nobis est exhibitum et ostensum, videlicet *primi et secundi Ottonis et episcopi Eigelberti*, quorum trium publica instrvmenta taliter approbamvs, quasi a nobismet ipsis specialiter exiuissent. Preterea quia dictum monasterium gaudet specialiter eo iure, quod ecclesie nostre barones et milites sua possint phevda, que a nobis obtinent, illi monasterio delegare, nos quandam *curiam in schachen*, quam *dvringvs miles dictus Grassgulle* deputauit cenobio memorato, recognoscimus legitime donationis titulo fratribus ipsius monasterii per eundem *dvringvm* fuisse traditam et donatam et huivsmodi delegationem, sicut est dignum, favorabiliter amplexamvr, Nolentes omnino, quod aliquis officialium nostrorum vel iudicum abbatem et fratres sepe dicte monasterii debeat in hac et consimili

gratia perturbare. Futuris etiam discriminibus obuiantes presenti scripto volumus esse cautum, sicut etiam antecessores nostri statuerunt firmiter obseruandum, ne quis abbas et conuentus *Monasterii Glvnicensis* preter fundatoris sev aduocati sui licentiam et consensum quamcunque possessionem Cenobii memorati alienare audeat uel presumat, jn penam cuiuscunque emptoris periculum amissionis interminantes. Vt autem hec omnia uigoris et roboris habeant firmitatem et a nullo successorum nostrorum valeant cassari vel infringi, Sigilli nostri mvnimine duximus roboranda, Testibus subnotatis: *Perhtoldus abbas de chremsMunster, Pernhardus hospitalarius de pirn, Ditmarus plebanus de chirichdorf, Magister Heinricus medicus. Ditmarus Sacerdos de hag, Albero capellanus, Ditmarus de Sancto Stephano. Otakerus de Slirbach, Fridericus, Richervs fratres de hagwalde, Rődigerus de Zůcha, Chunradus, Lődwicus fratres de Zůcha, Otakerus, Gotfridus fratres de lv̊terbach, Ditricus Gerber, Tyrolfus magister coquine* cum multis aliis. Datum *apud Kyrichtorf* Anno domini M° CC° LX° IIII° Sexto decimo Kalendas Julij.

Orig. auf Pergam. Das Siegel beschädigt. Stiftsarchiv Gleink.

CCCXLIII.

1264. 30. Juni. Greimharsteten. — *Heinrich und Bernhard von Schaunberg bestätigen einen Tausch zwischen Wilhering und den Brüdern von Zell.*

Heinricus et Bernhardus fratres de Schőmberch uniuersis christi fidelibus perpetuam in domino salutem. Vigilanti studio et propensiori cura, prout rerum casus postulat ea, que recte geruntur, ne incuria aut insolertia ullatenus obliuioni tradantur, scripto creduntur memorie commendanda. Ne igitur posterorum destruatur ignorantia uel leuitate, quod compositum est diligentia predecessorum, Nos *Heinricus et Wernhardus de Schőmberch* presentibus ac posteris constare uolumus legittimum quoddam et stabile concambium, quod factum est inter *domum sancte Marie in Wilhering* et *fratres de Cell, Ditricum, Bernhardum et Leonem*, uidelicet quod dominus *Abbas Ernestus de Wilheringe* cum consensu fratrum suorum dedit duo *allodia*, unum, quod dicitur *Cogel*, et alterum in *Grillenberge* et *curiam in Sinzenauue*, quam *Fridericus dictus de Sinzenouue* prenotate domui donauerat ob suorum ueniam peccatorum, pro quodam *allodio* sito *in Neudorf*, quod accesserat *Ditrico de Cell* ex patrimonio et ipse in dotem dederat *uxori sue Heduuigi*

filie Pillungi. Ipsa uero domina *Hedeuuigis uxor predicti Ditrici de Cell* coram uiris prudentibus et honestis huic doti spontanee renuntiauit tali pacto, ut *curiam in Sinzenouue* pro recompensatione dotis sibi debeat assignari, quod et factum est. Quod si processu temporis quis *domum de Wilheringe* impetierit, pro suscepto *allodio in Neudorf* sepe dicti *fratres de Zell* ipsum absoluere tenentur. Pari modo dominus *Abbas de Wilheringe* tenetur respondere pro *curia in Sinzenouue.* Proinde ne qua obliuionis incuria huius rei memoria poterit infirmari, necessario eam fecimus presentis charte descriptione annotare et sigillorum nostrorum munimine insigniri. Huius rei testes sunt *Leůtoldus Prúscinch, Marquardus de Alheimstorf, Wernherus de sancto Vito, Albertus Camerarius, Chunradus de Alheimstorf, Heinrich Volchrat, Wernhardus de Neussoltinge, Ditmarus de Mulberg, Wernhardus officialis et Vulfingus filius suus, Aluuikus iudex et filii sui, Wolfkerus officialis* et alii quam plures. Actum *in Greimharsteten* Anno domini M. CC. LX. quarto, in festo Joannis Baptiste.

Copie im Stiftsarchive zu Wilhering. — Stülz, Wilhering 533.

CCCXLIV.

1264. 1. Juli. Linz. — *Gerichtsbrief Chunrats von Sumerau, Richters ob der Enns, womit er das Gut Spek dem Kloster Garsten zuerkennt.*

Ego *Chunradus de Sumerawe Jvdex prouintie austrie superioris* presentibus litteris cupio fieri manifestum, quod venerabilis *Gerstensis abbas Fridericus* in nostro consistorio apud *Linzam* sollempniter obtinuit et honeste *curiam* dictam *speke*, quam tenuit *dapifer de Crizenstein* et nos per *publicum nuncium Jvdicii Ottonem* dictam curiam dedi abbati prefato. Datum et actum *jn Linza* anno domini M°. CC°. LX°. IIII^{to}. jn octaua Johannis baptiste. Testes sunt Dominus *Ditricus pincerna de Dobra, Trostlinus, Rvgerus de prvschinch*, Dominus *vlricus de capella*, Dominus *Otto de truna, Chunradus Schermer, heinricus de aliten, Ortolfus de Chersperch, Richerus de Stadel, Marquardus de priuhauen* et alii plures.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Garsten. — Kurz, Beiträge II, 558.

CCCXLV.

1264. 3. August. Passau. — *Otto, Bischof von Passau, genehmiget die Stiftung der Pfarrkirche Zwettel.*

Nos *Otto* dei gratia *patauiensis ecclesie episcopus* notum facimus uniuersis presentes litteras inspecturis, quod, cum *Ulricus de lobenstain* vir discretus quedam noualia in possessionibus suis sitis in terminis ecclesie de *Grimarsteten* plantauerit et ecclesiam dictam *Zwetlich* ibidem fundare cogitet domino adiuuante, nos de consilio et voluntate capituli nostri et ad preces dilectorum in Christo Abbatis et conuentus in *Wilhering*, ad quos ius patronatus ecclesie in Grimarsteten pertinet, et ipsius Ulrici de lobenstain, de iuribus eiusdem ecclesie, ne ulla in futurum inter ipsam et matricem ecclesiam questio aut discordia oriatur, sic duximus statuendum, ut plebanus de Grimarsteten, qui pro tempore fuerit, in ecclesia Zwetlich tanquam filiali instituendi sacerdotem ydoneum, quandocumque necesse fuerit, qui eandem in diuinis et sacramentis ecclesiasticis procuret omnibus, et eundem remouendi culpis suis poscentibus liberam habeat facultatem. Nec in eadem ecclesia recipietur aliquis ad diuina preter eos, qui fuerint in iam plantatis per predictum Ulricum de lobenstain noualibus constituti, qui etiam dicto sacerdoti minores decimas et oblaciones quottidianas, prout dominus ipsis inspirauerit, integraliter exhibebunt. Illi uero, qui per patrem suum noualibus insident dudum plantatis, apud matricem ecclesiam de Grimarsteten tantummodo recipient ecclesiastica sacramenta et eam ueluti suam parrochialem ecclesiam frequentabunt. Et nihilominus predictus Ulricus de lobenstain dotem et aream dabit eidem ecclesie de Zwetlich competentem et alias sacerdotem eundem adiuuabit in necessariis, quod possit commodius ecclesie deseruire, Nec tamen ipse uel heredes sui, sicut etiam in nostra protestatus est presencia, habebunt in presentacione uel aduocacia predicte ecclesie quicquam iuris, sed eam pure propter deum sine aliquo emolumento temporali defendant ab iniuriis, quantum possunt. Et ne in posterum a quoquam contrarium attemptetur, presentes litteras conscribi et sigillo nostro communiri fecimus cum testibus subnotatis, qui sunt hi: *Poppo decanus, Ulricus de Stiria, Siboto de Tanberch, Albero comes de Rotnek, Magister Hertwicus, Otto Cantor,* Canonici ecclesie nostre, *Ditricus abbas de Alderspach, Hermannus abbas de Altach, Henricus pre-*

positus sancti Ypoliti, Otto de Truna, Ulricus de Chappele, Siboto de lanstorf, Conradus de Hartheym et alii quam plures. Datum *patauie* Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, Tercio nonas Augusti, pontificatus nostri Anno undecimo.

Kurz, Beiträge IV. 544.

CCCXLVI.

1264. 15. August. — *Gründung der Pfarrkirche zu Zwettel durch Ulrich von Lobenstein.*

Constat adtestante beato Gregorio, quod quicquit misericorditer ac pietatis respectu inpenditur, et auctorem suum adiuuare et in die retributionis optatum ei premium adportare. Laudabilis est scripture thesaurus et super avrum et topazion diligendus, nam per ipsum omnis facti perpetua manet recordatio, quam detergere non valet prolixa temporum decursio. Notificamus igitur huius scripti continentia vniuersis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris, quod Nos *Vlricvs de Lobenstain* fundauimus *ecclesiam in Zvetlik*, que sita est in terminis *ecclesie Greimharsteten*, vt ibi sacerdos residens collocetur, qui ipsam inofficiet officiis diuinis fideliter ac deuote, cui nos tribuimus dotem et aream et alia necessaria, vnde conmode poterit sustentari. Dominus vero *abbas de Wilheringe* et *plebanus de Greimhartsteten* ipsi sacerdoti etiam in subsidium uite temporalis cottidianum questum cum minoribus decimis indulgebunt. Apud quam ecclesiam recipient sepulturam et alia ecclesiastica sacramenta omnia novalia, que plantauimus tempore vite nostre. Illa vero noualia, que pater meus felicis memorie plantauit in supra memorata *ecclesia Greimharsteten* ecclesiastica recipient sacramenta. Vnde tenore presentium protestamur, nullum ivs sev petitionem aliquam in collatione *ecclesie Zvetlik* nos uel nostros posteros habituros, Sed *plebanus de Greimharsteten* sacerdotem sepedicte ecclesie instituet et destituet secundum quod sva merita postularint, Solo excepto, quod ipsum sacerdotem defendemus sine omni emolumento temporali. Vt autem hec rata permaneant et inconcvssa, presentem cartam super ea conscriptam mandauimus nostri sigilli munimine roborari Testes sunt hii, quorum nomina sunt subarata: Dominus *Vlricus de Chappell, Siboto de Lonstorf, Chvnradus de Hartheim, Sigehardus pybero, Rědelo pyber, Wŏlflinus de hartheim, Eberhardus de Tobel, Chvnradus dictus Wachrainer*

et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXIIII. In assumptione sancte Marie virginis.

Orig. auf Perg., das Siegel ist verloren. Stiftsarchiv Wilhering. — Hoheneck III. 356. Stülz, Wilhering 535.

CCCXLVII.

1264. 24. August. — *Ernest, Abbt von Wilhering, bezeugt und genehmigt seinerseits die Stiftung der Pfarre Zwettel durch Ulrich von Lobenstein.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Frater *Ernestus dictus abbas in Wylheringe* Cunctis christi fidelibus tam presentibus quam futuris hanc paginam inspecturis perpetuam in domino salutem. Commendanda sunt memorie litterarum ea, que apud posteros possint obliuionis vel cuiuslibet contrarietatis offendiculo vacillare. Ne humana obliuio negligentie aut litis fiat occasio, Presentibus et futuris notum facimus, quod ex consensu nostro et nostrorum fratrum Dominus *Vlricus de lobenstaein* fundauit *ecclesiam in Zvetlik*, que sita est in terminis *ecclesie in Greimharsteten*, vt ibi sacerdos residens collocetur, qui ipsam inofficiet officiis diuinis fideliter et deuote, cvi tradere tenetur dotem et aream et alia necessaria, vnde commode poterit sustentari. Nos vero frater *Ernestus dictus abbas in Wilheringe* et *plebanus in Greimharsteten* ipsi sacerdoti etiam in subsidium uite temporalis cottidianum questum cum minoribus decimis indulgemus. Apud quam ecclesiam recipient sepulturam et alia ecclesiastica sacramenta omnia novalia, que supra dictus dominus *Vlricus* plantauit tempore uite sue. Illa vero novalia, que pater ipsius felicis memorie plantauit, in ante memorata *ecclesia Greimharsteten* ecclesiastica recipient sacramenta. Quare tenore presentium protestamur, nullum ius uel aliquam petitionem in collatione *ecclesie in Zvetlik* ipsum dominum *Vlricum* uel suos posteros habituros, Solo excepto, quod ipsum sacerdotem defendere et tuere (sic) promisit sine omni emolumento temporali. *Plebanus* itaque *de Greimharsteten* sacerdotem sepe dicte ecclesie instuet et destituet secundum quod sua merita postularint. Vt autem hec rata permaneant et illibata, presentem cartam super ea conscriptam fecimus nostri sigilli munimine roborari. Huius rei testes sunt Monachi de domo nostra: frater *Chvnradus Prior, Mehtfridus subprior, Otto maior cellerarius, Albrandus custos, Otto cantor, Sifridus infir-*

marius, Heinricus vestiarius et alii quam plures. Actum anno domini M° CC° LX° quarto jn festo sancti Bartholomei Apostoli.

Orig. auf Perg., mit Siegel. Schlossarchiv Riedeck. — Stülz, Wilhering 536.

CCCXLVIII.

1264. 8. September. Gamnich. — *König Otackar erklärt seinen Amtleuten und Dienstleuten wiederholt, dass er das Kloster Mondsee in seinen Schirm genommen, den Abbt zu seinem Hofcaplan ernannt und es von aller Maut befreit habe.*

Otacharus Dei gratia Bohemorum Rex, Dux Austriæ et Styriæ, Marchio quoque Moraviæ Dilectis fidelibus suis omnibus Ministerialibus, judicibus, Mutariis per *superiorem et inferiorem Austriam* Constitutis gratiam suam et omne bonum. Sicut semper litteris et Legationibus Nostris vobis intimavimus, sic tenore præsentium significandum duximus iterato, quod propter honesta et fidelia servitia, quæ nobis ac nostris exhibuit et semper exhibere non desinit, Dominum Abbatem de *Mœnse* totumque Conventum suum in nostram protectionem recepimus et favorem, quem Abbatem specialem Capellanum Nostræ Curiæ asscribentes hanc sibi faciendo gratiam specialem, ut omnia victualia sui Claustri per totam terram Nostram et per aquas traducere debeat sine exactione qualibet atque Muta non obstante, si forte Mutas nostras vel judicia aliis quam Officialibus Nostris dabimus vel locabimus aliquando. Si quis autem judicum vel Mutariorum apud *Chremsam, Stain, Ipsam, Muthuzen* sive *Lintzam* hanc donationis nostræ gratiam infregerit ullo ausu, sciat se Majestatem nostram graviter offendisse. Datum apud *Gamnich* VI. Id. Septembris.

Chronic. Lunælac. 151.

CCCXLIX.

1264. 13. September. Pichlern. — *Philipp, erwählter Erzbischof von Salzburg, schenkt dem Kloster Kremsmünster zu seinem und seiner Voraltern Seelenheil ein Gut von 2 Marken jährlicher Einkünfte mit ganzem Eigenthumsrechte beim Schlosse Himmelberg in Kärnten.*

Philippus dei gratia *sancte Salzeburgensis Ecclesie Electus*, Apostolice Sedis legatus, omnibus, ad quos hec scriptum deuenerit, presentis uite felicitatem pariter et future. Cum omnium recordari et nullius obliuisci, diuinitatis sit pocius quam humanitatis, et ne tradat successus temporis obliuionj, hoc uenire uolumus ad noticiam

singulorum presencium quam futurorum, quod pro nostra parentumque nostrorum salute, de Predio nostro sito juxta Ecclesiam *Sulk sub Castro Himelberc* Duarum Marcarum denariorum redditus potestatiua manu immediate Monasterio *sancti Agapiti in Kremsmunster* Ordinis sancti Benedicti Pataujensis Diocesis tradimus et donamus proprietario Jure perpetuo possidendos nullo penitus Jure in illo nobis Predio reseruato, hoc tantum excepto, quod uulgo Jus sanguinis appellatur, set dictum Monasterium in illa donatione plena gaudeat libertate, sicut idem Predium ad nos hereditaria ratione noscitur deuolutum, Adicientes deuocius requirendo, ut abbas et Conuentus in orationibus eorum vniuersis memoriam nostri agant et singuli Sacerdotum tocius Conuentus in Missa commendare nos ex nomine Deo cottidie teneantur. Et ut dicta donatio nostra robur obtineat firmitatis, presentes damus litteras Sigilli nostri munimine roboratas. Actum *Puhelaeren* Anno dominj Millessimo Ducentesimo Sexagesimo quarto, Idibus Septembris.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 108.

CCCL.

1264. 29. September. Schawnbergk. — *Die Brüder Heinrich und Bernhard von Schaunberg entsagen aller Jurisdiction über die Leute und die Güter des Gotteshauses Wilhering.*

Quia pro instabilitate vite humane multa somnio obliuionis sopiuntur, ideo, que iuste et racionabiliter fiunt, ne post hoc in aliquod disceptationis vel dubitacionis scrupulum deducantur, ea litteris mandata posteris illesa transmittere non inutile iudicamus. Notum igitur vniuersis christi fidelibus tam presentibus quam futuris facimus, quod nos *Henricus et Bernhardus fratres de Schaunbergk* cognito jure ac libertate ordinis Cisterciensis *domui beate Marie in Wilhering* ordinis Cisterciensis hanc indulsimus libertatem, vt neque nos neque aliquis nostrorum iudicum de possessionibus suis eciam de hominibus ipsius liceat vel debeat quicquam judicare solo excepto judicio damnatorum. Ceteras causas judicabit eiusdem ecclesie Abbas vel is, cui commiserit vices suas. Si autem dictus Abbas de hominibus vel possessionibus ecclesie dicte attinentibus alicui justiciam facere negauerit diffinite, quod racionabiliter probari possit, judex noster eidem faciet justicie complementum. Vt autem hec nostra

actio nulla imposterum possit calumnia pertubari, presens instrumentum super ea conscriptum mandauimus sigillorum nostrorum munimine roborari. Testes sunt hi: *Hertnidus dapifer*, *Conradus de fuert*, *Conradus de Strahen*. *Vlrich de Chirchpergk*, *Eberhardus Schreier*, *Ludwicus Schiffer*. *Ditricus Schiffer*, *Sibrant de Gelting*, jtem *Sibrant de Gelting* et alii quam plures. Actum *in Schawnbergk* anno domini M. CC. LXIIII. In die sancti Michaelis.

Aus der Pancharte des Stiftes Wilhering vom 16. November 1509. — Stülz, Wilhering 537.

CCCLI.

1264. 29. September. Schaunbergk. — *Bernhart von Schaunberg schenkt dem Kloster Wilhering zwei Höfe zu Pasching und zu Zeilach.*

Superne retribucionis spe et amore instructi, quia apud remuneratorem omnium justicia eius manet in seculum seculi, qui dispergit et dat pauperibus et miseretur et commodat, justam hanc et vtilem credimus dispensacionem nobis esse, vt per temporalia acquiramus eterna, per transitoria premia lucremur perhenniter mansura. Tenore presencium innotescat presentibus et futuris, quod nos *Wernhardus de Schaunbergk* duas curias, vnam in *Pasching* et alteram in *Zeilach*, que nobis accesserunt ex dono *vxoris nostre* pie memorie domine *Hedwigis de Wesenberk*, jn remissionem pecatorum nostrorum et ipsius nec non et parentum nostrorum et ipsius contulimus *domui beate Marie in Wilhering* perpetuo possidendas, presentibus et consentientibus *fratre nostro domino Henrico et filiis suis Bernnhardo et Henrico*. Vt autem hec rata permaneant et perpetuo inconuulsa, presentem cartam super ea conscriptam mandauimus nostri et ad peticionem nostram fratris nostri sigilli munimine roborari. Testes sunt hi: *Hertnidus dapifer de Schaunbergk*, *Ludwicus Schiffer*, *Sibrandus Gelting* et alii quam plures. Datum *in Schaunbergk* Anno domini M. CC. LXIIII. jn die sancti Michaelis.

Aus der Pancharte des Stiftes Wilhering vom 16. November 1509. — Stülz, Wilhering 538.

CCCLII.

1264. 2. December. Krems. — *Heinrich der Truchsess von Lengenbach verzichtet auf den Hof Speck zu Gunsten des Klosters Garsten.*

Ego *Heinricus dapifer de Lengepach* presentibus litteris sub protestatione debita in notionem publicam cupio peruenire, quod

cum inter me ac *Gerstensem Ecclesiam* pro Curia dicta *Spekch* fuisset diutissime litigatum, tandem ad instantiam venerabilis uiri F.(riderici) eiusdem loci abbatis et aliorum proborum uirorum respectu mercedis diuine renunciaui plenarie omni iuri et iuris actioni, siquidem michi ac meis heredibus in dicta curia conpetere uidebatur, uolens, vt dictus abbas et fratres eiusdem Monasterij possessionem et usum liberum in prefata Curia debeant perpetualiter obtinere ita, quod nec vxor nec aliquis meorum heredum dictum Cenobium super memorata curia grauet aliqualiter uel molestet, abbas uero predictus septem talenta Wiennensis monete ad placandum motum mei animi super questione premissa finaliter michi dedit. Cuius rei testes sunt Dominus *Hermannus de Rehperch*, dominus *Albertus de Wedlinge*, *Heinricus frater meus*, *Gozzo Judex de Cremsa*, *Gotfridus de Vrfar*, *Siboto de Moutarn*, *Zaizmannus*, *Rŏsschlo de Stain*, *Heinricus scriba sororius meus*, *Wipoto* et alii quam plures. Acta sunt hec in *Cremsa* in domo domini *Alberti de Wedlinge* Anno domini M°. CC°. LXIIII^to^ proxima feria tercia post festum beatj Andree.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Garsten. Cf. die Urkunde vom 1. Juli 1264.

CCCLIII.

1264. — *Budiboy und Bertha von Zkaliz schenken dem Kloster Schlägl das Dorf Schintau.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego *Budiboy et Berchta uxor mea de Zkaliz* omnibus presentem paginam inspecturis summi Regis gratiam promererj. Cum evum nostrum adeo se reuolutione sedula retorqueat, quod acta presentis temporis in obliuionem deueniant futurorum, nisi scripture testimonio solidentur, scire uolumus singulos et vniuersos, quod nos deum pre oculis habentes simulque considerantes, quod, qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam, Contulimus *ecclesie sancte Marie in Slage* in subsidium fratrum deo inibi seruientium de conmuni consensu et bona uoluntate omnium heredum nostrorum *villam in Schintav*, que vxorem meam iure hereditario contingit, cum omnibus suis pertinentiis cultis et incultis, tam in plano quam in bosco, cum riuis et siluis et omnibus piscationibus omnibusque decimis, quas in predicto predio percipere solebamus, pro remedio anime nostre et omnium progenitorum nostro-

rum et sobolum pleno iure ad memoriam reuocantes, quod bonarum mentium est timere culpam, ubi culpa minime reperitur jta, ut, si scienter vel ignoranter aliquem hominum in suis facultatibus lesi, cum beato Zacheo quadruplum defraudatis restituente veniam consequi merear ab ipso, qui celum et terram continet et qui dat salutem vniuersis. Illud adicientes, si aliquis in iam dicta hereditate furti vicio aut uulneris letalis plaga siue nocturno incendio ad dampnationem vite, quod absit, repertus fuerit, salua uniuersarum, que possidet, rerum iusticia, que ad prepositum ipsius loci pertinent, solummodo ut cinctus erit cingulo, seculari iudicio conmittatur. Termini autem predicte ville extenduntur usque ad aquam, que dicitur *Chlaffundez wazzer*. Ne autem talis nostra donatio ab aliquo successorum nostrorum valeat irritari, presentem paginam damus predicte ecclesie et fratribus ibidem nostri sigilli munimine firmiter roboratam in euidens testimonium et cautelam. Vt huius rei testimonio per scripti litteras conprobetur, volumus essentialiter conprobare (sic) Nota testium: Dominus *Wernhardus de Morspach Canonicus Pataviensis ecclesie*, Dominus *Otto contor et canonicus eiusdem ecclesie*, Dominus *Reinolnus canonicus eiusdem ecclesie*, Dominus *witigo de Chrumnav*, *Pilgrimus de valchenstein*, *Heinricus de waldek*, *Haidenricus et patruus suus Rȯdigerus de heichenbach*, *Alhkerus de Johenstein*, *Syboto miles de Sprinzenstein*, *Perhtoldus miles de Haidendorf*, *Wernhardus et Marchwardus fratres de monte*, *Wernhardus miles et frater suus Hainricus cognomento ravber*, *Wilhalmus de Sœnneperge*, *wlungus de hœlfenberch*, *Albertus de Rvzeinsdorf*, *Vlricus et Wernhardus fratres de Gotergœzzinge*. Acta sunt hec Anno ab incarnatione domini M°. CC°. LX°. IIII°.

Orig. auf Perg. mit Siegel (im Schilde die Rose. Umschrift: † Dni. Bvdivogii. De. Krvmnovve). Stiftsarchiv Schlägl.

CCCLIV.

1264. Garsten. — *Gundackar von Starhemberg wählt im Kloster Garsten seine Grabstätte und schenkt demselben Güter am Kürnberg.*

Ego *Gvndacharus de Storchenberch* ad omnium hominum noticiam cupio peruenire, quod, cum essem quadam die *in Gerstensi ecclesia* constitutus et uiderem ibidem sepulturam celebrem et conmunem parentum meorum corde conpunctus statui et elegi domino

concedente michi fieri sepulturam ibidem tamquam in sepulchro patrum meorum recipiens, a venerabili *abbate domino Friderico* et a fratribus dexteras manuales cum promissione ac fide sincera, quod ipsi, ubicunque locorum citra mare inuenerint me defunctum, statim nullo penitus resistente me recipiant terre in suo Monasterio conmendandum saluo iure mortuarii parrochialis ecclesie, in quacunque transiero dies uite. Insuper nouerint uniuersi, quod ego prediala mea scilicet residentias nouem uirorum *in Chvrnperch* cum silua, que iam diu ob salutem anime mee ac omnium parentum mearum dicto Monasterio tradenda concepi, super altare sancte Marie Magdalene prefati Monasterij propria manu donaui fratribus illic deo seruientibus perpetuo possidenda in usus liberos et eternos, non obstante, si forte casu aliquo incidente, quod absit, corpus meum ad dictum Monasterium non fuerit deportatum. Et ne aliquis heredum meorum hanc meam donationem ualeat irritare, sigillo meo proprio presentes litteras conmunitas sepe dicto Monasterio tradidi ad cautelam, maxime cum ego in quodam concambio pro quodam predio et Curia *Durinshaim* dictum Monasterium fuerim supergressus. Testes huius rei sunt, qui presentes aderant, Dominus *Helmhardus miles meus, Vlricus de Tenne scriba, Walchunus officialis de Losenstain et filius suus Heinricus, Otto de Rotenmos, Wernhardus de Sincinge, Alram de Lovterbach, Fridericus de Stechaim, Duringus officialis de Terenperge et filius suus Forstil, Chunradus de Schoennpvhil, Heinricus jacober, Heinricus de Aistershaim, Ditricus de Gvsen, Vlricus et Otto de Chrotendorf.* Acta sunt hec *in Gerstensi Monasterio* anno domini M°. CC°. LXIIII°.

Orig. auf Perg., mit Siegel. Stiftsarchiv Garsten. — Ludewig, Reliqq. IV. 233. Leupold, allgemeines Adels-Archiv 640.

CCCLV.

1264. — *Rapoto von Falkenberch und Hadmar von Werde beurkunden, dass Abbt Ernest von Wilhering drei Pfund jährlicher Einkünfte zu Eckendorf von Heinrich dem Trugwürfel gekauft hat um 42 Pfund.*

Ne super gestis mortalium calumpniandi materia uel litis occasio prebeatur, per testes et literarum apices perpetuatur memorie perpetis certitudo. Nos *Rapoto de valkenberch* et nos *Hadmarus de Werde* ad omnium noticiam cupimus peruenire, quod dominus *Heinricus dictus Trvgwrfel de* consensu *filii Wolfkeri et generis* (sic) *sui*

domini Chrnradi de Hyntperch nec non et *nepotis sui filii ipsius Chrnradi de Hyntperch* et aliorum heredum suorum redditus trium librarum sitos *in Ekkendorf sub Wachrain* uendidit domino *Ernesto venerabili abbati et ecclesie in Wilheringe* pro quadraginta duabus libris liberaliter possidendos, tali apposita conditione, quod, si qui processu temporis memoratam domum *Wilheringe* impetierint pro supradicta possessione, prefatus *Heinricus Trégẃrfel* uel heredes ipsius prenominati tenentur absoluere ab eisdem, quod si secus fecerint, si quid dispendii rerum uel grauaminis ex eo receperit, de possessionibus ipsorum debet ipsi plena satisfactio exhiberi. Vt autem hec talis traditio nulla queat in posterum calumpnia perturbari, presens iustrumentum super ea conscriptum nostrorum sigillorum fecimus munimine roborari. Huius rei testes sunt *Jrnior Rapoto de valkenperk*, Dominus *Chvnradus de Pěchperch et frater suus Irnfridus, Marquardus de Hintperch, Ortlibus de Winchel ministeriales, Chvnradus de Valkenberch et filius suus Chvnradus. Ditmarus de Engelmarsprvnne Milites, Wernherus et Gotfridus de vornvelde. Gotfridus Gotschel, Lvdwicus de Engelmarsprvnne, Livtoldus de Stochstal, Heinricus de Chrimminge* et alii quam plures. Acta sunt hec Anno domini M. CC. LXIIII°. Epacta vicesima, Indictione septima.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Wilhering.

CCCLVI.

1265. 1. Jäner. Prag. — *König Otackar bestätiget das Maut- und Zoll-Privilegium Herzogs Friedrich von Österreich für den Markt Ottensheim.*

In nomine domini. Amen. Nos *Otacharus* dej (verlängerte Schrift) gratia *Boemie Rex, Dux Austrie et Styrie ac Marchio moravie* omnibus inperpetuum. Quoniam iura et Libertates fidelium nostrorum ipsis a predecessoribus nostris quondam illustribus *Ducibus Austrie* concessas pariter et indultas augeri potius quam minui temporibus vite nostre volumus, vt est iustum, scire damus presentium inspectoribus vniuersis, quod nos omnem gratiam siue libertatem *Ciuibus nostris in Otensheim* a nostro predecessore domino *FRiderico* felicis memorie concessam ipsis nostris renouare volumus priuilegiis et confirmare robore perpetue firmitatis videlicet, vt omne ius omnemque simul gratiam, quam in mute et thelonei solutione in terra et in aqua *Ciues nostri de anaso* habere dinoscuntur, predictis

Ciuibus in Otensheim concessimus et indulsimus, vt hoc ipso iure et gratia semper, secundum quod prius èis indultum extitit, et a nostra regali magnificentia debeant congaudere. Et vt hec ipsis concessa gratia et ius pariter permaneat jllibatum, presentem paginam Sigillorum nostrorum munimine fecimus conmunirj Testibus, qui aderant, subnotatis, qui sunt *Andreas camerarius Boemie, Hartliebus camerarius Moravie, Dybischius dapifer, Chunradus niger* cognomine et alij quam plures. Datum *prage* anno domini M°. CC°. LX°. quinto per manus *prothonotariorum nostrorum magistri vlrici et petri* indictione VIIII^{na}. Kalendis januarij.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Marktlade zu Ottensheim. Cf. die Urkunde vom 5. October 1241.

CCCLVII.

1265. 17. März. — *Ulrich, Herzog von Kärnten, schenkt dem Spital am Pyhrn drei Huben bei Pulst.*

In nomine dominj amen. Cum breues sint dies hominis super terram et nichil sit preter dei graciam et celestem gloriam sempiternum, necessarium est et salubre, ut in exibitionibus operum pietatis et distributionibus elemosinarum querantur eterne solatia claritatis. Quia sicut aqua extinquit flammam ignis, sic elemosina multitudinem peccatorum. Nos igitur *Wlricus* dei gracia *dux Karinthye, dominus Carniole* aspirantes tum temporalibus huius mundi in pauperibus, personis religiosis et locis ecclesiasticis elemosinarum beneficentia seminare, ut habeamus in futuro metere fructus gaudij sempiterni, notum esse uolumus uniuersis tam presentibus quam futuris, quod ob reuerenciam gloriose dei genitricis Marie et etiam in remissionem nostrorum peccaminum nostrorumque progenitorum, qui ex hoc seculo transierunt, *hospitali ipsi beate virginis in pyrno* tres mansos sitos aput *pulst* conferentes quatuor marcas et XXVIII. denarios in redditibus dedimus libere et solute, nullis nobis siue nostris iudicibus in eisdem bonis iuribus reseruatis, sed dicto hospitali habeant pacifice deseruire ita, ut famulantes deo ibidem tempore quadragesimali in oleo, ficubus et anguillis consolacionis remedium percipiant in nostri memoriam annuatim. Et ne talis nostra donacio et constitucio elemosine possit per aliquos nostros subtrahi successores uel in posterum aliqualiter cauillari, pro confirmatione perpetua ecce dedimus nostra scripta sigilli nostri caractere consignata. Huius rei testes

sunt *Fridricus noster consubrinus nobilis marchio uerone, Dominus Heinricus et dominus Ortolfus capellani nostri, Chunradus et waltherus notarij, Heydenricus de Heyllek, wilhelmus de Chreijch, werenhardus dictus Cheusel, Leonhardus de Sibeneych, Ramungus et Guntherus nostri ciues in sancto vito* et alii quam plures. Actum anno domini M° CC° LXV° XVI° Kalendas aprilis, jndicione octaua.

Orig. auf Perg. mit Siegel. K. k. geheimes Hausarchiv. — Hormayr, Werke III. 460.

CCCLVIII.

1265. 21. April. Gretz. — *Otackar, König von Böhmen, bestätiget die Freiheiten und Rechte des Klosters Garsten, namentlich die Befreiung von der Vogtei, von weltlicher Gerichtsbarkeit, von der Maut etc.*

Otackarus dej gratia *Boemie Rex. Dux Austrie ac marchio moravie* omnibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Ne defluxus temporis secum trahat per obliuionis excidium bona gesta, principum nobilitas plerumque consueuit scriptorum apponere medicinam et in eis noua statuta salubriter cudere Ac veterum eruginem ad prime iuuentutis exordia reuocare. Volentes igitur patrum nostrorum itinera domino concedente salubriter ambulare, omnibus benefactis eorum fideliter intendendo, quicquid per eos laudabiliter piis locis hactenus est collatum et per alios principes, quibus nos successimus in presentj, sic volumus conseruare penitus illibatum, ut, sicut ipsi materiam pietatis primaria positura in Ecclesiarum plantationibus habuerunt, ita et nos formam salutis, per quam subsistere debeant, virtute perhenni modis omnibus adiungamus. Licet autem velimus in hoc esse vniuersis Ecclesiis debitores, illis tamen nos offerimus gratia specialj, quas nostri antecessores de suis propriis fundauerunt inpendiis propter dominum, que per ipsos nobis et eorum successoribus taliter sunt relicte, vt, nisi sub vmbra nostre potentie teneamus easdem fauorabili custodia nutriendas, tam nostram quam eorundem principum animas et salutem negligere coram districtissimo judice videamur. Cum igitur *Monasterium sancte Marie in Gersten* a *principibus Austrie et Styrie* sit constructum, sicut eius priuilegia patenter ostendunt, et ex hoc ad nos pertineat, ej gratiam et fauorem impendere singularem, cum exceptiue actionis Ecclesia dicj possit, ecce de nostre magnitudinis gratia et iustitia speciali ad petitionem dilectj nobis *friderici Abbatis* eiusdem Mona-

sterij et fratrum suorum omnia iura, possessiones et predia monasterij prelibati auctoritate presentium sollempniter confirmamus et ad renouationis debitum priuilegia reducimus vniuersa. Hec sunt autem iura, que nos Ecclesie memorate specialiter recognoscimus, vt debemus, et perpetuo robore duximus confirmanda, quod videlicet advocatiam ipsius Monasterij et omnium prediorum suorum, vbicunque sub nostro dominio fuerint constituta, cum hominibus et rebus omnibus nos et omnes nostri successores nullj vmquam jn feodum concedere debeamus, set per nos ipsos, sicut eius priuilegia indicant manifeste, defensioni eiusdem tantummodo propter dominum sine omni iuris molestia et exactione quacunque specialiter intendamus ita, quod nullum eidem Ecclesie debeamus preficere advocatum, nisi quem abbas de bono animo a nobis duxerit postulandum, qui etiam de facili poterit permutarj, quando Monasterio non profuerit, vt est iustum, et aliam ex hoc iusticiam cogitet expetendam, set ita propter nostram salutem agere studeat moderate, quod custos omnium non conuertatur in lupum et ne qui debuerat esse defensor, appareat per nouas iniurias malefactor, vnde nos vniuersos et singulos, qui se dicebant hactenus set iniuste ipsius Ecclesie advocatum, excludimus per diffinitiuam sententiam, vt debemus, ratum habere volentes, quicquid (tam) per fundatores quam per magne memorie *Ducem fridericum* contra eos in hac parte noscitur promulgatum, presertim cum esset nimis absonum et principibus indecorum, vt ipsi honore sollempni fabricarent Ecclesias propter dominum et eas postea seruitutis opprobrio condempnarent personis minoribus deffensionem ipsarum leni animo commendantes. Item aliud iuris debitum confirmamus Monasterio sepius nominato, quod in omnibus suis possessionibus nullus judicum secularium iuridicionem (sic) aliquam sibi debeat vendicare, set abbatis publicus dispensator judicet omnia secularia in eisdem, siue sint judicia de dolis nocturnis siue *heimsuch* siue *Schach* uel de uiolutiis (sic) raptuum, deflorationum, oppressionum, que uulgo *notnumph* dicuntur, seu sint enormitates quecunque parue uel magne, quocunque nomine censeantur, vno tantum nobis iure seruato, quod sine nostrorum uel quorumlibet judicum aliorum presentia, qui de abbatis non affuerint uoluntate, Reus mortis post diffinitiuam sententiam coram judicio abbatis prolatam cum solis vestibus, quas cingulo clausas habet, salua Ecclesie omni re mobili et inmobili nostro judicio sine contradictione qualibet assignetur.

Hoc idem in judicio *ortolfi de volchensdorf* uel quorumlibet aliorum quoad Ecclesiam memoratam sententialiter precepimus obseruandum nolentes, quod homines eiusdem Ecclesie in aliquibus locis, que uulgariter *dingestat* nuncupantur, conueniri debeant aliter, quam presenti pagina est expressum, set coram judicio ipsius abbatis debent tantummodo conparere. Nos etiam eisdem fratribus tam in aqua quam in Terra liberam sine omni muta transeundi concedimus facultatem, sicut a nostris antecessoribus acceperunt, et precipimus nostris judicibus, Officialibus et mutariis vniuersis, quatenus omnia, que abbas predictj Monasterij uel eius nuncij pro vtilitate ipsius Ecclesie deduxerint quocunque tempore, siue sint victualia, lingna uel quelibet alia, libere sine muta et alia exactione quacunque dimittant omni occasione postposita pertransire. Statuimus etiam firmiter obseruandum, vt nullus nostrorum Officialium *Monasterium Gerstense* quocunque pretextu debeat impedire, quominus habeat in nostris aquis piscandj et in forestis lingna cedendi et animalia sua pascendj sev vsus suos quoslibet exercendj liberam potestatem. sola venatione ferarum excepta in nostris forestis, pro qua nichilominus redimenda semper dexter armus cuiuslibet fere debetur Ecclesie sepefate, sicut ex antiquis priuilegiis ipsi reperitur concessum. preterea inter cetera, que in eorum priuilegiis inuenimus, hoc specialiter comperimus contineri, videlicet duos mansus forestariorum, quos pie recordationis *Otackarus Dux Styrie* eidem contulit monasterio sitos *apud fluuium Gauelencz* vna cum nemore ad locum sancte genitricis Marie *in Gersten* et fratribus ibidem deo famulantibus cum omni iure, quo ad suum pertinebat seruicium, venationibus, piscationibus, cultis et incultis, mobilibus et inmobilibus, conquisitis et inquirendis, exitibus et redditibus tradidit, vt dictj abbas et fratres liberam potestatem habeant faciendi, quicquid ob Ecclesie comoditatem ex illis elegerint, nullo contradicente aut inquietante eosdem. Insuper volumus et uultu sereno districte precipiendo mandamus, quatenus omnia iura prefata et alia quelibet nullo excepto, que hactenus habuerit Ecclesia sepedicta, inuiolabili clausura perpetualiter obseruentur, et ad confirmationis euidens argumentum huius scripture instrumentum nostris Sigillis et subnotatis testibus roboratum eidem Monasterio liberaliter assignamus perpetuo remittentes eidem decimationem et predia, que de ipsius Ecclesie possessionibus olim habuerant advocati. Huius rei testes sunt hii: *Dominus Bruno venerabilis Episcopus Olomu-*

censis, magister heinricus prepositus frisacensis, pernhardus et heinricus comites de phanberch, wlfingus de Stubenberch, fridericus de Pettovia, vlricus de Lihtenstein, Levtoldus de Stadeck, Ditmarus de offenberch, herrandus de wildonia, vlricus et Gundackarus de habspach, otto de Haselow, perhtoldus de Engelschalchvelde, wichardus frater suus, Erchengerus de Landese (sic), *wlfingus de Ernuels, wlfingus de Trewenstein, Hertnidus de Stadeck* et alij quam plures. Actum et datum *in Gretz* per manus *magistri vlrici prothonotarii curie nostre* Anno domini M°. CC°. LX°. quinto, XI°. Kalendas Maij, indictione octaua, Regni nostri anno quarto.

Orig. auf Perg., das Siegel abgerissen, Stiftsarchiv Garsten.

Deutsche Übersetzung vorstehender Urkunde.

Wir *Otakcher* von gots genaden *Chůnig datz Pehaim, Herczog ze Österreich vnd Markraf in Márhárn* allen den, di den gegewůrtigen prief ansehent, hail in got. Daz di hinfliezzung der zeit icht hinziech mit vergessenhait di gueten werch der fůrsten, do hat di edelhait der schreiber ein ertzney gewont darzue zelegen vnd hat gewont mit schrift new såtzz hailwårleich ze smiden vnd auch der alten såtzz rost in der ersten iugent anfeng wider pringen. Do von so well wir vnsrer fåter fuesspar mit gots helfen hailwêrleich gen vnd mainen allen iren guettaten trewleich ze volgen, was durch sew gőtleichen steten vormals löbleich ist verlihen vnd durch ander fůrsten, der nachchomen wir nv gegenwůrtichleich sein, daz well wir also behalten gêntzleich vnuermailigt recht, alz sew ein vrsach der gůet mit den ersten anfengen an der chirchen pflantzung habent gehabt, also well auch wir ein ordnung des hails, do si mit ewiger chraft pey besten schůllen, mit aller mazz zuegeben vnd mern. Awer wiewol daz sey, daz wir wellen allen chirchen in dew schuldig sein, so erpiet wir vns doch den mit besundern gnaden, die vnser fardern von ir aygem guett gestift habent durch got, di auch durch sew vns vnd andern iren nachchomen also sind hinder in lazzen, nuer wir halten sew denn vnder dem schåt vnsers gewalts vnd ziehens mit genêdiger huet, sust werd wir gesehen såumig an dem hail vnsrer vnd auch der fůrsten sel vor dem strengisten richter. Seit nvn daz *chloster vnser frawen ze Gersten* von den *fůrsten von Österreich vnd von Steyr* gestift ist, als sein hantfest offenleich zaigent vnd vns von dew an

gehŏrt, daz wir im sundrew gnad vnd fůedrung tun schůllen, so bestăt wir von den gnaden vnsrer herschaft vnd von besundrer gerechtichait durch di gepet vnsers lieben *Abt fridreich* dez selben gotzhawzz vnd seiner prueder allew recht, gůeter vnd aygen dezselben chlosters mit der gegenwůrtigen hantfest lŏbleich vnd vernewn vnd chreftigen im all sein hantfest. Awer daz sind di recht, di wir dem vorgenanten gotzhaws sunderleich bechennen, als wir schůllen vnd auch ewichleich bestătten, daz di vogtay dez egenanten gotzhaws vnd aller seiner gůeter, wo si in vnsrer herschaft gelegen sind, vnd auch sein leẘt vnd sein guet wir noch auch all vnser nachchomen dhainem mann immer ze lehenschaft leihen schůllen, sunder wir selber, als ir hantfest lauttent offenleich, alain durch got vnd an allew fadrung vnd nutz schůll wir sew sunderleich schirmen Also, daz wir dem selben chloster chain vogt setzen schůllen, nur den der Abt mit gůetleichem willen von vns fadert, der mag auch denn leicht verchert werden, wenn er daz gotzhaws nicht schirmt, alz daz recht ist, daz er immer dhainer gab do von gedecht ze vodern, sunder er schol durch vnsers hails daz gotzhaws also schirmen, daz der schaf hiertt icht verwandelt werd in ein wolf vnd daz er, der ein schirmer scholt sein, icht erchant werd mit newer beswerung ein v̊beltăter. vnd do von so schaid wir hin dan mit rechter vrtail, als wir schůllen, alle die, di do sprahen, awer doch vnrechtleich, si wărn dez gotzhawzz vŏgt, vnd wellen daz stăt halten, was di stifter vnd lŏbleicher gedĕchtnůzz *Hertzog fridreich* wider sew geŏffent vnd gesatzt habent, wand es wăr vngehort vnd fůrsten vnzierleich, daz si mit hoher wirdichait chirchen stifteten durch got vnd sew denn mit dienstleichem itwis verdammeten also, daz si mit leichtfertichait des gemůets iern schirm chlainern personn enpfulhen. Awer ein ander recht bestătt wir dem egenanten gotzhaws, daz auf allen sein gůetern chain weltleich richter sich chain recht nicht schol anziehen, sunder dez Abts offenr schaffer der schol allew weltleichew dinch daselbs richten, es sein gericht von *nachtschĕden* oder *haimsuch* oder *schach,* oder *notnuft* oder welicherlay schuld es sein, gros oder chlain oder wie si genant sein, denn alain ain recht haben wir vns behalten, daz an vnser vnd auch aller andrer leẘt richter gegewůert, di von des abts willen nicht da sind, der tod schuldig, wenn er vor des abts richter geuertailt ist, alain mit dem gewant, daz mit der gůertel an im beslossen ist, schol er an alle widerred vnserm gericht geantwurt werden,

vnd schol dem gotzhaws all sein hab beleiben, wie so di genant ist. Daz selb hab wir gepoten mit vertail ze behalten in den gerichten *Ortolfs von volkchenstorf* vnd aller anderr sunder gegen dem gotzhaws, wand wir wellen nicht, daz dez gotzhaws leẘt auf dhainer dingstat icht angesprochen oder gechlagt schůllen werden anders, denn an der gegenwůrtigen hantfest ist geőffent, sunder si schůllen sich alain vor des Abts gericht stellen vnd fůrchőmen. Wir verleihen auch denselben pruedern auf wazzer vnd auf dem land vreij vnd an alle mautt alls ir dinch ze fůeren, als si daz vormals von vnsern fardern habent enpfangen, vnd gepieten allen vnsern richtern, amptleẘten vnd mauttern, daz sew alls, daz der Abt dez egenanten gotzhawzz oder sein poten ze nutz seins gotzhawzz fůeren, zu welicher zeit daz sey, es sey leibnar, holtz oder welicherlay es sey, daz sew is frey an allew mautt vnd an allew ansprach fůeren lazzen. Wir gepieten auch festichleich ze behalten, daz chainer vnsrer amptleẘt daz *Gotzhaws ze Gersten* in dhainen wegen nicht engen schol, es hab in vnsern wazzern ze fischen, in vnsern vőrsten holtz ze hawn vnd sein fiech da ze halten vnd allen seinen frum da ze schaffen freyen gewalt, alain daz si nicht iagen schůllen in vnsern főrsten vnd fůr daz schol man raihen dem gotzhaws den zesm pueg von einem iegleichen tyer, daz do gevangen wirt, als in daz mit alten hantfesten ist verlihen. Wir bechennen auch, daz vnder andern stuckchen, di an iren hantfesten vermerkcht sind, haben wir daz sunderleich funden zwo farsthueb, di såliger gedêchtnůzz *Hertzog Otakcher von Steyr* dem oftgenanten gotzhaws gegeben hat, di do gelegen sind pey dem *pach der Gaflentz*, mit sampt dem wald mit allen den rechten vnd nutzen, als si in seinen dienst geborten, also hat er sew gegeben zu dem gotzhaws der heiligen gots mueter Marie *ze Gersten* vnd den pruedern, di got daselbs dienent, mit iaid, mit fischwaid, gepawn oder vngepawn, versuecht oder vnuersuecht, vnd mit allen nůtzen, also daz di egenanten der abt vnd di prueder freyen gewalt habent zetuen damit, waz sew dem gotzhaws aller nutzleichist bechennent, daz daz nyemant widersprechen mag, noch sew dar an geierren. Wir wellen auch vnd gepieten festichleich, daz allew fargeschribnew recht vnd auch allew andrew irew recht, di daz oftgenant gotzhaws vormals gehabt hat, daz di vnuermailigtew ewichleich behalten werden. vnd des zu einer ståten sicherhait vnd bewårung geben wir dem gotzhaws miltichleich dew gegenwůrtig hantfest bestått vnd chreftigt mit vnsern insigeln und

mit den hernach beschribenn zeugen vnd lazzen auch dem selben gotzhaws allen zehent vnd gůeter, di von des gotzhawzz gůetern ettwenn di vogt gehabt habent. Der sach zeug sind die: *her Prawn der erwirdig pischolf von Olmuntz, Maister Heinrich probst datz fryesach, Pernhard vnd Heinrich Grafen von pfannwerch, Wlfing von Stubenberch, Fridrich von Pettaw, Vlrich von Liechtenstain, Leutolt von stadekk, Dietmar von Offenberch, Herrand von wildoni, Vlrich vnd Gundakcher von habspach, Ott von haselaw, Perchtold von Engelschalchveld, Weichard sein prueder, Wlfing von Ernvels, Wlfing von Trewnstain, Hértneid von Stadekk* vnd ander erberr lewt genueg. Daz ist geschehen vnd geben daz *Grétz* nach christi gepuerd tausent iar, zwayhundert iar, in dem fumf vnd sechtzkisten iar an dem dritten tag vor sand Gôrgentag, in dem vierden iar vnsers reichs.

Abschrift auf Pergament im Stiftsarchiv Garsten.

CCCLIX.

1265. 26. April. Neuenkirchen. — *Otakar, König von Böhmen, bestätiget dem Kloster Garsten alle Rechte und Freiheiten, welche Herzog Otokar von Steyr demselben ertheilt hatte, besonders der Jagd und der Fischerei, in zwei Forsthuben am Flusse Gaflenz.*

In nomine domini Amen. Nos *Ottakarus* dei gratia *Rex Boemie, dux Austrie et Stirie ac Marchio Moravie* omnibus in perpetuum. Diuine Maiestatis essentia, cuius multiplex prouidentia in huius mvndi Palatio relucessit, pro inpensis beneficiis condigne laudatur, nam sicut cuncta altitudine potentie sue de nichilo produxit in esse ac eadem rectitudine veritatis sue in essendo gubernat, sic plenitudine bonitatis sue remunerat vniuersa. Hinc est, quod ad dei omnipotentis gloriam et honorem, cuius in manibus cor Regis dependet, *Monasterio Gerstensi* . . venerabili abbati et conventui fratrum eiusdem Monasterij omnia Ivra et Libertates sibi a predecessore nostro *Otakaro Ducis* (sic) *Stirie* bone memorie concessas ad plenum recognoscere volumus ac ipsum Monasterium . . abbatem et conventum pretacti Loci eisdem iuribus et libertatibus singulis et vniuersis et spetialiter in duobus Mansis forestariis sitis apud *fluuium Gavelentz* venationum deductionibus et piscationibus libere congaudere secundum continentiam Priuilegiorum ipsis a dicto *duce Otakaro* super premissis iuribus et libertatibus concessorum. In cuius Rei testimonium euidens et

cautelam, ut premissa iura et libertates intacte permaneant et inconvulse et ne a quoquam vllo modo infringantur, presens scriptum nostrorum Sigillorum mvnimine fecimus conmvniri presentibus hiis testibus, qui aderant, annotatis: reuerendo in christo patre et domino *Brunone venerabili Episcopo Olomvncensi*, *Erkengero de Lantse* (sic) *Dapifero, wlfingo de Stubenberch, Friderico dj* (sic) *Petovia, wernhardo dicto Prausselino, Gvndakaro de Habspach* et aliis quampluribus fide dignis. Actum et Datum *in Newenchirchen* Anno domini M°. CC°. LX°. Quinto, VIII^a. Indictione, VI° Kalendas Madij per manus *magistrorum vlrici et Petri Prothonotariorum nostrorum predilectorum* Regni nostri Anno Quarto.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Garsten.

CCCLX.

1265. 11. November. — *Ulrich von Lobenstein verkauft dem Kloster Wilhering seine Besitzungen zu Piberau.*

Ulricus de Lobenstain presentem paginam cognituris notitiam geste rei. Ne gestarum rerum euanescat memoria processu temporis, discretorum uirorum etas solet eam litteris eternare. Notum sit ergo tam futuris quam presentibus, quod nos *Vlricus de Lobenstain* possessionem nostram *in Piberawe* cum omnibus attinenciis, videlicet pratis, pascuis, nemoribus, agris, cultis et incultis cum consensu heredum nostrorum scilicet *Sighardi, Witigonis, Perchtoldi, Vlrici, Alberonis* et *Ottakri* dedimus *domui sancte Marie in Wilhering* liberaliter possidendam pro lx libris wiennensis monete. Vt autem talis traditio nulla queat in posterum calumpnia perturbari, presentem paginam ipsis tradidimus nostri sigilli munimine roboratam. Acta sunt hec de consensu *vxoris nostre domine Elyzabeth* anno domini M. CC. LX. quinto, in festo sancti Martini. Huius rei testes sunt domini *de Schownberch dominus Heinricus et Wernhardus seniores* et *Wernhardus et Heinricus iuniores*, *Vlricus de chapella, Sighardus et Rûgerus*, *Arnoldus et Otto dicti Piberones*, *Otto rughalm*, *Chunradus wachrainarius*, *Vlricus et Vlricus officialis* et alii quam plures.

Aus einem Copialbuche im Stiftsarchive zu Wilhering. — Stülz, Wilhering 539.

CCCLXI.

1265. 1. December. Perusii. — *Papst Clemens IV. trägt dem Dom-Cantor von Passau auf, das Kloster St. Florian zur Wiedereinlösung unrechtmässig veräusserter Kloster-Güter zu verhalten.*

Clemens episcopus seruus seruorum dei Dilecto filio . . *Cantori Patauiensi* Salutem et apostolicam benedictionem. Peruenit ad audientiam nostram, quod tam dilecti filii . . *Prepositus et Conuentus Monasterii sancti floriani* ordinis sancti Augustini Patauiensis diocesis quam predecessores eorum terras, possessiones, redditus, decimas, domos et quedam alia bona eiusdem Monasterii datis super hoc litteris, interpositis iuramentis, factis renuntiationibus et penis adiectis in grauem ipsius Monasterii lesionem nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad uitam, quibusdam uero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam (sic) uel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui super hijs litteras confirmationis in forma communi a sede apostolica impetrasse dicuntur. Cum igitur nostra intersit lesis Monasterijs subuenire, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ea, que de bonis eiusdem Monasterij per concessiones huiusmodi alienata inueneris illicite uel distracta, non obstantibus litteris, penis, iuramentis, renuntiationibus et confirmationibus supradictis ad ius et proprietatem ipsius Monasterij legitime reuocare procures, Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas ueritati testimonium perhibere. Datum *Perusii* Kalendis Decembris, Pontificatus nostri Anno Primo.

Orig. auf Perg. Bleibulle. Stiftsarchiv St. Florian.

CCCLXII.

1265. Garsten. — *Friedrich, Abbt von Garsten, verleihet dem Leo von Brunnern das Burgrecht auf einem Grunde in Steyr.*

Nos *FRidericus* dei gratia *Gærstensis ecclesie Abbas* totusque conuentus eiusdem notum facimus uniuersis presentem paginam inspecturis, quod *leoni de prunnarn* et omnibus heredibus suis aream dotis nostre in *Stiria* iure, quod purchrecht dicitur, contulimus sub hac forma, quod prefatus Leo singulis annis in festo sancti Mychahelis persoluat duodecim denarios de eadem. In cuius rei euidens testi-

monium presentem litteram sibi damus. Datum in *Gærsten* Anno domini M° CC° LXV.

Orig. auf Perg. Die beiden Siegel verloren. Stiftsarchiv Garsten.

CCCLXIII.

1265. — *Revers des Abbtes Johann von Baumgartenberg über das vom Ritter Hertwig von Öd gestiftete Seelgeräth.*

Nos frater *J. dictus Abbas in Paumgartenberge* et Conuentus ibidem vniuersis tam presentibus quam futuris, ad quos presens scriptum deuenerit, notum esse cupimus, quod quidam *Miles nomine hertwicus dictus de Oede* de proprijs bonis suis emit redditus Sex solidorum a fratribus *de domo Tewtonica Wienne conmorantibus*, vnum predium scilicet et molendinum, que sita sunt in loco, qui dicitur *Mülgrund*, pro remedio vero anime sue et *vxoris sue diemudis* Eosdem Sex solidorum redditus domui nostre libere delegauit jnnectens talem pia motus deuocione condicionem, vt pro eisdem sepe dictis Sex solidis jn die exaltacionis sancte crucis solacium aliquod in vino et piscibus conuentui ministretur. Super quo ne posteris aliquod dubium oriatur, sed ratum jnuiolabiliter perseueret, litteram hanc conscribi fecimus, sigilli nostri appensione eandem roborantes. Acta sunt hec Anno domini M. CC. Sexagesimo quinto.

Aus dem Copialbuche des Stiftes Baumgartenberg vom Jahre 1511.

CCCLXIV.

1265. Schaunberg. — *Bernhart von Schaunberg stiftet sich einen Jahrtag im Kloster Wilhering und widmet hiezu seine Besitzungen zu Breitwiesen, einen Hof und eine Mühle zu Furt.*

Ne gesta hominum racionabiliter facta per diuturnitatem temporis obliuio tollat, congruit ea scripture testimonio perhennari. Hinc est, quod nos *Henricus et Bernhardus fratres de Schaunbergk* et *Bernhardus et Henricus juniores* notum esse volumus omnibus presentibus et futuris hanc literam intuentibus, quod *Wernhardus* nobis *Henrico et filiis nostris Wernhardo et Henrico* consencientibus et etiam secum donantibus possessiones suas *in Praitwisen* et curiam in *Fuert* et molendinum cum ipsorum omnibus attinenciis scilicet pratis et piscacionibus, nemoribus et pascuis, viis et inviis et quelibet, que vsui esse possunt, *ecclesie sancte Marie in Wilhering* ob remedium anime sue donauit post mortem suam libere possidendas.

Eo autem viuente de dictis bonis ecclesie prenotate duo talenta denariorum annis singulis est daturus. Est autem forma donacionis talis, quod de quatuor librarum redditibus ex dictis bonis anniuersarius suus annis singulis celebretur, et de octo librarum redditibus eciam ex bonis sepedictis hospitale in loco prehabito est habendum. Insuper et hoc duximus declarandum, quod nos vel heredes nostri, siue eciam officiales et alii nobis attinentes habitatoribus possessionum predictarum inferre aliquas iniurias non tenemur, videlicet in Stewris vel vecturis, in pernoctacionibus vel aduocaciis vel aliquibus grauaminibus opprimere, sed pia defensione tuebimur propter deum. Est autem hec donacio facta secundum jura et libertates ordinis et dicte domus. Vt autem hec nostra donacio firma permaneat et inconuulsa, nos sepedicte domui hanc paginam damus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Testes sunt *Rugerus prueschinck* et alii quam plurimi fide digni. Datum *in Schaunbergkh* Anno domini M. CC. LXV.

Aus der Pancharte des Stiftes Wilhering vom 16. November 1509. — Stülz, Wilhering 539.

CCCLXV.

Circa 1265. — *Verkauf einer Mühle, eines Lehens und einer Hube bei Rutenstein von Seite der deutschen Ordens-Kommende in Wien an das Kloster zu Baumgartenberg.*

Nos frater *Ludwicus de Hennwerch Comendator domus Theutonicorum per Austriam et Stiriam* ad Vniuersorum, quibus presens littera exhibita fuerit, cupimus fieri manifestum, quod nos cum voluntate et consensu fratrum nostrorum *Wienne* conmorantium bona nostra videlicet jn *obermülgrund* molendinum et feudum, et in *Walthausen penes Rutenstein* situm mansum alterum dominis et fratribus de *Pawngartenperg* Cisterciensis Ordinis pro quadam summa peccunie dedimus ad vendendum. Et vt hec vendicio rata permaneat, presentem paginam supra dictis fratribus cum sigillo nostro Roboratam duximus adsignandam.

Copialbuch des Klosters Baumgartenberg vom Jahre 1511.

CCCLXVI.

Circa 1265. — *Friedrich, Abbt von Garsten, gibt einen Zeugnissbrief für das Spital am Pyhrn über dessen Besitz gewisser Güter am Schweickartsberg.*

Honorabilj viro et discreto domino *g. gubernatorj scribatus anesi f.* dei gracia *Gerstensis ecclesie abbas* devotum obsequium

et oraciones in domino. Super illa causa, quam habet *hospitale de pierno monte* pro illis possessionibus *in Sweichartsperg*, veraciter nobis constat, quod in pacifica possessione prediorum illorum fuit continue multis annis et ab ipsius *hospitalis* familia et pluribus aliis probis viris ivstam fuisse possessionem eandem sepe percepimus et frequenter, sed quomodo de manibus *hospitalis* predicti vel quo iure eadem possessio sit elapsa, penitus ignoramus, super quibus etiam si presentes essemus, non possemus aliud attestarj, sed petimus ex affectu, quatinus secundum meram iusticiam facere digneminj pro paupere domo illa, quod salutj vestre proficiat coram deo.

Orig. auf Perg. K. k. geheimes Hausarchiv.

CCCLXVII.

1266. 22. Jäner. Prag. — *Otackar, König von Böhmen, befiehlt den landesfürstlichen Richtern in Österreich, bei den Verlassenschaften geistlicher Personen widerrechtliche Eingriffe von Laien nicht zu gestatten.*

Ottocarus Dei gratia *Rex Bohemiæ, Dux Austriæ et Stiriæ et Marchio Moraviæ* Dilectis fidelibus suis Judicibus provincialibus et civitatensibus per *Austriam* et *supra Anasum* constitutis gratiam suam et omne bonum. Certa relacione intelleximus, quod quædam detestabilis consuetudo, imo potius coruptela peccatis malorum exigentibus in vestris partibus contra Dominum et Justiciam inolevit, videlicet, quod Prælatis, Rectoribus seu Plebanis Ecclesiarum decedentibus quidam improbi Laici, imo potius crudeles tyranni res mobiles et immobiles quandoque decedentium Clericorum præsumunt temere usurpare ac rapere violenter. Et quia summum bonum in vita est iustitiam colere et jus suum unicuique obseruare et maliciis hominum libertati Ecclesiasticæ detrahentium obviare, fidelitatem vestram commonemus diligentissime et hortamur, addentes nihilominus præces regias et districtum mandatum, quatenus factum tam impium et enorme per totum nostrum Dominium impune fieri nullatenus de cætero permittatis, reos tantæ maliciæ taliter punientes, ut ipsorum pena metus esse debeat aliorum, nec ullatenus dubitetis, quoniam præsens nostrum mandatum quomodolibet negligentes, cum super hoc querelam receperimus, sine lenitatis mansuetudine puniamus. Datum *Pragæ* XI. Kalend. Februarii Anno Domini M.CC.LXVI. Indictione nona.

Hansiz, Germ. Sacra I. 408.

CCCLXVIII.

1266. 20. Februar. Gmünde. — *Philipp, Erwählter von Salzburg, vermehrt seine früher dem Kloster Kremsmünster gemachte Schenkung mit anderen, ebenfalls in Kärnten gelegenen Gütern, so dass die jährlichen Erträgnisse derselben 4 Mark betragen.*

In nomine domini amen. ***Philippus*** Dei gratia ***sancte Salzburgensis ecclesie Electus***, Apostolice sedis legatus omnibus imperpetuum. Quoniam vicissitudo temporum causam noticie nouercatur, legum uult scrupulus, seriem geste rei fidelis scripti pagina certoque testimonio perhennari. Hinc est, quod Cenobium siue claustrum ordinis sancti benedicti in ***Chremsmunster***, Patauiensis dyocesis, nos piis ac paternis uisceribus amplexantes, propter oraciones eorum deuotissimas et ob reuerenciam virginis gloriose nostrorumque et progenitorum nostrorum peccaminum ablutionem ipsorum precibus consequendam, ipsi claustro de ueris possessionibus nostris liberaliter dedimus et assignauimus in redditibus quatuor Marcas eo iure, quo nos hactenus usi fuimus, imperpetuum possidendas. Sunt autem site possessiones circa castrum nostrum ***Hymelberch*** iuxta parrochiam ***Sůlk***, duo mansus, qui soluunt duas Marcas, Item in ***tych*** et ***vnderm Chozzel*** et ***lebyn*** soluuntur similiter due Marce, renunciantes omni iuri nichilominus ad predicta in possessionibus memoratis ita, ut nullus preco de nostris uel iudex uel alius qualiscumque in eisdem aliquam iurisdictionem seu potestatem audeat exercere, uel aliquid iuris imposterum vendicare, siue sit impascuis uel impratis, nemoribus, cultis et incultis, quesitis et inquesitis, quocumque nomine noscantur predictis possessionibus attinere, hoc excepto, ut, siquis maleficus secundum rationem inventus fuerit in eisdem, quod idem, secundum quod est cingulo circumcinctus, tradatur nostris iudicibus puniendus. Volumus etiam et promittimus bona fide, sine omni exactione, questu et utilitate personaliter defendere dicta bona ob reuerentiam beate Marie Virginis gloriose. In cuius rei testimonium et cautelam presentem litteram sigilli nostri mvnimine decreuimus roborandam, et procedit de nostra optima voluntate, quod hec donatio per appositionem sigilli fratris nostri similiter confirmetur. Testes autem sunt isti: ***dominus Luduicus cappellanus noster, prepositus Secowensis, Vlricus notarius, Heinricus de Tavershaym notarius, Rudolfus notarius, Magister Albertus medicus, Dominus Rudolfus miles, Filius domini dieterici de***

Althaym, Matheus de Himelberch, Heinricus officialis ibidem, Ramŏngus ciuis de sancto vito. Actum et datum *in Mŏnde* Sabbato, quo cantatur Intret oratio mea. Anno Domini M° CC° LXVI.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 109.

CCCLXIX.

1266. 15. März. Egenburg. — *Otackar, König von Böhmen, trägt seinen Amtleuten auf, den Freiheiten der Kirche Passau keinen Eintrag zu thun, namentlich die Bürger von Mautern und Eferding an den gleichen Rechten mit den herzoglichen Theil nehmen zu lassen.*

Ottacherus Dei gratia *rex Boemorum, dux Austrie et Styrie, Marchio Moravie* vniversis fidelibus suis judicibus et officialibus per Austriam gratiam suam et omne bonum. Licet omnium Ecclesiarum quieti semper totis viribus intendere teneamur, Venerabilis tamen *Patris Pataviensis Episcopi*, quem propter sue devotionis merita, quibus nobis ab antiquo gratus extitit, et Ecclesie sue Pataviensis ac hominum suorum jura et libertates, quibus ab aliquibus est sepius derogatum, volentes firma et illibata imposterum conservare, sub obtentu gratie nostre vobis universis et singulis damus firmiter in mandatis, ut in bonis et possessionibus ipsius Domini Episcopi, quocunque censeantur nomine, nullam presumatis exercere judiciariam potestatem, His tantum exceptis casibus, qui dampnum mortis requirent, in quibus suam jurisdictionem non debet nec poterit exequi, id ad forum pertinent*) judicis temporalis. Preterea cum sui homines et nostri gaudere merito debeant aequo jure, similiter vestre universitati precipiendo districte comittimus, ut cives ipsius *de Mautarn, de Everding* et quocunque**) alios homines ipsius per aquas et terras omni jure et libertate perfrui secure ac libere permittat***), quo nostri cives et homines gaudere in hujusmodi cognoscuntur, nec ipsos in aliquo contra huius mandati nostri seriem de cetero impedire vel arctare, super quo turbaremur graviter, attemptetis scientes, quod omnes, qui in premissis eidem Domino Episcopo de se prestituerit****) ulterius materiam exquirendi†), animadver-

*) Sed ea ad forum pertinent. Hansiz.

**) Quoscunque. Hansiz.

***) Permittatis. Hansiz.

****) Prestiterint. Hansiz.

†) Conquerendi. Hansiz.

sione severa taliter puniemus, quod coeteris in exemplum transibit et eos nostri mandati poenitebit fuisse transgressores. Datum in *Egenburga* Anno domini M. CC. LXVI. Idus Martii.

Mon. boic. XXVIII. II. 392 Lünig, Reichs-Archiv XVII. 785. Hund-Gewold. I. 388. Hansiz I. 408.

CCCLXX.

1266. 4. Juni. Kremsmünster. — *Heinrich und Elisabeth von Achleiten stiften sich zu Kremsmünster durch Anweisung eines Talentes jährlicher Renten einen Jahrestag; letztere gibt auch drei „Zinsleute", aus deren Einzahlungen ein Frohmahl bestritten werden soll.*

Nos *Berchtoldus* diuina miseracione abbas *Chremsmvnstrensis* et eiusdem loci conuentus notum facimus uniuersis presentem paginam inspecturis, quod *Heinricus felicis memorie de Achleiten*, vna cum vxore sua *Elyzabeth*, de consensu heredum suorum *sancto Agapito* ceterisque reuerendis eiusdem ecclesie sanctis unum talentum reddituum annuatim pro animarum suarum remedio contulerint taliter, ut, cum anniuersarius dies predicti *H.* occurrerit, ipse, tamquam primus sue deposicionis dies, cum plena vigilia et missarum sollempniis ab eiusdem ecclesie fratribus peragatur. Ad hec, cum ipsa *Elyzabeth* memorata uiam vniuerse carnis ingressa fuerit, anniuersarius ipsius vna cum mariti sui anniuersario collocata parili oracionum iusticia perfruatur. Bona autem subscripta sunt, ex quibus predicti redditus persoluuntur, videlicet in *Bessing* LX denarii in Natiuitate beate virginis et LX. denarii in festo S. Georij; Item de agro in *Rvtzing* LX. denarii in Natiuitate S. Marie et XXX. in festo S. Georij. Preterea ipsa *El.* et pueri sui reliquos XXX. denarios persoluent annuatim in festo S. Georij, quousque ecclesie in *Chremsmvnster* ab ipsis in XXX. denariorum redditibus annuatim fuerit satisfactum. Homines uero in predictis bonis residentes eisdem tamdiu perfruantur, quamdiu possint sufficere seruiendo. Insuper *Elyzabeth* sepedicta pro remedio mariti et sui tres homines, uidelicet quandam matronam *Alheide* nomine cum duabus filiabus suis *Gerdrude* et *Ofmia,* censuales *sancto Agapito* constituit, quamlibet earum singulis (annis?) pro censu quinque denarios redditurам. Contulit autem taliter hos redditus, ut in anniuersario prefati mariti sui quolibet anno cuilibet dominorum de conuentu cedat unum poculum uini et unum ferculum et albus panis, hac conditione interposita, ut

nec abbas *Berchtoldus* aut ullus alter subsequencium possit ecclesie hos redditus alienare, si uero alienare per uendicionem aut quolibet alio modo quis presumpserit, ad usus heredum *Heinrici* nominati libere deuoluantur. Huius autem rei testes sunt *Magister Wernhardus canonicus Patauiensis et plebanus in Syrnich*, *Johannes plebanus in Stainchyrchen*, *Ditmarus de Otstorf*, *Wernhardus de Aitterbach*, *Ernestus de Lapide*, *Otto de Achlaeiten*, *Johannes de Ahliten*, *Gotfridus de Pernow*, *Heinricus de Egendorf* et alij fide digni. Ne autem aliqua super hiis in posterum exoriri possit calumpnia, presentes nostro et conuentus sigillo duximus roborandas. C. Datum in *Chremsmvnster* anno domini M. CC. LXVI. II. nonas Junij, Indictione IX.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 110.

CCCLXXI.

1266. 8. September. Ranshofen. — *Propst und Convent zu Ranshofen schildern dem Papste Clemens IV. den Nothstand, in welchen ihr Kloster durch die Kriege zwischen dem Könige Otackar und den Herzogen von Baiern gerathen ist.*

Sanctissimo et Reuerentissimo in christo Patri ac Domino *Clementi* vniuersalis Ecclesie *Summo Pontifici* nec non ipsi vicario christi *Siuridus* dei gratia *Prepositus Totusque Conventus Ecclesie Ranshovensis* ordinis Sancti Augustini Canonicorum regularium Pataviensis Diocesis cum orationibus deuota Pedum oscula beatorum. Quoniam circa deuotionem eorum, qui se regulari discipline humiliter submiserunt, vestra paternitas debet misericordie visceribus habundare et ipsos in suis grauaminibus consolari. Cum igitur ex bello inter *Regem Bohemie* ac *Ducem Bawarie* iam diu habito, quorum terrarum mete nos ex utraque parte sunt frequentissimis ofensionibus attingentes, miserabiliter in hominibus, prediis quoque et edificiis per spolia et incendia simus adeo deuastati, vt, qui aliquando cum xiiii. sacerdotibus atque aliis quinquaginta personis devote domino militassemus, jam in tribus hev subsistere non valeamus, nisi vestra paternitas maturet nobis auxilium inpendere oportunum. Ea propter cum *Hainricus secundus imperator Romani inperii* cum Episcopis suis, scilicet *Dietmaro Archiepiscopo Salzpurgensis ecclesie* et *Perngero Pataviensis ecclesie episcopo* ac *Niceno leodiensis ecclesie episcopo* cum aliis xiii. episcopis quasdam ecclesiolas quasi in muro nostri cenobii sitas, videlicet *Ecclesiolam Sancti Michahe-*

lis, Neunchirchen, Hæntenperg quoque et *Gerolsperg* cum pertinenciis earum in prebende nostre augmentum nobis duxerit prouide statuendas, Quas etiam recolende memorie *Celestinus Papa tercius* unacum *Chunrado secundo Romanorum rege* nobis scripto suo autentico confirmauit. Sane quia prediorum minime redditum retinemus nisi eos prouentus, qui de predictis ecclesiolis in decimis et aliis accidentibus poterunt prouenire, qui uere etiam nobis et personis laicalibus ex suorum paruitate non valent sufficere in nutrimentum, vt cetera prorsus necessaria taceamus. Ne uero contingat cum cain misere et contra formam religionis perarare (sic) limina aliena, quia vniuersa loca religiosa in terris nostris constituta ex orum (sic) etiam vastatione nos recipere nequeunt et seruare et tamen extranei nostris iuribus in nostris ecclesiolis inplerentur, vestram Paternitatem, cuius est oues in ouili proprio confouere potius quam eicere, prouolutis (sic) pedibus flebiliter rogitamus, quatenus sepe dictas ecclesiolas nobis pro sustamento (sic) concedatis in regiminis potestatem Precipue propter deum, vt cultus diuinus aput nos consuetus per talem consolationem a vestra sanctitate prodeuntem incipiat solito more concrescere uobis in remedium et domino iesu christo in laudem et gloriam sempiternam. Item petimus conmissionem super bonis in *Grampshaim et Tivssling, elleding* que (sic) *Gotingen Salzpurgensis Diocesis* in preiudicium nobis nostreque ecclesie per decem annos detinuerunt et adhuc detinent violenter, judices super hiis eligentes videlicet *prepositum Salzpurgensis Ecclesie* et *abbatem Sancti Petri* eiusdem ecclesie. Item petimus indulgentiam. Item petimus, vt dominus noster ordinarius episcopus Patauiensis nos fauorabili conmissione tam in temporalibus quam in spiritalibus habeat conmendatos. Item petimus, ut Dominus noster et aduocatus *Dux Bawarie* nos locumque nostrum, possessiones nostras vna cum hominibus nostris habeat in prouida defensione tantum propter deum, ut tenetur, nec suis nec alienis, in quantum valuerit, consentiat in predictis facere potestatem vel exactiones. Item petimus conseruatores et judices super archidiaconatv nostrarum ecclesiarum de re iudicata scilicet prepositum Salzpurgensis ecclesie et abbatem eiusdem ecclesie ad sanctum Petrvm ordinis sancti Benedicti. Item petimus pro sepultura eiusdem Cadaueris, qui *Wernhardus ruffus* dicebatur. Item petimus sepulturam cuidam *de Elling*. Item petimus iudicium et iusticiam contra *Weololinum vicedominum ducis Bawarie*, qui in nos et in seruos ecclesie nostre et in septis claustri con-

misit captiuationem et turpissimam exactionem, predictos in iudices eligentes; exactio fuit ad l. talenta. Sanctissimo et Reverentissimo in christo Patri ac domino *Clementi* Sacrosancte Romane Ecclesie *summo Pontifici Siuridus* dei gratia *Prepositus Totusque conuentus ecclesie Ranshouensis* ordinis sancti Augustini Canonici regulares patauiensis Diocesis cum orationibus deuota pedum oscula beatorum. Sanctitati vestre presentibus innotescat, quod dilectum confratrem nostrum *sibotonem sacerdotem* atque *albertum presbiterum de Ranshouen* presentium exhibitores constituimus procuratores in Romana Curia ad impetrandum pro nobis priuilegia, indulgentias et omnes litteras tam simplices quam legendas gratiam sev iusticiam continentes, contradicendum, narrandum, Judices eligendum et recusandum, Dantes eisdem procuratoribus potestatem alium constituendi procuratorem in eadem Curia loco ipsorum ad omnia supra dicta, Ratum habituri et firmum, quicquid per dictos procuratores uel constitutum ab ipsis factum aut procuratum fuerit super premissis in Curia memorata. In huius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et nostro sigillo muniri. Datum *in Ranshouen* in Natiuitate Marie anno domini M°. CC°. LXVI.

Orig. auf Perg. mit zwei Siegeln. K. baierisches Reichsarchiv. — Abgedruckt zum Theile in Mon. boic. III. 334. Hund-Gewold III. 145.

CCCLXXII.

Circa 1266. — *Abbt und Convent von Kremsmünster bestimmen die zukünftig geschehenden Schenkungen an das Kloster für das Krankenhaus und weisen inzwischen diesem, bis jene jährlich 15 Talente abwerfen, die hier benannten Güter an.*

In Nomine Patris Amen. Nos *Bertholdus* diuina miseratione Abbas Ecclesie In *Chremsmunster* et totum Capitulum eiusdem loci Cognouimus prouida sollicitudine, quod quedam obedientia Ecclesie nostre, que infirmaria nuncupatur, per incuriam uel negligentiam antecessorum nostrorum, non habuit possessiones uel redditus aliquos a tempore, cuius non exstat memoria. volentes itaque, indempnitati huiusmodi salubri remedio prouidere, ut cultus diuini numinis nostris temporibus augeatur et fratres nostri regularia instituta sanctiori proposito teneant et obseruent, communi consensu omnium et singulorum precibus pariter decreuimus prouide statuendum, ut omnes possessiones et redditus, qualescumque

fuerint, qui ex nunc inposterum pia deuocione fidelium ad nostram Ecclesiam fuerint collate, in usus et perpetuam donationem cedant prefate infirmorum domui perpetuo possidenda, nichilominus adicientes, quod due curie domini *Chunradi de Asperch* in *rotenpaůngarten* et in *tanpach* site, cum feodo *Heinrici de Egendorf* et mortuario *Heinrici de Ahleiten* ad sepe dictam domum transeant cum iuribus pretaxatis, donec cum eis et aliis possessionibus de XV talentis wiennensis monete ipsi domui prouisum sit in redditibus utiliter atque plene. insuper statuimus, ut predictorum redditaum collatoribus integre sua iura in anniuersariis quantum ad exequias et consolationes ex hoc fratribus exhibendas per magistrum dicte domus, secundum quod per eos diffinitum extiterit, absque qualibet molestia summa cum reuerentia conseruentur; quod autem preter hec ecclesie acquiritur, in eiusdem utilitatem, prout melius uidebitur, conuertatur. et ut hec constitutio plurium consilio et consensu omnium in nostro capitulo approbata non possit vmquam per aliquem actum contrarium, uel obstaculo contradictionis infringi, uel per modum aliquem abrogari, ipsam curauimus per publicum instrumentum sigillorum nostrorum munimine roborare. Acta sunt hec Anno domini MCC . . . .

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 111.

CCCLXXIII.

1267. 18. Jäner. Salzburg. — *Heinrich von Verzeling verkauft dem Kloster Mondsee eine Leibeigene.*

Nos *Hainricus de Verzeling* ad notitiam tam præsentium quam futurorum præsentem litteram inspecturis cupimus pervenire, quod *Chunegundem de Salzburga*, quæ nobis libere et de Jure proprietatis attinet, pro quadam pecuniæ summa, videlicet 80. denariis testati sumus et tradidimus ad sanctum Michaelem in *Mense* censualiter annuatim in 5. denariis persolvendis. Et ut evidens scriptum robur habeat firmamenti, præsentem litteram sub nostri sigilli munimine duximus consignandam. Hujus rei testes sunt hi: *Dietericus Ebener, Heinricus filius Ainvvici, Bertthholdus de Ernstet, Liebardus, Petlerho, Robertus Romenz, Ulricus Holzhauser, Albertus Phnvrro, Ulricus de Ganpanif, Sighardus Faber, Fridericus Faber.* Factum est hoc *Salzburgæ* Anno 1267. quintadecima Kal. Februarii.

Chron. Lunælac. 156.

CCCLXXIV.

1267. 18. März. Viterbii. — *Papst Clemens IV. gebietet dem Erzbischofe zu Salzburg, das Kloster Ranshofen gegen fremde Eingriffe zu schützen.*

Clemens episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri *Archiepiscopo Salzpurgensi* Salutem et apostolicam benedictionem. Qui diuinis laudibus deputati malignorum noscuntur affligi molestiis, apostolice fouendi sunt gracie fulcimentis, ut eo liberius possint diuinis intendere, quo se prospexerint humanis periculis non subesse. Cum igitur dilecti filii . . *Prepositus et Conuentus monasterii Ranshouensis* ordinis sancti Augustini Patauiensis diocesis a nonnullis, qui nomen domini in uacuum recipere non formidant, graues, sicut accepimus, super possessionibus et aliis bonis suis patiantur molestias et iacturas: Nos eorum prouidere quieti et malignantium malitiis obuiare uolentes fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eosdem et prepositum et Conuentum pro diuina et nostra reuerentia fauoris oportuni presidio prosequens non permittas, ipsos contra indulta priuilegiorum sedis apostolice ab aliquo indebite molestari, Molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, Attentius prouisurus, ne de hiis, que cause cognitionem exigunt uel que indulta huiusmodi non contingunt, te aliquatinus intromittas. Nos enim, si secus presumpseris tam presentes litteras quam etiam processum, quem per te ipsarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere uiribus ac nullius fore decernimus firmitatis. Huiusmodi ergo mandatum nostrum sic sapienter et fideliter exequaris, ut eius fines quomodolibet non excedas. Datum *viterbii* XV.ª kl. Aprilis, Pontificatus nostri Anno III.º

Aus einem Pergament-Codex Sæc. XIV. in der k. baier. Hofbibliothek.

CCCLXXV.

1267. 15. Juli. — *Frau Sophia (von Elling) schenkt dem Kloster Reichersberg den dritten Theil an dem Hofe Praitenberge.*

Notum sit cunctis christi fidelibus, quod Matrona quedam nomine *Sophya* contulit Ecclesie *Richerspergensi* terciam portionem vnius curie dicte *praitenberge,* que eam contingebat cum omnibus attinenciis suis, videlicet pratis, agris et ceteris pertinenciis perpetuo possidendam et hoc sine omnj iure aduocatie. dedit etiam super altare

beatj Michahelis hominem quendam nomine hainricum ad censum V. denariorum singulis annis soluendum. Cuius rei testes sunt *Hilprandus plebanus de Merenpach*, *dominus Ortofus* (sic) *sacerdos de wůlhaim*, *Hertnidus miles de Ride*, *Gebhardus de Ellinge maritus eiusdem*, *Wernhardus de puch*, *Wernhardus fratruelis eius de puch*, *Fridericus pfnůrre*, *Pilgrimus vagerer*, *Wicherus*, *Chunradus de Smidhaim*, *Arnoldus de Riede*, *Hartnidus filius Ekkelinj*, *Hainricus* de *Ellingen* et ceteri quam plures. Acta sunt hec Anno dominj MCCLXVII. Indictione VIIII. In diuisione Apostolorum.

Aus einem Pergament-Codex zu Reichersberg.

CCCLXXVI.

1267. 28. August. Wilhering. — *Heinrich von Schaunberg schenkt mit Zustimmung seiner Kinder und nach dem Willen seines seligen Bruders Bernhart die Güter in Rigel und vor der Au der Kirche zu Baumgartenberg.*

Nos *H. de Schawnberg* notum esse volumus omnibus hanc litteram intuentibus, quod nos, consencientibus liberis nostris et *Bernhardo fratre nostro pie memorie* nobiscum eciam donante, ob remedium animarum nostrarum et progenitorum nostrorum bona nostra *in Rigel* et *ante Augiam* cum omnibus attinenciis cultis et jncultis, vijs et invijs, siluis, pratis, pascuis et piscinis *Ecclesie sancte Marie in Pawngartenperg* tradidimus perpetuo possidenda. Et ne huic donacioni dubium aliquod valeat suboriri, Ecclesie predicte presens damus jnstrumentum sigilli nostri munimine roboratum. Datum jn *Wilhering* Anno domini M. CC. LXVII, quinto kalendas Septembris.

Aus einem Copialbuche des Stiftes Baumgartenberg vom Jahre 1511. — Abgedruckt bei Kurz, Beiträge III. 430, aber mit der Jahreszahl 1266.

CCCLXXVII.

1268. 12. März. — *Propst Seifried und das Capitel zu Ranshofen verleihen der Witwe Ludwig's von Franking und ihrem Sohne Ludwig eine Pfründe.*

Nos *Sifridus* Dei gratia *Prepositus totusque Conventus Ecclesie Ranshovensis* omnibus presentem literam inspecturis salutem in omnium salvatore. Quoniam opus est, ut, quidquid in tempore agitur, ne cum tempore per oblivionem transeat ac labatur, liberali (literali) testimonio perennetur, Notum ergo facimus universis, quod nos de communi consensu nostri Capituli et favore Domine *Elisabeth quon-*

dam uxori Domini Ludwici de Fraenching prebendam unius nostre sororis et converse in victu dedimus aut vestitu precipue propter Deum, nec non *Ludwico filio eorum* etiam dedimus prebendam unius nostri barbati in victu tantum, in vestitu vero sibi annuatim dabuntur due tunice de panno criseo seu nigro et ad duos annos pallium duplicatum; ad hoc dantur eidem *Ludwico* quatuor linee vestes annis singulis et calcei, qui sibi sufficiunt pro ieme et estate. Prenominata autem *Elizabeth* pro remedio anime sue ac aliqua recompensa sue prebende de bono consensu et puro affectu omnium filiorum et filiarum suarum, imo cunctorum amicorum suorum, mediante et procurante *Ottone de Lampoltingen avunculo suo*, molendinum suum curie *Roting* annexum liberaliter dedit beato Pancratio Patrono nostre *Ecclesie Ranshovensis* nec non fratribus apud nos famulantibus in eternum, Tali utique conditione, ut, si quis amicorum Domine prenotate nos super ipso molendino inpetere forsam voluerit vel vexare cogitaverit atque vexaverit, ipsam vexationem Dominus *Otto de Lampoltingen* et *Ortolfus seu Wernhardus filii eiusdem dicte Elizabeth* sine nostro rerum dispendio debeant dirimere et planare. ad hoc factum persolvendum se et sua nostre Ecclesie obligaverunt. Preterea sciendum est, quod pro prebenda *Ludwici filii dicte Elizabeth* et *Mariti sui Ludwici de Fraenching* curia *Roting* pro XX. Talentis Salzburgensis monete nostre Ecclesie obligata est per ipsam sepe dictam *Elizabeth uxorem Domini Ludwici de Fraenching* et *filios eorum Ortolfum, Wernhardum* videlicet et *Ludwicum* per consensum etiam sororum suarum nec non per manum *Ottonis predicti de Lampolting*, qui dictum molendinum curie *Roting* connexum ac eandem curiam *Roting* in obligatione habuit, per Dominum *Ludwicum de Fraenching* pro XXII. talentis et LX. denariis Salzburgensis monete. ex hiis VI. talenta nostre Ecclesie remisit *Otto Lampoltingarius* in solutionem, cum nobis iurisdictionem sue obligationis in curia *Roting* resignasset, et XVI. talenta residua dedimus eidem *Lampoltingero* pro *Franchingeriis Ortolfo, Wernhardo et Ludwico*, sicque ipsa curia nobis etiam pro eisdem XVI. talentis, *Lampoltingerio* que dedimus, est obligata, Porro si dicti *Franchingerii* propriis rebus dictam curiam solvere voluerint, prebendam *Ludwici* fratris eorum pro X. talentis comparabunt. Verum si per res alienas redimere forsan querent, pro XX. talentis redimenta curiam *Roting*. Pro prebenda *Ludwici*, ut superius est expressum, debet *Otto Lampoltingerius*

nomine prefati *Fraenchingerii* omnem vexationem, que nobis in eadem curia per amicos eorum ingeritur, sine nostro rerum periculo complanare. Quecunque vero taxate summe per culturam seu pro expensa accreverint, in obligatione ad curiam sepe dictam annumerabitur et *Fraenchingeriis* dabitur extra pactum. Dedimus *Ortolfo de Fraenching* dimidium talentum, XII. mete frumenti et X. mete avene pro semine ad curiam sepe dictam. tunc mete frumenti per XXXVI. denarios emebatur et metreta avene pro XV. denariis; solidos quoque XIII. dedimus ad curiam, que inculta fuerat, excolendam; pro duobus bubus X. solidos; ad eandem curiam Domine *Elizabet* prenotate vaccam valentem VI. solidos; lectisternium eidem pro III. solidis: ad hoc perdidimus in cultura eiusdem curie duos equos valentes VIII. talenta. Presertim notandum restat, si *Ludwicus* a nobis vivus recesserit, pro eo *Wernhardus frater suus* suam prebendam habebit; si autem *Ludwicus* moritur apud nos, nullus fratrum suorum eius prebendam debet recipere vel habere. Summa huius est pecunie LI. talent. Ne autem hec nostra prebendalis collatio sive eorum predii donatio nec non nostri tractatus pactio per nos vel eos valeat immutari, presentem literam nostro sigillo et Domini *Ortolfi de Planchenpach* atque sigillo *iudicis Wilhardi* communivimus in Testimonium et Cautelam. Huius rei testes sunt Dominus *Heinricus de Wolfzberg*, *Otto Lampoltingerus* et *filius suus Otto*, *Meingotus de Meinhœrting*. Acta sunt hec anno Dom. M. CC. LXVIII. in die beati Gregorii Pape.

Mon. boic. III. 336.

CCCLXXVIII.

1268. 22. März. Wels. — *Gerichtsbrief des Grafen Heinrich von Hardeck in dem Streite zwischen der Äbbtissin von Nonnberg und Wölflin von Freiling wegen eines Hofes zu Freiling.*

Nos *Heinricus comes de Hardekke judex provincialis per Austriam* praesenti scripto notum facimus tam praesentibus quam futuris, quod, cum *Wolvelinus de Freilingen* et sui haeredes venerabilem Dominam *Dimudim Abbatissam de Nunenberch* de quadam curia in *Freilingen* coram nobis impeterent, diem peremptorium partibus in *Welsam* ad placitum nostrum generale, quod ibidem proxima feria secunda post Dominicam Laetare celebravimus, praefixeramus, ubi pars ipsius Wolvelini comparere neglexit, praedicta vero Domina

Abbatissa Dimudis praenotatam curiam in Freilingen debito judicio et idoneo testimonio coram nobis obtinuit et evicit. In cujus rei testimonium praesentem litteram scribi et sigillo nostro fecimus communiri. Datae in *Welsa* anno Domini M° CC° LXVIII. proxima feria IV. post Dominicam Laetare. Hujus rei testes sunt hii: *Dominus H. de Schowenburch, Dominus Al. dapifer de Velsperch, Dominus O. et Dominus H. fratres de Travna, Dominus Ulr. de Capella, Ulr. junior de Capella, Dominus Heinricus de Pouchhaim, Wernerus de Slirbach, Dominus Gundakkerus de Storkchenberch, Dominus Wichardus de Pollenheim et patruus suus, Dominus Sibotto de Laonsdorf, Wel. de Tegrnbach, Dominus Chunradus de Hartheim, Dominus R. Pruschinch, Dominus Otto de Chersperch, Dominus Fridericus de Monte, Dominus Otto de Gehay, Fridericus de Tittmoeninge, Heinricus de Ascha, Heinricus Summer, Pilgrimus de Eger, Heinricus de Monte, Engelbertus, Chunradus de Hinterperge, Ulr. de Altenhoven* et alii quam plures.

Esterl, Chronik von Nonnberg 217.

CCCLXXIX.

1268. 5. Mai. Passau. — *Ulrich von Tannberg und Ruger von Haichenbach verpflichten sich unter Verpfändung aller Lehen, sich dem Spruche der bischöflich Passau'schen Räthe zu unterwerfen.*

Nos *Vlricus de Tannberch* et *Rugerus de Haichenpach* notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod mandatis et beneplacitis dominj nostrj P. venerabilis *Patauiensis Episcopi* cupientes efficaciter coaptarj, *Castrum in Haichenpach* cum omnibus, que ab Ecclesia Patauiensi habemus in feudo, eidem domino nostro Episcopo taliter obligamus, quod, cum proximo reuersus *Patauiam* fuerit, quicquit infra quatuordecim dies post aduentum suum iurati Consiliarij sui super statu nostro decreuerint, ratum et firmum per omnia teneamus et si contra fecerimus, tam Castrum predictum quam cetera feuda nostra, que habemus ab Ecclesia et ab ipso, per omnia sibi vacent, nisi forte inpedimento legitimo, captiuitate vel infirmitate uidelicet gravj detenti fuerimus ita, quod Patauiam eodem termino venire non possimus, qua cessante secundum formam predictam omnia faciemus. Promisimus etiam sub pena predicta tam in aqua quam in terra nullum medio tempore contra iustitiam molestare. In

cuius rej testimonium presentes litteras predicto domino nostro dedimus sigilli domini *Chalhohi de Valchenstein* et mej Rugeri de Haichenpach sigilli robore communitas. Actum *Patauie* Anno dominj Millesimo CC. LXVIII. Tercio Nonas Maij coram hijs Testibus: *Ch. de Hartheim, S. de Lonstorf, B. de Haidendorf, Wernhardo Rauberio, H. de Radekk, O. de Morspach, W. de ynne* et aliis pluribus.

Mon. boic. XXIX. II. 483.

CCCLXXX.

1268. 1. Juni. Steyr. — *Chunrat, Abbt von Gleink, vergleicht sich mit Hartwik und Otaker von Lauterbach wegen des streitigen Hofes in Trübenpach, und wegen der Schweigen in Au und Dachseneck.*

Nos *Chunradus* dej gratia Abbas *Glunicensis* cum vniuersitate conuentus ibidem Notum facimus vniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit, quod de nostra bona omnium voluntate lis, que inter nos ex vna parte et *hartwicum et generum suum otakerum de loutterbach* ex altera fuit super curia jn *trubenpach* cum feudo sibi adtinentj et sweigis in *Awe* et *dachsenekke*, per arbitrariam sentenciam taliter est decisa, scilicet quod prefatus Otakerus vna cum filia sua *Kunegundi* habebunt et possidebunt prelibatam curiam jn Trubenpach cum feodo sibi adtinentj et sweigam jn Awe cum terminis sibi adtinentibus ex iure jure precario, quam diu vixerint, pariter vel singulariter pro pensione quinque solidorum dandorum IN Natiuitate beate Marie virginis nostre ecclesie, tali conditione adiecta, quod, si in ante dicto termino vel jnfra dies quatuordecim de pensione totaliter nostre ecclesie non fuerit satisfactum, extunc continuatis diebus ter XIIII penam persoluant sex solidorum, Nisi tunc sit propter minoritatem temporis defalcanda, Renunciato omni jure IN Swaiga Dachsenekke cum suis terminis, quod sibi dicere competebat, Adiecta etiam tali conditione super sepenominatis curia jn Trubenpach cum feudo sibi adtinentj et Swaiga jn Awe, quod, quando prefatj otakkerus et kunigundis filia sua ab hac uita transmigrauerint, quiete cum omni iure et libere sit soluta, Remissa etiam omnj jnpetitione, quam nos et contra *hertwicum de Sjppach* habere eo tempore poteramus, quam sententiam arbitrariam vnanimiter et voluntarie ratam habentes jn ipsius rei testimonium presentes litteras nostris sigillis subpenden-

tibus cum testibus subnotatis fecimus munimine communiri. Huius Rei sunt testes *Bertoldus abbas Kremsmunstrensis*, *FRidericus Abbas Gerstensis*, *Chunradus hospitalarius jn pyerN*, *Chunradus Scriba Anasi*, *Marquardus preuhauen*. *perichtoldus frater suus*, *Duringus Scekko*, *Otto de osterberk*, *Ortolfus de Kersperch*, *Richerus de stadel*. *vlricus*, *Marquardus*. *Ditmarus fratres dicti de tursendorf*, *Hylprandus*, *Ditmarus de SchacheN*, *Hugo et filius suus ponhalm*. *HeinRicus Roubber* et alij quam plures. Acta sunt hec *Stirie* ANNO Domini M° DD° Sexagesimo octavo, kl. Jvnij.

Orig. auf Perg. mit zwei Siegeln. Der obere Theil der Urkunde enthält folgende Buchstaben halb zerschnitten, so dass wahrscheinlich die Gegenurkunde die andere Hälfte derselben am Ende enthält: A B C D E F G H I K L. Stiftsarchiv Gleink.

CCCLXXXI.

1268. 9. October. Vilshofen. — *Vergleich zwischen dem Bischofe von Passau und Otto von Morspach, vermittelt durch Herzog Heinrich von Baiern.*

Nos *Hainricus dej gratia Comes Palatinus Renj, Dux Bawarie* Vniuersis presencium inspectoribus declaramus, quod, cum *Otto filius Ortolfi de Morspach* vxorem habens de Ministerialibus nostris, senciens quodammodo se a paterne pietatis prouidencia derelictum ac euidenti oppressus penuria *castrum in Morspach* occupasset, ex quo contigit per eundem et amicos ac servientes ipsius et nonnullos ex hominibus nostris Patauiensem Ecclesiam et ministeriales ipsius in bonis et hominibus pati non modicum detrimentum, Nobis reuerendi in christo patris domini *Petri venerabilis ecclesie Pataviensis Episcopi* precibus inclinatis nostreque mediationis auxilio accedente dictus Otto eiusdem Episcopi gratie reformatus castrum idem patri suo sub infrascriptis condicionibus assignauit, quod uidelicet in iam presenti anno in festo purificationis beate Marie virginis Ducentas libras Patauiensium denariorum, qui tunc in communj cursu fuerint, et in festo Penthecostes todidem eidem Ottoni dabuntur, Pro quibus fideles ipsius Ecclesie Patauiensis, videlicet *Hainricus de Radecke*, *Siboto de Vrlingsperg*, *Christanus Ciuis Patauiensis* et *Vlricus Judex filius eiusdem* exhibuerunt semetipsos in fideiussoriam caucionem. Illam siquidem summam pecunie in dotalicium uxori sue dictus Ortolfus quondam a captivitate bone memorie genitoris nostri domini *Ottonis Inclitj Ducis Bawarie* absolutus filio suo predicto

spoponderat se daturum. Obeunte vero predicto *Ortolfo de Morspach* predictus Otto cum fratre suo et sororibus conterinis ipsius in eodem castro ac omnibus pertinenciis ipsius, hominibus scilicet ac possessionibus pleno iure hereditario perfruetur. Et similiter post decessum eiusdem Ottonis heredes ipsius utriusque sexus hereditario sibj succedant titulo in eisdem. Verum si vel post obitum predicti Ortolfi dictus Otto vel post eiusdem Ottonis decessum heredes ab eo superstites in successione illius hereditatis ex paterna ingratitudine vel ipsius dominj Episcopi aut successorum eiusdem siue quarumcunque ecclesie Patauiensis personarum consensu notorio vel manifesto, studio vel conatu dicta successio Ottonis et heredum suorum impedita fuerit seu turbata, extunc nos memorato Ottoni uel heredibus ipsius ad obtentum uel recuperacionem suj iuris aut possessionis, si forte a predicto Episcopo uel successoribus suis aut aliis personis iniuriose uel uiolenter eiectus fuerit, auxilium et fauorem nostre potencie sibi tenebimur impertirj nec proinde nos uel nostrj a predicto domino Episcopo aut successoribus ipsius vel quibuslibet Ecclesie ipsius personis in causam trahamur ullomodo vel odij quippiam paciemur. Ipse enim dominus Episcopus prefatum *Ottonem et Vlricum de Tannenberch* cum ceteris cooperatoribus suis tam ipsius Episcopi quam nostris seruitoribus, qui eiusdem castri occupacioni operam uel consilium impenderunt, dissimulatis et condonatis ex intimo corde dampnorum ipsorum culpis in suam et Ecclesie sue recepit gratiam et fauorem. In cuius rej testimonium presentes litteras nostri sigillj robore placuit communirj. Datum in *Vilshofen* Anno domini M. CC. LXVIII. VII. Idus Octobris.

Mon. boic. XXIX. II. 487.

CCCLXXXII.

1268. 21. December. Graetz. — *Volkmar, Richter zu Grätz, schenkt dem Spital am Pyhrn eine Hube in Tomdorf.*

Nouerint vniuersi tam presentes quam futuri hanc litteram inspecturi, quod ego *Volchmarus Judex Grætzensis* ob salutem anime mee meorumque progenitorum dotaui *hospitali beate uirginis in pirna* mansum vnum in *Tomdorf*, in quo *Wlkowim* residet, cum manibus omnium heredum meorum, quocumque censeantur nomine, cum omnibus atinenciis eo iure, quo illum possedi, quiete et pacifice perpetualiter possidendum. Vt autem eos eadem rata maneat et stabilis

nec per quempiam in posterum scrupulo erroris uel calumpnie ualeat reuocari, litteras presentes iussi sigilli mei munimine roborari. Testes Dominus *Albertus de Hornek*, Dominus *Otto frater suus*, Dominus *Wernherus de Hovse*, Dominus *Prechtlinus de Riede*, Dominus *Hermanus de Windischgrætz*, *Chunradus dictus Læglær*, *Chunrader venter*, *Luipoldus Wakercil*, *Heinricus dictus Vorstær*, *Oetschelinus*, *Jacobus* Et alii quam plurimi fide digni. Actum et Datum in domo mea *in Grætz* Anno domini M°. CC°. LXVIII°. XII. Kal. Januarii.

Orig. auf Perg. mit Siegel. K. k. geheimes Hausarchiv.

CCCLXXXIII.

1269. 13. Jäner. — *Chalhoch von Falkenstein schenkt dem Kloster Schlägl als Ersatz für zugefügten Schaden seine Höfe zu Strass.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego *chalhohus de valchenstain* omnibus christi fidelibus imperpetuum. Veritatis amica simplicitas sic acta legittima geri non patitur, ut aliqua interueniente postmodum calumpnia deformentur. Vnde ad noticiam tam presentium quam futurorum cupio peruenire, quod ob reuerentiam dei et beate sue genitricis *Ecclesie sancte Marie in Slage* et fratribus ibidem deo militantibus omnia predia mea in *Strazze*, que mihi iure hereditario conpetebant, cum omnibus suis pertinentiis potestatiua manu de consensu heredum meorum libere contuli pleno iure. Verum quia predictam Ecclesiam in multis offendisse grauiter ingemisco, dignum fore dinoscitur, vt matronam eiusdem Ecclesie, que mediatrix est inter deum et hominem, quam sepius exacerbasse grauiter confiteor, veris elemosinis, que sicut aqua ignem peccata extinquere uidentur, placare cum intimis suspiriis uidear, supradicte Ecclesie fratribus orationibus inclinata (sic). Ne autem talis meâ donatio per meos heredes aut quemlibet successorum meorum ualeat irritari, presentem litteram sepedicte Ecclesie et fratribus in ea deo seruientibus trado sigilli mei munimine et testium subscriptione roboratam in euidens testimonium et cautelam. Actum in octaua Epyphanie Anno domini M°. CC°. LXVIIII°. Huius rei testes sunt hii: Dominus *Hainricus de waldek*, Dominus *Haidenricus et* dominus *Rvdigerus de Haichenbach, filius domini Bvdiboy dictus Zewisch, miles ipsius dominus Petrus, dominus Wernhardus miles cognomine*

rauber, et *frater suus Hainricus, Rapoto de pach, Sifridus de Recleinstorf, Wulfingus de Helfenberch, Otto de tenleinsbach, Rapoto Swekinger, Wernhardus mēter* et alii quam plures.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Schlägl.

CCCLXXXIV.

1269. — *Kalhoch von Falkenstein gibt dem Kloster Schlägel seinen Zehent zu Schindlau zum Ersatz des ihm zugefügten Schadens.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego *Kalchochus de Valkenstain* omnibus christi fidelibus in perpetuum ueram salutem . . . Unde scire cupio homines præsentis temporis et futuri, quod ego in extremis agens et ultimam voluntatem meam per testamentum per Dei prouidentiam declarans, inter cætera contuli paruum testamentum de consensu et bona uoluntate *uxoris meæ Elisabeth* et omnium hæredum meorum *ecclesiæ S. Mariæ in Slage* et fratribus ibidem Deo militantibus pro remedio animæ meæ et omnium progenitorum meorum et sobolum partem decimæ in *Schintelaw*, quæ me iure hereditario respiciebat, libere in perpetuum possidendam ita, ut memorati fratres assiduis orationibus pro peccatis meis, quibus prædictam ecclesiam indebitis exactionibus seu grauaminibus læsi, apud Deum et eius piam genitricem ueniam iugiter implorent, quatenus in extremo examine cum his, qui a dextris erunt, centuplicatum præmium ualeam reportare. Ut autem talis mea donatio inuiolabiliter ipsi ecclesiæ et fratribus eisdem maneat in perpetuum, præsentem litteram eis tradidi mei sigilli munimine et testium subscriptione roboratam in euidens testimonium et cautelam. Actum anno gratiæ M. CC. LXIX. Testes Dominus *Heinricus de Waldek*, Dominus *Haidenricus* et Dominus *Rudigerus de Haychenpach*, Domini *Budiwoi filius dictus Zewisch*, Dominus *Petrus miles ipsius*. Dominus *Bernhardus miles cognomine Rauber*, *frater suus Heinricus, Rapoto de Bach*, *Sifridus de Röder* (sic!), *Raboto Sweker* et quam plures.

Copialbuch von 1597 im Stiftsarchive zu Schlägl.

CCCLXXXV.

1269. 13. Jäner. — *Chalhoch von Falkenstein überlässt dem Kloster Schlägel als Ersatz für zugefügten Schaden alle seine Einkünfte in Straze.*

Euanescit actio temporalis, nisi firmetur apicibus sigillatis. Notum sit igitur omnibus presentem paginam inspecturis, quod ego *Chalhohus de valchenstain* saluti anime mee cupiens prouidere *Ecclesie sancte Marie in Slage* et fratribus ibidem deo militantibus contuli omnes redditus meos *in Straze* pleno iure possidendum (sic) libere et absolute, vt, siquit per indebita grauamina dictum cenobium hactenus uisus sum oppressisse, omnipotentis dei et genitricis sue semper uirginis Marie misericordia mihi dignetur relaxare. Ne quis uero heredum ac successorum meorum hoc factum ualeant reuocare in irritum, presentem paginam sigilli mei Karactere et testium subscriptione duxi solidandam. Huius rei testes sunt dominus *Hainricus de waldek, domini Bvdiboi filius dictus zewisch, Petrus miles suus, wernhardus miles cognomine Rauber* et *frater suus Hainricus, Rapoto de pach, Sifridus de Recleinstorf, wulfingus de Helfenberch, Otto de Tenleinspach, wernhardus mavter, Rapoto swekkinger* et alii quam plures. Acta sunt hec (*in valchenstain* durchstrichen) in Octaua Epiphanie jncarnati uerbi M° CC° LX° VIIII.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Schlägl.

CCCLXXXVI.

1269. 5. März. Prag. — *Otackar, König von Böhmen, befiehlt dem Richter im Machlande, das Kloster Waldhausen bei seinen Rechten zu handhaben.*

O. *dei gracia Boemie Rex, Dux Austrie et Stirie ac Marchio Morauie Judici prouinciali in Machlant* graciam suam et omne bonum. Volumus et districte mandamus tibi precipiendo nostre gracie sub obtentu, quatenus dilectum cappellanum nostrum prepositum de *Walthusen* et conuentum ipsius in omni libertate et iusticia confouere debeas diligenter, qua predecessorum nostrorum *Ducis leupoldi et Ducis friderici* temporibus sunt gauisi, prout in ipsorum priuilegiis noscitur contineri, Sciturus, quod in negocio nostram voluntatem bene perficis antedicto et specialem a nobis graciam proinde consequeris. Datum *Prage* Anno Domini M. CC. LXVIIII. III. Non. Marcii.

Kurz, Beiträge. IV. 464.

CCCLXXXVII.

1269. 5. März. Prag. — *Otackar, König von Böhmen, befiehlt den Mautnern zu Ibs und Stein, das Kloster Waldhausen bei seinen Freiheiten zu lassen.*

O. Dei gracia Boemie Rex, Dux Austrie et Stirie ac Marchio Morauie fidelibus suis *Mutariis in Ybs et in Stain* constitutis graciam suam et omne bonum. Utpote a predecessoribus nostris bone memorie *Leupoldo et Friderico Ducibus Ecclesia sancti Johannis apostoli et ewangeliste in Walthausen* libertate mutoria est gauisa, prout in ipsius priuilegiis plenius dicitur contineri, Sic nos ob amorem dei et ipsorum felicem memoriam mandantes gracie nostre sub obtentu precipimus, quatenus ipsam eodem solacio gaudere permittatis. Datum *Prage* Anno Domini M. CC. LXVIIII. III. Non. Marcii.

Kurz, Beiträge IV. 465.

CCCLXXXVIII.

1269. 7. März. Lutmaritz. — *Otackar, König von Böhmen, bestätiget zwei Gnadenbriefe Herzog Friedrich's des Streitbaren für den Jäger Heinrich von Molln.*

Nos *Otacherus* dei gratia *Boemie Rex, Dux Austrie et Stirie ac Marchio Morauie* Scire volumus vniuersos presentes litteras inspecturos, quod litteras seruientis nostri *Hainrici venatoris de Molna* recepimus in hec verba: *Fridericus* dei gratia *Dux Austrie et Stirie* &. &. (wie dat. Hinperch 1241). Deinde recepimus dicti *Heinrici venatoris nostri* litteras in hunc modum: *Fridericus* dei gratia *dux austrie et Stirie ac dominus Carniole D. Officiali suo in Styria* et aliis officialibus suis ibidem gratiam suam et omne bonum. Celsitudo principatus nostri non inmerito talibus inclinatur, qui se in nostris obsequiis exercent plurimum indefessos. Noueritis igitur, quod *H. venatori nostro* Latori presencium tria fevda septem solidos denariorum reddencia, duo ex hiis *in Garnweide* et *in Aschach* sita et tercium *in Moln* prope Ecclesiam, in quo residet *Pilgrimus*, et vnum nouale super *furnu* (?) contulimus pleno iure. Vnde mandamus vniuersis vobis sub obtentu gratie nostre, quatenus eundem *H.* in omnibus agendis suis sic manuteneatis, ut a nullo vestrum offendatur nec in predictis fevdis ipsum a quoquam grauari paciamini et offendi, Sic facientes, quod contra vos non cogamur merito indignari. Datum *in Hinperch* quarto Idus Maii. — Nos igitur gratias et

libertates dicto H. venatori nostro factas per prefatum predecessorem nostrum Illustrem ducem *Fridericum* bone Memorie propter crebra et fidelia seruicia, que idem *H.* dicto *Friderico* predecessori nostro et nobis inpendit, gratas habere volumus atque ratas. In Cuius rej testimonium presentes litteras nostri Sigilli munimine fecimus roborarj presentibus testibus infrascriptis, videlicet *Comite de Hardek, Rapotone de Valchenberch pincerna austrie, Friderico dapifero in Lengenpach, Alberto de Lobenstain* et *Sighardo filio eiusdem, Ditrico de Dobra* et aliis fide dignis. — Datum in *Lutmariz* anno domini M° CC LX. VIIII. Nonis Marcii.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Garsten.

CCCLXXXIX.

1269. 11. April. Ebelsperch. — *Ortolf von Morspach verkauft das Schloss Morspach, welches er als Passau'sches Lehen besessen, dem Bischofe Peter von Passau.*

Nouerint universi presentes litteras inspecturi, quod Ego *Ortolfus de Morspach* graui pressus onere debitorum, Quadringentorum videlicet talentorum, pro quibus *Castrum meum in Morspach*, per *Ottonem filium meum* olim occupatum, ab eodem absoluere sum coactus, cum non possem huiusmodi debita quoquo modo alias releuare, predictum Castrum in Morspach et Turrem anteriorem vna cum omnibus feudis meis siue bonis, quibus ab Ecclesia Patauiensi infeudatus eram et que possedi nomine vrbor, que sita sunt in terminis *abbacie*, venerabilj domino meo *Petro Patauiensi Episcopo* ementi et recipienti pro se et dicta Ecclesia Patauiensi vendidi pro Quadringentis talentis denariorum Patauiensium et Ducentis talentis denariorum Wiennensium et ad manus suas tam Castrum predictum quam Turrem et cetera bona siue feuda supradicta libere ac spontanee resignauj, profitendo mihi de predictis talentis tam in Wiennensibus quam Patauiensibus esse plenarie satisfactum nec sepedictum Castrum aut Turrem ab aliquo alio quam ab Ecclesia Patauiensi me in feudo habuisse. Vnde ne vendicio et resignacio supradicta processu temporis in obliuionem transeat uel errorem aut per maliciam hominum calumpniam paciatur, presentes litteras conscribj ac Sigillis honorabilium virorum *dominj mei Hainrici nobilis de Schawenberch, dominj Vlrici de Lobenstain, domini Pilgrimi de Tannberch,*

domini Hertnidi de Truna et *dominj Chunradi de Harthaim*, qui predicte vendicioni et resignacioni interfuerunt, et meo feci Sigillo proprio communirj cum testibus subnotatis, Qui sunt hii: *dominus meus Hainricus junior de Schawenberch, dominus Chunradus Scriba Illustris Regis Boemie apud Anasum, Rudolfus de Gleuz, Perhtoldus de Haidendorf, Hertnidus de Schawenberch, Chunradus de Furt, Chunradus de Strochen, Alhkerus de Johenstain, Rudgerus de Haichgenpach, Hainricus de Radek, Hainricus de Lonstorf, Wernhardus de Inna, Chalhohus de Everding* et alij quam plures. Actum in *Ebelsperch* Anno dominj M. CC. LXIX. III. Idus Aprilis.

Mon. boic. XXIX. II. 492.

CCCXC.

1269. 12. Juni. Znaym. — *Otackar, König von Böhmen, bestätiget dem Kloster Gleink die vom Herzoge Friedrich II. demselben ertheilten Privilegien.*

Nos *Otacharus* dei gratia *Boemie Rex, Dux Austrie et Stirie ac Marchio Moravie* Omnibus hanc litteram inspecturis salutem in domino. Qvia nos de regali magnificentia *Glvnacensi ecclesie* ad instantiam *Chunradi* venerabilis abbatis ibidem iura et libertates, quas ab antecessoribus nostris principibus Austrie et Stirie salubriter noscitur accepisse, conservare volumus et stabiliter confirmare, immo de nostri culminis excellentia wltu sereno modis, quibus possumus ampliare, presenti scripto iura premissa cum libertatibus datis monasterio prelibato per insertionem priuilegii ab illustri *duce Friderico* concessi declarare volumus de verbo ad verbum per omnia in hunc modum. In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Amen. *Fridericus* dei gratia *Dux Austrie et Stirie et Dominus Carniole.* (Folgt die pag. 72, Nr. LXVI abgedruckte Urkunde ddo. 6. September 1239.) Nos autem omnia, que in presenti priuilegio sunt expressa, Rata et stabilia esse volentes, per nostre magnitudinis munificentiam pietate regali duximus confirmandam (sic) nostris sigillis cum subnotatis testibus roborantes. Quorum hec sunt nomina: Dominus *Petrus venerabilis pataviensis episcopus,* Dominus *Bruno olomucensis episcopus et Capitaneus Stirie, Ortolfus abbas monasterii medlicensis, Fridericus abbas Gerstensis, Magister Petrus et Magister Vlricus prothonotarii illustri* (sic) *Regis. Heinricus Comes de Hardekke, Chunradus scriba anasi, Vlricus de noua*

domo, Heinricus de Chůnringe, Otto de Haselowe, Albertus dapifer de vælsperch, Otto de perhtolfstorf, Wlfingus de Stvbenberch, Wernhardus Comes de phanneberch, Heinricus de Schowenberch, Vlricus de Liehtenstein, Chunradus, Heinricus fratres de Svmberawe, Vlricus de Chappelle, Vlricus de Lobenstein, Gvndakarus, Rugerus fratres de Storchenberch, Otto, Hertnidus de Trvna, Wichardus de pollenheim, Pilgrimus de Tanneberch, Dietericus, Heinricus fratres de Dobrá, Ortolfus de Chersperch, Richerus de Stadel, Marquardus, perhtoldus fratres de prevhaven et alii multi. Actum et Datum Anno domini M° CC° LX° VIIII° per manus *Magistri Vlrici prothonotarii znoyme* II° Idus Junij.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Gleink. — Kurz, Beiträge III. 351.

CCCXCI.

1269. 9. Juli. — *Heinrich Mörlir gibt unter gewissen Bedingungen dem Kloster Reichersberg das Gut Wolgrubing.*

Notum sit omnibus christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod *Hainricus cognomine dictus Mórlir* pro remedio anime sue et in recompensationem dampnorum nobis ab ipso illatorum et pro conseruatione scolaris sui per biennium, addito sibi insuper talento promptorum denariorum predium *wolgrvbing* nostre Ecclesie *Richerspergensi* videlicet condonauit libere et absolute. Huius rej Testes sunt *dominus waltherus prepositus, petrvs cellerarius, fridericus de Asenhæim fratres et canonici eiusdem loci, Chvnradus plebanus in Obernberg, Marquardus Růrmvnt, Hainricus senior de aheim, Hainricus filius suus, vlricus de Antesenperg, Hiltprandus et Hærtnidus milites, Otto et Chvnradus fratres de drahselhaim, swikkerus de wihselberch, Chvnradus de Elriching, Fridricus de sigenhaim maritus domine mvtlinne, Livtoldus de Talhæm, Pilgrimus de Asenhæim, Marquardus de Lavfenpach, Dietmarus de Emling, Vlricus Grazzel, Haidenricus de Elriching, Wolfhardus filius ipsius mórlini et chunradus scolaris* et Alij quam plures. Acta sunt hec Anno domini MCCLXVIIII. Indictione XII. VII Idus Julij, Translatione sancti Nycolai.

Aus einem Pergament-Codex zu Reichersberg.

CCCXCII.

1269. 25. Juli. Schaunberg. — *Heinrich und Wernhart von Schaunberg bestätigen dem Stifte Reichersberg die Mautfreiheit zu Aschach.*

Nouerint vniuersi presentem paginam inspecturi, quod nos *Heinricus et Wernhardus fratres de Schownberch* confirmamus et concedimus *Ecclesie Reicherspergensi*, sicut huc usque ita et in reliquum, liberum transitum nauibus eorum in *muta nostra Ascha* in deducendis et adducendis sursum et deorsum victualibus suis ita uidelicet, vt penitus nichil ab eis requiratur, quociens ipsis inibi transire contigerit. Vt autem hec nostra confirmacio sev donacio rata permaneat et inconcussa, presentem paginam sigilli nostri robore consignatam subnotatis testibus ecclesie prefate dedimus ad cautelam. Testes sunt dominus *dietmarus de Hvgenperig*, dominus *Ludwicus dictus Schiuer*, dominus *Sibrandus*, dominus *Chunradus de Furt*, *Vlricus Schiuer*, *Chunradus de Strahen*, *Lewtoldus de heimbach*, *Hugo de Weiderueld*, *Chunradus de draechselhaim*, *Wilhelmus de Gelspaich* (sic), *Egeno de posenpach*, *volcholt et filius eius Alramus*, *waltherus de Ascha* et alii quam plures fide digni. Datum *in castro nostro Schownberch* Anno domini Millesimo ducentesimo LXVIIII. in die sancti Jacobi apostoli.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Reichersberg. — Mon. boic. IV. 454.

CCCXCIII.

1269. 27. Juli. Apud Piezkam. — *Otakar, König von Böhmen, bestätigt den Bürgern zu Perg die Mautfreiheit, wie selbe die Bürger zu Ens, Linz und in anderen Städten geniessen.*

Nos *Otacharus dei gratia Rex Boemie, Dux Austrie et Stirie ac Marchio Moravie* innotescimus vniuersis, quod inspectis defectibus et necessitatibus fidelium nostrorum Ciuium de *Perge* ipsis hanc fecimus gratiam, vt in deducendis tam per aquam quam per Terram suis victualibus, vino et Rebus aliis, quocumque nomine censeantur, omni jure gaudere debeant et condicionibus siue consuetudinibus approbatis in futurum, quibus gaudent in *Anaso*, in *Lintz* et in aliis Ciuitatibus Ciues nostri. In cuius rei memoriam et Munimen ipsis dari Mandauimus litteras hac patentes Sigillorum nostrorum mvnimine

roboratas. Actum, Datum et renouatum Anno domini M°. CC°. LXVIIII°. Apud *Piezkam* VI°. Kalendas Augusti.

Orig. auf Perg. im Marktarchive zu Perg, mit Siegel.

CCCXCIV.

1269. 31. December. — *Abbt und Capitel von Kremsmünster verleihen Hertnid von Schaunberg und seinen Erben den Hof zu Ruleiching.*

Nos *Bertholdus* diuina miseratione abbas Ecclesie In *Chremsmunster* et Conuentus eiusdem loci notum fieri cupimus vniuersis, quod nos ad instantiam domini *Hertnidi de Schaumberch*, cuius deuotionem erga nostram Ecclesiam vidimus habundanter, sibi et suis heredibus Curiam nomine *Ruleichingen* ad officium Camere nostre *) pertinentem, contulimus, ut ipse et sua posteritas in festo sancti Andree, ad eandem Cameram medium talentum wiennensis vsualis monete soluere debeat annuatim, tali uidelicet conditione interposita et adicta, vt, quando predictus dominus *Hertnidus* uel sua posteritas, qui tunc erunt eandem curiam possidentes, dictam pensionem non soluerit in termino supradicto, extunc secundum ius commune Ecclesie nostre post finem sex ebedomadarum in sex solidos eiusdem monete idem posessores teneantur obnoxii pro emenda. Si uero supradictam pensionem et emendam in eodem anno neglexerint persolucre, anno eodem eis integro permanente, tunc demum ipsi possessores ab omni iure suo cadant, et memorata curia sine contradictione qualibet cum omnibus suis iuribus ad nostram ecclesiam reuertatur. Ne igitur fraus uel malicia predicto contractui valeat in posterum suborirj, curauimus ipsum roborare per publicum instrumentum cum munimine sigillorum dependentium in eodem. Datum Anno Domini M°. CC°. LX°. VIIII°. II. Kal. decembris **) In festo sancti Siluestri Amen.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 112.

---

*) Randnote: „Notandum de Haiting. Anno domini MCCLX idem abbas Berhtoldus hubam vnam in haiting contulit Chunrado de perntal sub censu LX denariorum Nycolai ad cameram simili condicione. R. priuilegium.“ Dieses hat sich aber nicht mehr erhalten.

**) Soll Januarii heissen.

CCCXCV.

1270. 25. Jäner. — *Heinrich von Schaunberg bekräftiget einen Tausch des Abbtes zu Wilhering mit Bernhart dem Zeller.*

H. de Schovmberg vniuersis christi fidelibus tenorem presencium cognituris noticiam geste rei. Ne gestarum rerum processu temporis euanescat memoria, discretorum uirorum etas eam solet literis eternare. Presenti igitur scripto notum facimus tam presentibus quam futuris, quod dominus *Ernestus abbas de Wilhering* quandam possessionem sitam prope *Nevndorf* ecclesie sue apud *Wernhardum dictum Celler* comparauit, quam sibi tradidit cum consensu *vxoris sue nomine Seyburgis* et puerorum suorum liberaliter possidendam, fratribus et suis assensum prestantibus *Dietrico* uidelicet et *Leone*. Est autem talis conuentio eorundem, quod abbas cenobii prenotati quoddam predium in *steinech* ipsi *Wernhardo* pro concambio assignauit, quadam et apposita summa denariorum, quod (sic) pater suus pie memorie eidem ecclesie contulerat anime sue ob salutem. Vt autem hec nulla queant inposterum calumpnia perturbari, ad petitionem sepe dicti *Wernhardi* presentem cartam nostri sigilli munimine mandauimus roborari. Huius rei testes sunt *Marquardus de alheimstorf*, *Wernhardus latinus*, *Eberhardus de tobel*, *Pillvngus de liechtenperg*, *Wernhardus volchrat*, *Dietmarus de mvlperg*, *Wernhardus officialis* et filii sui, *Aluuigus iudex* et filius suus, *Siboto*, *Wolfgerus officialis* et alii quam plures. Actum Anno domini M. CC. LXX. in Conuersione sancti Pauli Apostoli.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Wilhering. — Stülz, Wilhering 540.

CCCXCVI.

1270. 27. Jäner. Wien. — *Otackar, König von Böhmen, bestätiget dem Kloster Wilhering das Privilegium Herzog Leopold's VII. von Österreich vom 15. December 1202 in Betreff der Mautfreiheit.*

(*Otakarus* Dei gratia) *Rex Bohemie, Dux Austrie et Styrie et Marchio Moravie* omnibus hanc paginam inspecturis gratiam (et bonam voluntatem). Noueritis nos priuilegia fratrum *in Wilheringe* a *Levpoldo quondam duce Austrie* pie memorie donata perspexisse et tenorem subnotatum in eis inuenisse: In nomine sancte et indi-

nidue trinitatis *Levpoldus* dei gratia *dux Austrie et Stirie* omnibus christi fidelibus &. (Folgt die Urkunde Herzog Leopold's VII. vom 15. December 1202.) — Nos vero proprie saluti prouidentes et meritorum dei seruos promouentium participes effici cupientes, predictam gratiam eisdem indulgemus et sigillorum nostrorum robore confirmamus, Mandantes uobis et districte precipientes, ut premissam eis donationem inuiolabiliter obseruetis. Datum *Wienne* Anno domini M° CC° LXX° VI. kalendas Februarii presentibus testibus subnotatis: *Petrus prepositus de Wisherat, Dobihs prepositus de Melnik, Magister Vlricus prothonotarius, Magister Gerhardus de Wienna. Eberhardus plebanus de Ruspach, Wernherus plebanus de Holabrunne, Dominus Nicolaus filius regis, Heinricus comes de Hardekke. (Zmielo) de (Strielz), Hartlibus camerarius Morauie, Otto de Perhtoltstorf, Otto de Haslawe, Chadoldus de Wæching. Fridericus Dapifer de Lengepach, Hadmarus de Werde* et alii quam plures.

Orig. auf Perg. (beschädigt) mit Siegel. Die eingeklammerten Worte sind aus der Pancharte vom 24. Jäner 1680 im Stiftsarchiv Wilhering. — Stülz, Wilhering 542.

CCCXCVII.

1270. 27. Jäner. — *Otackar, König von Böhmen, bestätiget dem Kloster Wilhering die Schenkung der Pfarre Gramastetten.*

O(takarus) dei gratia *Rex Bohemie, Dux Austrie et Stirie et Marchio Moravie* omnibus hanc litteram inspecturis salutem in perpetuum. Quia quod in tempore agitur, successione temporis memorie hominum elabitur, nisi huiusmodi litteræ presidio succurratur, prouide decretum est, ut, que digna memoria iudicantur, scripture testimonio perhennentur. Tenore igitur presencium innotescimus vniuersis, quod nos ad honorem dei et beate Marie semper uirginis ecclesie Cisterciensis ordinis in *Wilheringe* donamus *ecclesiam parrochialem Greymarsteten* abbati et collegio dicti monasterii libere ac licite perpetualiter possidendam, sicut ab antecessore nostro *duce Friderico* fuit donata et ipsius priuilegio confirmata. (Conf. Nr. LXXI, Seite 77.) Vt hec ergo donacio non possit ab aliquo reuocari, super collacione presenti hanc chartam conscribi iussimus, ipsam cenobio sepedicto in firmum robur et durabile testimonium assignando, sigillorum nostrorum munimine roboramus, testibus eciam ad amplificaci-

onem certitudinis subnotatis, qui huic donacioni nostre hilariter et sollempniter facte aderant, nostro facto et proposito, iuxta quod et decuit, applaudentes, Quorum hec sunt nomina: *Petrus prepositus de Wisherat, Dobihs prepositus de Melnik, Magister Vlricus prothonotarius, Magister Gerhardus plebanus de Wienna, Eberhardus plebanus de Ruspach, Wernherus plebanus de Holabrunne, Dominus Nicolaus filius regis, Heinricus comes de Hardekke. Zmielo de Strielz, Hartlibus camerarius Morauie, Otto de Perhtholtstorf, Otto de Haslawe, Chadoldus de Waching, Fridericus Dapifer de Lengepach, Hadmarus de Werde* et alii quam plures. Datum Anno domini M. CC. LXX. sexto kalendas Februarii.

Orig. auf Perg. mit Siegel im Stiftsarchiv Wilhering. — Stülz, Wilhering 544.

CCCXCVIII.

1270. 27. Jäner. Wien. — *Otackar, König von Böhmen, bestätiget dem Kloster Wilhering die Schenkung des Dorfes Eckendorf.*

Otokarus Dei gratia *Rex Bohemiæ Dux Austriæ et Stiriæ et Marchio Morauiæ* omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in perpetuum. Noueritis, nos priuilegia fratrum *in Wilheringe* a *Friderico quondam Duce Austriæ* piæ memoriæ antecessore nostro donata perspexisse et tenorem subnotatum in eis inuenisse. (Folgt die Urkunde Nr. XCIX, Seite 104.) Nos uero in coelis thesaurizare cupientes prædictam gratiam eis liberaliter indulgemus et sigillorum nostrorum robore confirmamus, Mandantes vobis ac districte præcipientes, ut præmissam eis donationem inuiolabiliter obseruetis. Datum *Viennæ* Anno Domini M° CC° LXX. Sexto Calendas Februarii præsentibus testibus subnotatis: *Petro præposito de Wisherat, Tobia præposito de Melnik, Vlrico prothonotario, Magistro Gerhardo plebano de Wienna, Eberhardo plebano de Ruspach, Wernherus* (sic) *plebanus de Holabrunne,* Item *Dominus Nicolaus filius regis, Heinricus comes de Hardekke. Zmielo de Strielz, Hartliebus camerarius Morauie, Otto de Pertoldstorf, Otto de Haslaue. Catoldus de Waching, Fridericus Dapifer de Lengenbach, Hadmarus de Werde* et alii quam plures.

Das Original mit Siegel ist zwar im Stiftsarchive Wilhering noch vorhanden, aber mit Ausnahme einzelner Worte, nicht mehr lesbar. Unter jene Worte gehört auch das Datum *Vienne* Anno domini M. CC. LXX. VI. Kalendas Februarii.

Unter den Zeugen . . . *Mel* . . . . *prothonotario*, *Magistro Gerhardo plebano de Wienna* . . . . *plebano de* . . . *Wernher* . . . Item dominus *Nicolaus filius regis*, *H.* . . . *Hartlibus camerarius* . . . *Otto de Pertolstorf*, *Otto Haslawe*, *Ch.* . . *Dapifer de Lenge* . . . *Hadmarus de Werde* et alii. — Pancharte vom 24. October 1680. Stülz, Wilhering 541.

CCCXCIX.

1270. 27. Jäner. Wien. — *Otackar, König von Böhmen, bestätiget wiederholt dem Kloster Wilhering sein früheres Privilegium vom 28. November 1252 in Betreff der Freiheit von der Advocatie.*

Otacharus, dei gratia *Rex Boemie*, *Dux austrie et Styrie et Marchio Morauie* Judicibus et omnibus, quibus littere iste monstrate fuerint, gratiam suam et omne bonum. Noueritis nos priuilegia fratrum *in Wilheringe* a *Friderico quondam duce Austrie* pie memorie antecessore nostro donata perspexisse et tenorem subnotatum in eis inuenisse. *F.* dei gratia *Dux Austrie et Styrie et dominus Carniole.* (Folgt die Urkunde Nr. CXCVI, Seite 188). Datum *Wienne* Anno domini M°. CC°. LXX°. VI. kalendas Februarii.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Wilhering. — Stülz, Wilhering 543.

CD.

1270. 29. Jäner. Wien. — *Otackar, König von Böhmen, bestätiget wiederholt dem Kloster Wilhering sein früheres Privilegium vom 28. November 1252 in Betreff der Mautfreiheit.*

O. dei gratia *Rex Bohemie*, *Dux Austrie et Stirie et Marchio Moravie* Omnibus Mutariis et judicibus suis iuxta Danubium constiFutis etc. etc. (Folgt die Urkunde Nr. CXCV, Seite 187.) — Datum *Wienne* Anno domini Mill. CC°. LXX°. quarto kalendas Februarii.

Orig. auf Perg. mit Siegel im Stiftsarchive Wilhering. — Stülz, Wilhering 545.

CDI.

1270. 12. März. Burghausen. — *Elisabeth, Ludwig's von Franking Hausfrau, und ihre Söhne gestatten dem Kloster Ranshofen die Einlösung der dem Otto von Lampolting verpfändeten Arnoltzmühle gegen eine Präbende für die Elisabeth.*

Elizabeth uxor domini ludwici de Frœnching, *Ortolfus*, *Fridericus*, *wernhardus filii eiusdem* omnibus christi fidelibus salutem in omnium saluatore. Quoniam humana memoria fragilitatis segnitie uacillatur, necesse est, ut ei scripturarum remedio succurratur. Notum

ergo facimus uniuersis, quod nos beato Pancracio in *Ranshouen*, Canonicis quoque regularibus ibidem domino iugiter famulantibus nostrum molendinum dictum uulgariter *arnoltzmul* situm circa curiam dictam *Roting* de nostra uera possessione, iure proprietatis etiam loco nostrarum sororum libere dedimus propter deum ita uidelicet, ut ipsum molendinum ab *Ottone de lampolding* pro VI. talentis Salzpurgensis monete soluerent, cui a patre nostro fuerat cum dicta curia obligatum, omnem uero inpulsationem ipsius molendini a nostris sororibus promisimus intercipere sine offendiculo dominorum in *Ranshouen*, prepositus autem nominati loci cum suis concanonicis *matri nostre elizabeth* in graciarum actione prebendam unius domine conuerse dedit in uictu et uestitu. si forte ipsam ex aliquo casu postposuerit, nichilominus ipsis datum molendinum certissime remanebit. Ne autem hec donacio a quoquam nostrorum successorum aliqualiter inmutetur, sigillum domini *ottonis de planch(enpach)* huic littere iussimus adiungere ipsis dominis in testimonium et cautelam. Huius rei testes sunt dominus *H. de wolfsperg*, *Otto lampoltinger et filius suus Meingotus de meinhærting*, *Hainricus latinus*, *HainRicus wonchauser ciues in purchusen* et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M° CC° LXX. *in domo latini in purchusen* coram Cellario de Ranshouen in festo beati gregorii.

Aus einem Pergament-Codex Sæc. XIV. in der k. baierischen Staatsbibliothek.

CDII.

1270. 27. April. Amsteten. — *Jeuta, Ortolf's van Morspach Tochter, entsagt allen Ansprüchen auf die Veste Morspach zu Gunsten des Bisthums Passau.*

Ego *Jevta filia dominj Ortolfi de Morspach* Notum faciæ vniuersis presentes litteras inspecturis, quod, cum pater meus predictus ad manus dominj mei *Petri venerabilis Patauiensis Episcopi Castrum in Morspach* cum omnibus feudis sitis in terminis *abbacie*, que possedit nomine vrbor et quibus ab Ecclesia Patauiensi infeudatus fuerat, resignasset, idem dominus meus Episcopus ius naturale siue hereditarium, quod mihi conpetebat uel conpetere videbatur in Castro et feudis predictis, adtente(n)s ipsum Castrum et feuda antedicta mihi contulit titulo feudalj. Verum quia Patauiensem Ecclesiam summe desidero mihi succedere in premissis, sepedictum Castrum et feuda

iam predicta eidem domino meo episcopo resignaui libere et spontanea voluntate, in ipsum et predictam Patauiensem Ecclesiam omne ius, quod habui et quod habere possem in omnibus supradictis ex hereditaria et naturalj successione aut promissione uel obligacione qualicumque, transferens liberaliter et refundens. In cuius rei testimonium presentes litteras Sigillis honorabilium virorum *Magistri Hainrici de sancta Petronella Canonicj Patauiensis*, domini *Hartnidi de Truna, Friderici de Hausek* et predicti patris mei, qui presentes aderant, Communirj postulaui, cum testibus subnotatis, qui sunt hij: *Rudolfus de Gleuz vicedominus, Vlricus de Truna, Hainricus junior Dapifer de Lengbach, Hainricus patruus suus, Otto de Perwort, Otto dictus Paier, Vlricus et Otto fratres de Schafferveide, Wernhardus de Murring, Pilgrimus de Valchenstain, Hainricus de Lonstorf, Meinhalmus de Watzmansdorf, Otto de Cenninge, Chunradus de Gleuz, Wlfingus de Randek* et alij quam plures. Actum et Datum in *Amsteten* Anno dominj M. CC. LXX. V. Kal. Maij.

Mon. boic. XXIX. II. 498.

CDIII.

1270. 30. Aprii. In domo St. Floriani. — *Revers des Propstes Arnold von St. Florian, die Stiftung einer sonntäglichen Messe in der St. Ulrichskirche zu Salmannsleiten und einer montäglichen zu St. Johann von Seite Albert's von Wolfstein zu erfüllen.*

Nos *Ar.* dei gratia *Prepositus et Conuentus Domus Sancti Floriani* Ad noticiam vniuersorum tam presentium quam futurorum cupimus peruenire, quod *Albertus Miles cognomine Wolfstein* Predium quoddam situm in *Oberdorf* et Predium situm in *Ror iuxta Trunam* contulit Ecclesie nostre pro remedio anime sue et Patris et Matris et vxoris sue, et nos ipsius deuotionis precibus inclinati ex nunc erimus obligati ad hoc, quod, quicunque fratrum nostrorum pro tempore magister fuerit Infirmarie, Missam in Capella sancti Ovdalrici *Salmanslitin* singulis diebus Dominicis celebrabit, hoc excepto, si aliquo die Dominico festum aliquod sollempne, videlicet festum beate virginis aut festum Omnium sanctorum aut Commemoratio omnium Animarum contigerit celebrari, illo die Dominico missa debita suspendetur et aliquo dierum eiusdem Septimane Missa subplebitur intercepta, et hoc ideo fieri decreuimus, ne fideles ibidem conuenientes ab Ecclesia Parrochiali summis festiuitatibus abstrahantur. Idem

etiam magister infirmarie ad dies dominicos duo festa, Patroni et Dedicationis scilicet personaliter celebrabit et quidquid in oblationibus altaris perceperit, suum erit. Item Camerarius Ecclesie nostre, quicunque pro tempore fuerit, cuius Officine Predium dictum in *Ror* deputauimus, Missam ad *Sanctum Johannem in villa* singulis secundis feriis celebrabit, oblationes illius altaris hiis diebus etiam recepturus. Semel etiam in anno anniuersarius predicti Alberti nec non parentum suorum seu vxoris sue cum vigilia, Missa defunctorum celebrabitur cum conuentu, sicut pro fratribus nostris defunctis vniuersaliter fieri consveuit, et eodem die dictus magister Infirmarie seruiet Fratribus, cuius officine Predium dictum in *Oberndorf* censuimus deputari. Uolumus etiam, ut, si per aliquam obliuionem aut negligentiam non peregerimus prenotata, ex tunc dictus *Albertus*, uel cuicunque amicorum suorum conmiserit in futurum, dicta predia detineat, quousque neglecta queque uel oblita, sicut promissum est, omnimodis compleantur. Et ut promissiones huiusmodi peragantur et in perpetuum maneant inmutate, Presentem litteram in testimonium scribi fecimus ac Sigillorum istorum (sic) munimine subnotatis testibus roborari, Quorum nomina sunt hec: *Chunradus Scriba anesi, Rugerus dictus Prushinch, Marquardus et Perhtoldus dicti preuhavin de Styra, Ortolfus et Hainricus fratres de Ebersperch, Wolfkangus de Wenbach, Hainricus et Chunradus fratres de Hage, Rugerus de Zaucha milites, Heinricus de volchinst-(orf), Ditmarus et Siuridus dicti Wolfstain, Liutoldus de Walde, Hainricus de Hage, Otto et Albertus filii Alberti Wolfstein, Werinhardus Murringer.* De *Styra Duringus shecho, Hiltprandus iudex.* De Claustro *Hainricus et Ditmarus de Svainpach.* Datum et actum *in domo S. Floriani* anno domini Millesimo, CCmo, LXXmo in vigilia beatorum apostolorum Phylippi et Jacobi.

Orig. auf Perg., dessen zwei Siegel verloren, im Stiftsarchive zu St. Florian.

CDIV.

1270. 19. Mai. Znaym. — *König Ottokar erneuert und bestätigt die Urkunde vom 12. December 1255, durch welche das Marchfutter von St. Martinsberg dem Stifte Kremsmünster erlassen wurde.*

Ottakarus dei gracia *Boemie Rex, Dux Austrie, Styrie et Karinthie, Marchioque Morauie, Dominus Carniole, Marchie et Egre,* Omnibus presens scriptum inspecturis graciam suam cum

plenitudine omnis boni. Cum diuina clemencia semel elargita munera ad sui conspicit nominis gloriam reuocarj, tanto maiora tribuat, quanto per ea sue dignitatis religionem uiderit ampliari. Nos ad dei gloriam et honorem ac eterne felicitatis intuitu beneficium gracie specialis, iam dudum venerabili Abbatj et conuentuj in *Chremsmunster* per nostre dextram serenitatis inpensum pariter et concessum eisdem Abbati et conuentui decernentes in perpetuum obseruare, priuilegium predicto monasterio in *Chremsmunster* concessum, ad rei memoriam perpetuam duximus renouandum. Forma uero priuilegij nostri prioris talis est . . . *Ottakarus* etc. Vid. die Urkunde vom 12. December 1255. Ad noticiam igitur tam presencium quam futurorum dictis Abbatj et conuentui in *Chremsmunster* presens scriptum nostrorum sigillorum munimine duximus Roborandum, presentibus testibus infra scriptis: *Domino Ottone de hazlaw, Ottone Camerario de perchtoldesdorf, Rapotone pincerna de valchenberch, Heynrico de hauwenueld, Stephano de Meychssaw, Chunrado scriba nostro per Anasum* et aliis quam pluribus fidedignis. Actum in *Znoym* Anno Domini M°. CC°. LXX°. et Datum per Manum *magistri vlrici prothonotarij nostri* XIIII°. Kalendas Junij.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 113.

CDV.

1270. 25. Mai. Ens. — *Konrad, Abbt von Gleink, verpflichtet sich zur Erfüllung der von Albert Wolfstein mit mehreren Gütern in seinem Kloster gemachten Stiftung.*

Nos *Chunradus* miseracione diuina *abbas Monasterii glúnicensis* et conuentus eiusdem loci Notum facimus omnibus presentem litteram inspecturis, quod *albertus miles dictus Wolfstain* et filii sui possessiones, quas ab ecclesia nostra possederant, ad manus nostras resignauerunt, Scilicet tres decimales domos, Duas *in grub* et vnam super *zolansperg* et pratum quoddam eciam *in Grůb* situm, quod soluit LX. denarios. Et unum pheodum aput *Ehrolfing*, quod soluit XXX. denarios. Preterea dictus *Albertus* cum filiis suis contulerunt *Monasterio glunicensi* duo predia in *winchel* sita, que soluunt talentum denariorum, Ea condicione, ut omni secunda feria ad beatam mariam Magdalenam in sinistra abside missa pro defunctis celebretur, Et in festo sancti Seuerini Confessoris annuatim Anniuer-

sarius ipsius militis, quando ab hac uita discesserit, atque patris sui et omnium parentum suorum cum Missa et uigilia sicut uni de nostris fratribus celebretur et consolacio dictis fratribus exhibeatur, videlicet ea nocte, cum uigilia cantatur, duo fercula et unus potus. In Mane uero, cum Missa canitur, idem potus, qui et in nocte cum tribus ferculis et albo pane administretur. Et si in ipso die antedictum anniuersarium per aliquam obliuionem neglexerimus, ipse uel cuique amicorum suorum iniunxerit in futurum, ante dictas possessiones detineat, quousque memoria ipsorum, ut est premissum, persoluatur. Ad cuius rei memoriam presentem litteram scribi fecimus sigillorum nostrorum munimine communitam, Testibus, qui aderant, subnotatis: *Arnoldus prepositus domus sancti Floriani, Magister Chunradus, Meinhardus, Vtschalcus* (sic) *Canonici eiusdem Ecclesie; Hugo Prior, Heinricus, Duringus, Ortolfus, Wernhardus, Ekkardus, Alramus, Otto, Sifridus, Leupoldus, Heinricus, Chunradus Sacerdotes Monasterii Glŭnicensis, Alramus, Johannes Dyacones* eiusdem loci, *Paulus, Richerus Subdyacones, Vlricus conuersus* et alii familiares Ecclesie memorate, *Chunradus Scriba Anasi, Marquardus Preuhauen de Alhartsperge, Marquardus, Perchtoldus fratres dicti preuhauen, Dŭringus scheko, Otto Holsterperger, Richerus de Stadel, Ortolfus, Heinricus dicti Chersperger, Rugerus de Zavcha, Heinricus hŭsendorfer, Rugerus prŭschenche, Fridericus Waldner cum filiis suis Friderico et leutoldo, Vlricus Judex Anasi, Meingoz Ruffus, Chunradus Swaiff, Tiemo, Fridericus fratres, Otto, Arnoldus filii ipsius Alberti Wolfstain, Ditmar, Sifridus fratres de hagwald, Chunradus, Ludwicus fratres de Zaucha, Ditricus gerber* cum multis. Acta sunt hec aput *ciuitatem Anasum* Anno domini M°. CC°. LXX. VIII. kalendas Junii.

Aus einem Pergament-Codex Sæc. XIV. im Stiftsarchive zu St. Florian.

CDVI.

Circa 1270. 13. Juni. Znaym. — *Otackar, König von Böhmen, befiehlt den Mautnern zu Neuburg von den Victualien für das Kloster Reichersberg keine Maut zu nehmen.*

Ottokarus Dei gracia *Bohemorum Rex, Dux Austrie et Styrie ac Marchio Moravie* mutariis in *Newnburch* graciam suam et omne bonum. Cum *Preposito et Conventui in Richersperg* graciam fece-

rimus specialem in eo videlicet, quod victualia eorum tam per aquas quam per terras per nostrum districtum Dominii transire debeant libere sine muta, precipimus vobis firmiter et mandamus, quatenus dictis Preposito et Conventui debeatis iura ipsorum inviolabiliter conservare, prout ipsorum privilegia exprimunt et declarant, permittentes eisdem victualia sua tam per aquas quam per terras sine mutarum requisitionibus pertransire. Datum in *Znoym* idus Junii.

Mon. boic. IV. 455.

CDVII.

1270. 28. Juli. — *Propst und Convent von St. Nicola bei Passau geben ihren Hof zu Dürrenaschach dem Wernhart Lerbühler zu Erbrecht.*

In nomine domini Amen. *Nos L.* dei gratia ***prepositus et conuentus ecclesie sancti Nicolai patauie*** noticie tam presentium quam posthac futurorum huius Pagine inspectorum transmittimus per hanc scripturam, quod Nos conmunicato consilio et consensu nostro locauimus iure hereditario ***wernhardo dicto Lerbvhler*** et ***uxori sue elizabet*** ac heredibus suis curiam nostram in ***Dőrrenascha*** ad cellarium nostrum pertinentem tali conditione subnexa, ut non obstante ullo impedimento vel grandinis vel sterilitatis vel vel (sic) gverre vel desolationis vel quocunque nomine censeatur, annuatim nobis inde soluant in die sancti Andree apostoli libram unam wiennensium denariorum tunc temporis datiuorum. Quod si ipse vel heredes sui negligenter pretermiserint infra XIIII^cim^ dierum spacium, penam LX. denarios subibunt summa capitali nichilominus persoluta. Si autem nec tunc debitum censum persoluerint, a iure suo, quod in predicta curia habebant, cadant et eadem ad nos redeat absolute, non habentes quidquam iuris vel auctoritatis de cetero repetendi vel impetendi nos de contractu et pecunia primitus conditionaliter percepta. Adicimus etiam, ut non habeant facultatem alienandi aut uendendi aut conmutandi curiam supradictam nisi nostra licentia super hoc inuocata primitus et concessa. Ne autem talis locatio errorem nobis aut illis dampnum pariat inposterum aut grauamen, duas litteras inde conscribi et sigillo domni ***Gundachari de Storchenberch aduocati nostri*** ac sigillo conuentus nostri fecimus conmuniri, unam nobis reseruantes, ipsis alteram assignantes. Testes huius rei sunt Dominus ***Gundacharus de Storchenberch, dominus Ditmarus miles de Loh, Otto de Havzenbach, Albertus frater suus, Chunradus de Sancto Georgio et Hermannus***

frater suus, Leo sagittarius, Wernhardus notarius, Meinhardus de Lvffenberch, Otto sagittarius, Waltherus . . . Wernhardus de Ellesarn, Dominus Livpoldus prepositus cum conuentu et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M°. CC°. LXX°. V. kalendas Augusti.

Orig. auf Perg. mit Siegel. K. baierisches Reichsarchiv.

CDVIII.

Circa 1270. 28. October. Walsestein. — *Heinrich, Herzog von Baiern, verleihet dem Kloster Suben Mautfreiheit zu Burghausen und zwischen Salzburg und Passau für 12 Kufen Salz und 2000 Käse.*

Heinricus Dei gratia *Palatinus Rheni Comes*, *Dux Bawarie* notum esse volumus universis, quod nos ad remedium anime Patris nostri nec non ob salutem nostram, uxoris quoque ac heredum nostrorum *Ecclesie sancti Lamberti in Suben* et fratribus ibidem Deo servientibus hanc prerogativam concessimus, ut apud *Burchusen* et alias Mutas nostras infra *Salzburgam* et *Pataviam* sitas omni exactione sopita in victualibus suis videlicet duodecim cupparum salis et duo millia caseorum liberam habeant transvecturam. Date in *Walsestein* quinto Calendas Novembris.

Mon. boic. IV. 533.

CDIX.

1270. — *Ulrich der Ältere von Capellen gibt dem Kloster St. Florian ein Pfund auf seinem Hofe zu Klingelbach zum Seelgeräthe.*

Tenore presencium pateat vniversis ipsarum seriem inspecturis, quod ego *Vlricus senior dictus de Cappella* ob remedium et salutem anime mee nec non et omnium progenitorum meorum Curiam in *Chlingelbaçh Ecclesie domus sancti floriani* delegaui liberaliter, sub hac forma videlicet, quod ex nunc annuatim eidem Ecclesie siue domui semper in festo Natiuitatis sancte Marie vna libra denariorum wiennensium pro censu et debito seruicio persoluatur, volens tamen racionabiliter et subiungens, ut, cum valetudine pristina dei mediante auxilio rehabita et recepta, redditus vnius libre prefate domui in loco magis vicino et vtiliori conparatos rebus meis assignauero, libere et solute ex tunc curia prenotata ad vsus meos et heredum meorum seruiliter sicut antea reuertatur. et vt hec ipsa accio siue delegacio reddituum huiusmodi a me et a mea vxore siue pueris nostris infringi non possit nec debeat vllo modo, presentem litteram super ipso

negocio scribi et sigilli mei munimine roboratam memorate Ecclesie assignandam sollempniter procuraui. Acta sunt hec Anno gracie M° CC° LXX°

Aus einem Pergament-Codex Sæc. XV. im Stiftsarchive zu St. Florian.

CDX.

1270. — *Chunrat von Peurbach überlässt dem Kloster Mondsee siebenzehn hörige Personen.*

Ego *Chunradus dictus de Peurbach* notum facio in perpetuum universis, ad quos præsens scriptum pervenerit, quod ego XVII. homines cum hæredibus suis, quos in posterum habere poterunt, in *Mænse Ecclesiæ* resignavi, cum de eisdem hominibus ab ipsa Ecclesia fueram infeudatus, et istam resignationem feci pro recompensatione sex talentorum denariorum Salzburgensis Monetæ, de quibus denariis mihi est pleniter satisfactum sic, quod renuntio de peccunia non numeratæ et pignoratitiæ actioni. Nomina hominum, quos resignavi, ut præfatum est, sunt hæc: Hainricus dictus Greuzler, Chunradus frater suus, filius Vetelerii, filia Hainrici Greuzlin sororis, Gertrudis uxor Rudberti de Paumgarten cum duabus filiabus et uno filio, Chunradus auf der Steur et soror sua Gisla, Chun (radus) Zelgraus, Hainricus dictus Pæner, Chunradus senior filius glangonis, Chunigundis dicta Poesendæf et filia ejus Gisla, Heinricus dictus Obernstainer et duæ sorores suæ. Insuper feci resignationem generalem de omnibus aliis hominibus præfatæ Ecclesiæ in Mænshe, de quibus ab ipsa Ecclesia fueram infeudatus, qui mihi sunt incogniti, siqui adhuc possent alii inveniri præter hos, quorum nomina superius sunt expressa, hac conditione adjecta, ut in recompensationem a sæpe fata Ecclesia in Mænshe gratia aliqua michi fiat. In cujus rei memoriam, ne in posterum alicui super hac resignatione possit dubium vel scandalum generari, præsentes litteras in perpetuam rei memoriam cum testibus subnotatis feci sigilli nostri munimine roborari. Hi sunt testes: *Chunradus Otnanger, Hainricus Mullhamer, Hartlibus Ruhervving, Hainricus in hospitali, Chunradus Glango, Engelscalcus officialis et Rugerus pellifex* et cæteri quam plures. Datum Anno Domini 1270.

Chronic. Lunælac. 157.

CDXI.

Circa 1270. — *Heinrich und Wernhart von Schaunberg erlauben dem Kloster Reichersberg eine Wasserleitung über ihre Wiese bei St. Ulrich zu führen.*

Noverint universi presentem paginam inspecturi, quod nos *Heinricus et Wernhardus fratres de Schawnberch* concessimus *Ecclesie Richerspergensi* aque meatum et transitum per pratum nostrum ad *S. Vdalricum* donacione nostra libere et absolute perpetuo possidendum. Vt autem hec nostra donacio rata permaneat et inconcussa, presentem paginam sigilli nostri robore consignatam subnotatis testibus Ecclesie prefate dedimus ad cautelam. testes sunt Dominus *Dietmarus de Hugenberge*, Dominus *Ludwicus Schiver*, Dominus *Sibrandus*, Dominus *Chunr. de Furt*, *Vlricus Schiver*, *Chunr. de Strachen*, *Leutoldus de Heimpach*, *Hugo de Weydervelde*, *Chunr. de Drachselhaim* etc.

Mon. boic. IV. 454.

CDXII.

Circa 1270. — *H. Abbt zu Lambach gibt dem Heinrich von Reutte ein Lehen in Reutte gegen einen jährlichen Dienst zu Burgrecht.*

Notum sit presentibus et futuris hanc paginam inspecturis, quod nos *H.* dei gratia *Abbas Ecclesie Lambacensis* cum vnanimi capituli consensu contulimus *Hainrico de Reutte* eiusque successoribus feodum in *Reutte* iure hereditario possidendum, vt videlicet in Natiuitate Beate Marie virginis pro seruicio LX. et pro steura aduocacie quinque denariorum suo tempore annis singulis sit soluendo. Ne igitur sub nomine nostre Ecclesie quispiam huiusmodi contractum audeat irritare, si damus in testimonium et cautelam sibi cartam presentem nostrorum sigillorum munimine roboratam. Huius rei testes sunt Dominus *Hainricus miles de Stille*, *Dietmarus de Paurau*, *Hugo de foro Lambacensi*, *Otto de Saumettinge* et *Siboto frater eius*, *vlricus officialis de Hettenperge*, *Dietmarus officialis de wange* et alij quam plures.

Orig. auf Perg. mit einem beschädigten Siegel. Stiftsarchiv Lambach.

CDXIII.

1271. 11. Mai. Salzburg. — *Heinrich von Vertzling schenkt der Kirche Mondsee eine Hörige Elisabeth zum Seelgeräthe.*

Ego *Henricus de Vertzling miles* protestor, quod ad instantiam *Sifridi officialis Domini Ulrici de Wispach majoris* legavi Elysabeth

præsentium exhibitricem ad Altare beati Michaelis in *Menseh* ob remedium animæ meæ et parentum meorum aliquantula pro pecunia, videlicet uno talento mediante. In cujus rei testimonium præsentem litteram sibi dedi mei sigilli munimine roboratam. Testes hujus rei sunt *Hoholdus Magister Curiæ Can. Salzb.* et *Sifridus* supradictus. Actum *Salzburgæ* Anno Domini 1271. 5. Idus Maji, Indict. 14.

Chronic. Lunælac. 157.

CDXIV.

1271. 25. Mai. — *Indulgenzbrief des Bischofes Leo von Regensburg für die Kirche zu St. Florian.*

Nos *Leo* miseracione diuina *Ratisponensis Episcopus* vniuersis presencia inspecturis volumus esse notum, quod nos omnibus corde contritis et confessis, qui ad *Ecclesiam sancti floriani* Patauiensis dyocesis in quatuor festiuitatibus sancte Marie, videlicet Purificatione, Annunciacione, Assumptione et Natiuitate ac in festo dicti beati floriani Martiris causa deuocionis confluxerint nec non suas elemosinas erogauerint, Qvadraginta dies Criminalium et Octoginta venialium de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus, dvm (modo) tamen hoc de dyocesani voluntate processerit et assensu. In cuius rei testimonium presentem literam ibidem reliquimus Sigilli nostri robore conmunitam. Datum anno domini M° CC° LXX. primo in crastino Pentecostes.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv St. Florian.

CDXV.

1271. 11. October. — *Die Bürger von Krems bezeugen, dass das Kloster Baumgartenberg seine Weingärten bei Krems unter der Bedingung verkauft habe, dass die Käufer von dem erzeugten Weine theils zwei Eimer, theils auch den dritten Theil desselben jährlich in seinen Hof zu Krems dienen sollen.*

Quoniam fluxibilitati memorie succurritur potissime per suffragium litterarum, Nos vniuersi *Ciues de Chrems* constare cupimus tam presentibus quam futuris harum testimonio litterarum, quod fratres *domus de Pavngartenperg* tanquam prouidi futurorum, iuxta confessionem ementium suas vineas circa *Chrems* sitas ad proprietatis tytulum uendiderunt, interpositis conditionibus subnotatis, videlicet ut decimis earumdem vinearum exclusis, que ad dictos fratres primitus libere pertinent et precise, quilibet ex supradictis emptori-

bus partem vini, quod sibi de sua vinea prouenerit, tribuat annuatim ita, quod quidam duas vrnas tantum, quidam uero terciam partem omnium prouentuum ipsis soluant. Et ne ad personas potentes uel aliter ad seruiendum inhabiles dictas uineas presumant alienare, promiserunt ijdem studiosius precauere. Adiectum fuit etiam in ipsa uenditionis forma, quod vinum, quod ex dictis vineis prouenerit, nusquam nisi in torculari curie prenominatorum dominorum exprimi debeat vel colari, transgressorum vero proprietas in eisdem vineis ad sepe dictos absque contradictionis obstaculo reuertetur, nisi de speciali licentia aliud a procuratore curie petitum fuerit et concessum. Ne autem huiusmodi contractum per calumpniam aliquis ualeat infirmare, ipsum dicti fratres conscribi petiuerunt et Sigillorum videlicet Ciuitatis nostre et Domini *Gozzonis* munimine roborari Testibus annotatis, quorum hec sunt nomina: Dominus *Gozzo, Siboto frater suus, Zaizmannus, Irnfridus filius Gozzonis, Helwicus, Chunradus de Hederstorph, Rudlo de Maevrperg, Prechtlo scriba* et alij quam plures. Acta sunt hec Anno domini M° CC° LXXI° V° Idus octobris.

Orig. auf Perg., mit zwei Siegeln im k. k. geheimen Hausarchive. — Chmel, Notizenblatt 1843, 73.

CDXVI.

1271. 10. December. Steyr. — *Vertrag zwischen Dietrich von Dobra und dem Kloster Garsten wegen der Zehente zu Klein-Waitenberg.*

Ego *Ditricus de Dobra* tenore presencium significo tam presentibus quam futuris, quod, cum temporibus venerabilis domini *Friderici Gerstensis ecclesie abbatis* inter ipsam ecclesiam *Gerstensem* et *parrochiam sancti Petri in owe* de quibusdam Decimis sitis in *paruo waitenperge* lis verteretur, ipsam uexationem redemj presentibus viris ydoneis per hunc modum, quod ego renunciaui omni iuri, quod in Curia quadam sita infra *forum sancti Petri* et *montem sancti Michahelis*, quam *frater meus Heinricus ecclesie Gerstensi* donauit, nec non in Decimis *Nivstift*, quas ad tempora vite mee possedisse debueram, michi conpetere videbatur. Prefatus quoque dominus *Fridericus abbas* ac suus conventus renunciauerunt omnj iurj ac actionj, que in predictis Decimis *in paruo waitenperge* ipsis ac sue ecclesie conpetere videbatur. Et ne predicta *Gerstensis ecclesia* in posterum per meos successores sev heredes in predicta Curia vel memoratis decimis in *Nivstift* possit grauari per calumpniam sev

vexari, presentem litteram in testimonium scribi et sigillo meo feci muniri. Datum in *Styra* anno M° CC° LXXI° proxima feria V^{ta} post festum beatj Nicolay. Huius rei testes sunt hii: ***Milites Heinricus et Chvnradus fratres de Hag, Marquardus et perhtoldus fratres dicti Prevhaven, Dvringus Schekho, Otto de Osterberch, Serui vlricus et Marquardus fratres de Tvrsendorf, vlricus filius Schekhonis, Josep, Otto de Erln*** et alii quam plures.

Orig. auf Perg. mit Siegel im Stiftsarchive Garsten.

CDXVII.

1271. — *Die Edle Ata schenkt dem Kloster Formbach eine Baustelle und Wiese am Semmering.*

Sciant vniuersi presentium inspectores, quod femina quedam nobilis ***Ata*** nomine Ecclesie ***Vormbacensi*** aream quandam et pratum circa ***Montem Semerinkum*** annvatim in festo sancti Michahelis XXXVI. denarios solventia de consensu filiorum suorum ***helmwici*** et ***wigandi*** et filie sue ***Margarete*** tradidit et donauit. Acta sunt hec anno domini M° CC° LXXI.

Aus dem Formbacher Codex im k. baierischen Reichsarchive.

CDXVIII.

1272. 16. April. Schaunberg. — *Heinrich von Schaunberg bestätigt die Mautfreiheit des Klosters Raitenhaslach zu Aschach.*

Ne gesta hominum rationabiliter facta per diuturnitatem temporis oblivio tollat, congruit ea scripture testimonio perhennari. Hinc est, quod nos ***Hainricus de Schoumberch*** notum esse volumus hanc litteram inspecturis, quod donationem sive concessionem ***Ecclesie S. Marie in Reitenhaslach*** fratribusque ibidem Deo famulantibus per nos et ***Wernhardum fratrem*** nostrum pie memorie ob remedium animarum nostrarum et progenitorum ac successorum nostrorum factam videlicet, quod naves dictorum fratrum ascendentes de Austria ipsorum victualia portantes scilicet vinum, frumentum nec non alia victualia in ***Muta*** nostra ***Aschach*** libere pertranseant sine muta perpetualiter excepto iure mutariorum, quod ad valorem tantummodo denarior. XIV. estimatur, cum consensu filiorum nostrorum ***Wernhardi et Heinrici*** propter dilectionem et amorem, quem ad eundem habemus locum, ob reverentiam gloriose Virginis Marie nec non ad

instantiam domini *Chunradi Abbatis* ibidem venerabilis confirmavimus ipsis donationem prehabitam renovantes. Ut autem hec nostra donatio simul et concessio rate permaneat et inconvulse, in testimonium et cautelam presentem cedulam munimine sigillorum nostrorum filiorumque nostrorum *Wernhardi et Hainrici* prefatis fratribus dedimus roboratam. Huius rei testes sunt *Hertnidus Dapifer, Chunradus de Wert, Ulricus de Chirchperch, Chunradus de Strochen, Chunradus Stal, Ludwicus Schiur, Hainricus de Mœring, Hainricus de Gibing, Fridericus Plebanus de Vert, Hainricus Notarius, Karolus Pedagogus Domicellorum de Schoumberch, Hertwicus et Albertus tunc temporis mutarii in Aschach, Otto Pfeflinus* et alii quam plures. Acta sunt hec apud *Schoumberch* anno Domini M. CC. LXXII. in vigilia palmarum.

Diese Befreiung ist ferner bestätiget worden im Jahre 1284 durch Wernhard und Heinrich Brüder von Schaunberch „testibus *Ottone de Ror, Conrado et Rudolfo Stal, Conrado de Furt*"; im Jahre 1363 durch die Grafen Ulrich und Heinrich Brüder von Schaunberg; 1365 durch den Grafen Heinrich, und endlich 1423 durch den Grafen Johann. Mon. boic. III. 168.

CDXIX.

1272. 24. April. St. Florian. — *Chunrat, Propst von St. Florian, beurkundet, dass eine Streitigkeit zwischen der Propstei St. Florian und Colo von Linthe wegen einer Hube zu Salmansleiten durch Schiedsrichter beigelegt worden ist.*

Vniuersis presentes literas inspecturis *Chunradus* dei gracia *prepositus et Conuentus ecclesie sancti Floriani* salutem in domino. Quoniam humane nature fragilitas ad dissenciendum promptissima repperitur, ideo cautum est, vt res gestas scripti series ad eternam memoriam prosequatur. Propter quod vniuersitati uestre cognitum esse cupimus per presentes, quod lis, que vertebatur inter nos et *colonem de Linthe* et suam parentalem super vna *Hůba in Salmansleiten* et duabus areis ibidem taliter est mediantibus nobilibus et honestis viris quam pluribus conposita et sopita, quod ipse *Kolo et Dietricus et Hainricus fratres sui,* filie quoque sororis sue *Alhaidis* et *Osanna,* nec non filia fratris sui *Margareta* et *Heinricus* frater eius cum ceteris consangwinitatis linea sibi iunctis dictam Hubam cum areis adiacentibus ad manus nostras resignauerunt, abrenunciantes omnimodis iuri suo, quod asserebant habere in predictis areis et Huba, quo facto ad instantiam plurimorum, quia sic fuerat arbitratum,

dicto *Koloni* et Parentele sue hanc fecimus graciam, quod a festo Georii nunc viginti annis possidere debent sepedictam Hubam cum areis, interposito tali pacto, quod in Natiuitate beate virginis singulis annis, officiali nostro Sexaginta denarios sunt daturi, quo semel pretermisso vacabit Ecclesie nostre cum areis dicta Hůba. Item si de sepedicta Hůba vel de areis quitquam vendiderint vel distraxerint vel obligacione aliqua alienauerint, ex tunc iterum omni contradiccione remota ipsa Huba cum areis redibit ad legittimam possessionem Ecclesie nostre pleno iure Ita, si infra hunc terminum, quem dedimus, fuerit sepe dicta Huba a possessoribus suis in aliquibus deteriorata, hoc vltimus, qui eam possederit, Ecclesie nostre recuperare tenetur et in integrum emendare. Et ne prefatus *Kolo* vel aliquis vel aliqui prescriptorum consangwineorum siue successorum suorum elapsis viginti annis prememoratam Hubam cum areis sepe dictis sibi audeant in nostrum preiudicium vendicare, jn testimonium huius rei presentem paginam scribi fecimus Sigilli nostri nec non sigillorum domini *de Harthaim Chunradi* et domini *Heinrici de Hage Scribe anesi* et domini *M. Puhanm* (Preuhauin?) munimine roboratam, testibus subnotatis: dominus *Fridericus de Walde senior et filius suus, Fridericus de Lapide et Leutoldus filius suus, de Eschelperch dominus dietericus Officialis* (in altero Codice: *de Ebesperch dominus dietericus Officialis*), *dominus Hainricus de Hage Milites. Otto de Grillenperge*, *Fridericus Genshil, Fridericus de Lantzenperge, Albertus de Hautzenpach, Chunradus de Rorbach*, *Otto de Vtzinge, dominus Rûgerus Prueschinch, Otto de Harthaim*, *Wernhardus de Harthaim. Otto de Emlinge, Seyfridus de Walichinge,* hic de villa, *Engelschalcus aput valuam, Chunradus de ainsidel*, *Weichhardus et Hainricus fratres, Wilhelmus aput pontem et Siboto frater suus, Hugo cocus* et suus frater et ceteri quam plures. Acta sunt hec *in domo sancti Floriani* Anno domini M° CC° LXXII° Indicione XV. in die sancti Georii martiris.

Aus einem Codex Sæc. XV. im Stiftsarchive zu St. Florian.

CDXX.

1272. 22. Mai. In prioratu de Grausello. — *Papst Clemens IV. bewilligt dem Bischof von Passau den Bezug der Einkünfte der Pfarre Gallneukirchen.*

Clemens Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri *Episcopo Pataviensi* salutem et apostolicam benedictionem. Gerentes ad

te et Ecclesiam tuam prone dilectionis affectum, illam tibi gratiam libenter impendimus, quam tuis et eiusdem Ecclesie necessitatibus fore conspicimus oportunam. Cum itaque, sicut nuper ex tenore tue petitionis accepimus, tu et Ecclesia tua, propter terrarum discrimina dudum inter principes, Barones et nobiles illarum partium humani generis inimico superseminante Zizaniam suscitata, in redditibus, bonis et juribus vestris, presertim ad episcopalem mensam tuam spectantibus adeo dampna gravia incurreritis, quod, nisi per nos vobis in hac parte de salubri remedio succurratur, vitae usque ad longi temporis spatium restaurationem dampnorum consequi peteritis predictorum, nec et ipsius Ecclesie jura manu teneri poterunt et defendi aliaque tibi et illi incumbentia onera suportari, Nos volentes tibi et predictae Ecclesie super hoc de alicujus subventionis remedio providere, dictamque mensam ampliari in redditibus, cupientes tuis sublicationibus inclinari, parochialem Ecclesiam in *Gallneukirchen* tue dioeceseos ad tuam collationem spectantem, cujus redditus XXX. Marcarum argenti summam annis singulis non excedunt, eidem mense auctoritate Apostolica de speciali gratia perpetuo annectimus et unimus seu in tuos et ejusdem mense usus proprios concedimus et etiam deputamus ita, quod cedente vel decedente rectore, qui nunc est ejusdem Ecclesie, vel ea quocunque alio modo vacante possessionem ejusdem Ecclesie ac jurium et pertinentiarum ejus auctoritate nostra ingredi libere valeas cujusquam assensu minime requisito, assignata vicario in predicta Ecclesia perpetuo servituro, de ipsius Ecclesie proventibus congrua portione, ex qua commode sustentari valeat et incumbentia alia sibi onera supportare, non obstantibus quibuscunque literis apostolicis super quorumcunque provisionibus impetratis seu impetrandis siue reservationibus vel inhibitionibus earum auctoritate factis aut etiam faciendis, quibus quo ad assecutionem aliarum Ecclesiarum et beneficiorum nullum per hoc volumus prejudicium generari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre annexionis, unionis, concessionis et deputationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se nouerit incursurum. Datum in *Prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionensis diocesis* XI. kalendas Junij. Pontificatus nostri anno VII.

Mon. boic. XXVIII. II. 396.

CDXXI.

1272. 27. Juni. Velden. — *Zawisch von Valchenstein unterwirft sich dem Ausspruch eines Schiedsgerichtes in seinen Streitigkeiten mit dem Bischof von Passau.*

Ego *Zawisius de Valchenstain* significo tenore presentium vniuersis, quod, cum super diuersis dampnis, per venerabilem dominum *Patauiensem Episcopum* indebite mihi factis, cum ipso ad diem colloquij in *Velden* deputatum per serenissimum dominum meum *Regem Boemie* conuenissem, volens aliqua super premissis mihi utilia de amicorum meorum consilio et aliorum discretorum, qui ibidem aderant, ordinare, nec in huiusmodi possem proficere ullo modo, tandem, cum modus concordie non posset alius inueniri, ad consilium eorundem amicorum meorum vna cum predicto domino Episcopo in arbitros compromisi, qui pro se et Ecclesia sua elegit pro arbitris dominum *Chunradum de Harthaim* et *Heinricum de Radek*, Ego vero pro me *patrem meum dominum Bvdwigium* et *patruum meum dominum witigonem de Natscharat*, qui omnes a feria sexta sequente festum beatj Johannis Baptiste ad dies Quatuordecim *in Ciuitate Velden* vnam domum intrabunt, et sine omni dolo seu fraude ac protractione negocij iurabunt, ab eadem nunquam exire, quousque secundum deum et iusticiam super predictis dictum dominum Episcopum et me concordauerint integraliter atque plene. Si autem aliquis ex predictis arbitris absens fuerit, inpedimento legitimo prepeditus, loco eiusdem persona ydonea et discreta de parcium beneplacito eligatur. Si vero predictos arbitros vel vnum ipsorum idem dominus Episcopus ad locum predictum et diem in Velden transmittere neglexerit, in Quingentis talentis michi tenebitur et eadem habebo super omnibus bonis Ecclesie sue Patauiensis. Si vero Ego meos arbitros transmittere neglexero, in Quingentis talentis sibi tenebor similiter, ut est dictum, et pro eorundem solutione intrabo *Patauiam*, nunquam ab inde exiturus, prout fide data promisi, quousque de eisdem Quingentis talentis ipsi domino Episcopo per me fuerit integraliter satisfactum. Et si forte Patauiam non venero vel non solutis eisdem Quingentis talentis recessero sine sua licencia specialj, eadem habebit super omnibus bonis meis, quocumque nomine censeantur. Si vero in feria VI. predicta, qua arbitri conuenire debent, aut sepedictus dominus Episcopus aut Ego in terra non fuerimus, inpedimentis legitimis prepeditj, ex tunc omnia in eo statu, in quo dimittuntur per

arbitros, remanebunt per dies Quatuordecim subsequentes et sic fieri debet, quocienscumque legitimum nostrum inpedimentum utrobique, ut dictum est, probatum fuerit, usque ad decisionem ipsius negocij atque finem; vnus tamen militum memoratj domini Episcopi absentie sue inpedimentum in *valchenstain* suo iuramento tenebitur conprobare et similiter militaris persona meam absenciam iurato coram Patauiensi Capitulo excusabit. Ego etiam fideiussores *Pertoldj de Harthaim* ad solucionem michi pro ipso faciendam, pendente huiusmodi arbitrio, non artabo, sed iidem super ipsa post finem presentis negocij ad quatuor dies sequentes inducias habebunt, vsura tamen accrescet illis Quinquaginta talentis, que soluj in jnuentione sancte Crucis preterita debuerunt. Homines etiam antedictj domini Episcopi medio tempore tam in aqua quam in terra tuebor fideliter nec ipsos in aliquo perturbabo, quod etiam ipse dominus Episcopus tenetur in omnibus facere uice uersa. Et si, quod absit, contrarium factum fuerit, illud infra Octo dierum spacium inuicem debemus modis omnibus emendare, Promittentes nichilominus ex utraque parte predictorum arbitrio, quodcunque fuerit, parere in omnibus ipsumque ratum habere inuiolabiliter atque firmum. Quicumque autem ex nobis huic contrarius fuerit et rebellis, idem in pena superius expressa, Quingentorum talentorum videlicet, alteri teneatur. In cuius rei testimonium presentem dedj litteram sigilli mei robore communitam cum testibus subnotatis. Qui sunt hij: *dominus W. prepositus Patauiensis, dominus O. Cantor ibidem, dominus W. et H. fratres de Schawenberch, dominus G. de Storchenberch, dominus P. de Tannberch, dominus S. de Lonstorf, dominus Ch. de Harthaim, P. de Haidendorf, W. de Dahsperch, Eng. de Inne, Ditricus de Mauthusen, H. de Radek* et alij quam plures. Actum in *Velden* Anno dominj M. CC. LXX. secundo, V. Kalendas Julij.

Mon. boic. XXIX. II. 503.

CDXXII.

1272. 18. August. Ranna. — *Die Brüder von Waldeck schliessen auf Grund eines Schiedspruches mit Pilgrim von Tannberg Frieden.*

Nos *H. et Or. fratres de Waldeke* notum facimus presentibus universis, quod ad complanandam discordiam, que vertebatur inter dominum *Pilgrimum de Tanneberch* et nos, in arbitrium compromisimus utrobique, quod per ipsos arbitros taliter est decisa, quod

nos facti amici fide data et juramento addito spospondimus (sic) veram amicitiam perpetuo inviolabiliter conservare, videlicet sub hac forma, quod, si unus nostrum causam domini sui vel amici alterius contradicere voluerit, quatuordecim diebus ante faciat ad ipsum, ita tamen, ut nullus utrumque (sic) alteri dampnum inferat speciale, immo debere (sic) prodesse sibi pro viribus et pro posse, prout fidem policitam et juramentum voluerit conservare, et si quid de rebus reliquis ad manus alterius devenerit, mox, ut alius esse cognoscerit, per omnia restituat et in totum. praeterea et per arbitros est iniunctum, quod quidque nobis per dominum P. de Tanneberch dampnum vel suos homines est illatum, quarta sibi parte relaxamus, residuum vero sub iuramento duorum virorum, quos nos de suis hominibus elegerimus, restaurabit; dampnum vero, quod nos sibi fecerimus, pro iuramento duorum virorum, quos nos de suis hominibus elegerimus, totaliter restaurabimus ad plenum. Hoc autem satisfacto ex utraque parte infra IIII^or ebdomadas debet alterum adimpleri. Quicumque vero ex nobis hoc neglexerit faciendum, intrabit domum suam, ubi uxor sua inhabitat, nunquam inde exiturus, donec predicta satisfacto fuerint adimpleta. Et si qua discordia, quod absit, inter nos vel nostros homines fuerit exorta, similiter debet inter nos infra IIII^or ebdomadas amicabiliter aboliri et si quis ex nobis hoc non fecerit, pena superius expressa similiter punietur. Adicimus etiam, quod nostri servientes ex peracta discordia et sedata in bonis eorum, sive fuerit in feodis sive in aliis bonis, nec antiqui odii vel moderni aliquid incomodum paciantur nisi iustitia meditante et unusquisque possessionem suorum bonorum, quam hactenus habuerit, libere possidebit, nisi sibi per iustitiam debitam abscindatur. Quodsi forte nos non possimus finaliter deffinire, saltem ad presenciam iudicum provincialium deferatur. Nihilominus debemus pro universis causis nostris in meliores terre compromittere et sic unusquisque suam iusticiam prosequatur. Quicumque vero ex nobis huic arbitrio fuerit contrarius, et rebellis et violator treugarum perpetuo nominetur. Ad cuius rei confirmacionem presentes litteras sigillo domini *Budwogii et filii sui Zabissi* et nostro volumus communiri. Actum In *Ranna* Anno incarnationis dominice M. CCLXXII. XV. Kalend. Septembris.

Orig. auf Perg. mit den Siegeln Ortolf's von Waldeck und Budwog's von Krummau im k. baierischen Reichsarchive. — Conf. Mon. boic. XXIX. II. 506.

CDXXIII.

1272. 25. October. — *Propst und Convent zu Ranshofen bezeugen, dass Heinrich von Wolfsberg und seine Hausfrau sich daselbst eine Pfründe gestiftet haben mit zwei Höfen zu Puch und einem zu Mülberg.*

Nos dei gratia Prepositus Totusque conventus ecclesie *Ranshouensis* omnibus presentem litteram inspecturis declaramus, quod dominus *Hainricus de wolfzperch* et *uxor sua diemůdis* predia sua in *pǔch* duo et in *Mivlperch* unum nostre Ecclesie ob remedium animarum suarum taliter legauerunt, quod singulis annis VI. metretas frumenti Purchusane mensure et IIII. metretas auene ac duas metretas ordei atque duo sextaria uini, cum nobis ab austria ducitur de nostris uineis et non aliunde, dicto *H.* et vxori sue predicte dare debemus, quando uero aliquis eorum moritur, videlicet *Hainricus* sev *diemůdis*, media pars huius annone pretaxate superuiuenti tantummodo dari debet. Verum cum ambo moriuntur, nichil de predictis dabimus alicui suorum amicorum, quia tunc dicta predia in nostram possessionem libere proueniunt sine aliqua pensione. Ne autem hoc a quoquam ualeat inmutari, presentem litteram sigillo nostri Capituli fecimus conmvniri in testimonium et cautelam. Acta sunt Anno domini M°. CC°. LXXII. VIII. kalendas Nouembris. Huius rei testes *Albero, Siboto, alberus, Hainricus, Heinricus, Chunradus, perngerus, Fridericus sacerdotes, Siboto, dietmarus, Chunradus conuersi* et alii quam plures.

Orig. auf Perg. Siegel abgefallen. K. baierisches Reichsarchiv.

CDXXIV.

1272. Gleink. — *Otto von Steyr schenkt dem Kloster Gleink zwei Leibeigene zu Ritzenwinkel.*

Vniuersis hanc litteram inspecturis presenti testimonio innotescat, quod Ego *Otto de Styria* ob meam salutem contuli et donaui Monasterio sancti Andree apostoli jn *Glvnick* duo mancipia, filias videlicet *Chunradi de Rizenwinchel,* quorum nomina sunt hec: *Alheidis* et *Elysabeth*, ad me solum proprietatis titulo pertinentia, volens, vt dictum *monasterium Glvnicense* predicta duo mancipia cum omni posteritate eorum possideat de cetero proprietario iure Ita, quod nullus heredum meorum et propinquorum aliquid sibi ius in per-

petuum vendicet in eisdem. In cuius rei euidens testimonium hanc litteram ad cautelam conscribi feci et ei sigilli mei munimine consignari testibus subnotatis: *Poppo de Grunenburch, Marquardus, Perhtoldus fratres privhauen, Duringus schek, Richerus de Stadel, Ortolfus de Chersperg, hiltprandus iudex, Ditmarus, vlricus de Tursendorf, Hugo ponhalm, Hugo iunior ponhalm, Otto, Ortolfus iunior chersperger, Heinricus denarius, Johannes sartor, Ditmarus schachener, Gundaker dringer, Otto de chelechdorf, ditmarus, heinricus fratres de puchlarn*, qui omnes interfuerunt et hanc donationem audiuerunt pariter et viderunt. Acta sunt hec apud *Glvnick* Anno domini M° CC° Septuagesimo II.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Gleink.

CDXXV.

1272. Ebelsperg. — *Hartnit von Traun und Ulrich sein Sohn verpfänden die Hälfte ihrer Besitzungen in Traun dem Siboto (?) und dessen Söhnen.*

Hartnidus et *Ulricus Filius* ejusdem *de Truna, Siboto de Lonstorf, Sighard de Lobenstain* assignamus *Sitatoni* (Sibotoni?) et Filiis ejus in pignore dimidietatem eorum, quæ nos *in Truna* contingunt tam in castro quam in aliis pro 200 lib. Vienn. monet. Testes hujus *Conradus de Sumerawe, Heinricus filius suus, Otto de Trunne, Bernhardus Filius* ejusdem, *Ulricus de Capella, Poppo de Richenstein, Poppo de Guneperge* (sic), *Chunrad de Harthaim, Otto Filius ejusdem, Gundacker de Ezelorn, Wickardus de Wervenstein, Heinricus et Mainhardus de Lonstorf, dictus Officialis in Ebelsperg, Rudolph de Krembsdorf, Marcus cognomine Vrie, Henricus et Walchungus de Ylnige, Chunrad de Rorbach, Henricus de Radecke, Otto de Emblinge, Fridericus de Walde, Fridericus et Leutholdus Filii sui, Otto de Vransen, Ortolphus de Chersperch, Otto et Mainhardus de Haimpuech, Otto de Glenperge, Sivrid de Wetlingen, Wickard et Engeschalc de domo St. Floriani, Ulricus de Perge, Ulricus Aliquand* (sic) *Judex in Linze, Heinricus et Ulricus de Linze, Heinricus de Ascha, Chunrad Wagraimet* (sic), *Pilgrinus de Rinte* (sic), *Berchtolde de Fohe, Ulricus de Clingenbrunne* et alii quam plures etc. Acta hæc *in Ebelsperg* anno M. CCLXXII.

Hoheneck II. 682. Die Collectanea genealogica des Job Hartmann Ennenkl I. p. 61 enthalten die Zeugen wie folgt:

Testes: *Cunradtus de Sumerawe*, *Henricus filius suus*, *Otto de Trunne*, *Pernhardt filius eiusdem*, *Vlricus de Capelle*, *Poppo de Richensteine*, *Poppo de Grunenperige*, *Chunrat de Hartheim*, *Otto filius eiusdem*, *Gundakarus de Eigelorn*, *Herwicus de Weruensteine*, *Heinricus*, *Meinhardus de Lonstorf*, Dictus (sic) officiatus *in Ebelsperch*, *Rudolfus de Chremsdorf*, *Marcus* pdg. cognomine *Vrie*, *Heinricus*, *Walchungus de Ylinge*, *Chunradus de Rorbach*, *Heinricus de Radekke*, *Otto de Emblinge*, *Fridericus de Walde*, *Fridericus*, *Leutoldus filij sui*, *Otto de Vransen*, *Ortolfus de Chersperch*, *Otto*, *Meinhardus de Heimpůche*, *Otto de Grillenperge* (G̃llenpge), *Siuridus de Wæthlinge*, *Wichardus*, *Englschalcus de domo St. Floriani*, *Vlricus de Perge*, *Vlricus* aliquando (aligdo) *Judex in Linẑe* (sic), *Heinricus*, *Vlricus de Linẑe*, *Heinricus de Ascha*, *Chunradus Wagreiner*, *Pilgrinus de Riute*, *Perhtoldus de Lohe*, *Vlricus de Clingelbrunne* et alij quam plures. Acta hæc in *Ebelsperch*.

Nach einer im Original-Manuscripte des Herrn von Ennenkl beigesetzten Bemerkung hatte er das Original auf Pergament besessen, dasselbe aber im Jahre 1619 dem Sigmund Adam Herrn von Traun zugestellt.

CDXXVI.

1272. — *Wernhart von Hartheim verleihet dem Albert von Gussbach und dessen Hausfrau Gertraut einen Hof zu Hofkirchen nebst anderen Gütern.*

Ne Gestarum et Praeteritarum rerum notitia ab hominum evanescat memoria, noverint omnes hanc literam inspecturi tam praesentes quam post nos futuri, quod ego *Wernhardus dictus de Harthaim*, *Alberto de Guzzbach* et Uxori suae, quae *Gertrudis* nuncupata, et pueris et haeredibus ipsorum quandam Curiam in *Hofkirchen* et mansum unum ibidem et decimas super una Curia in *Clingenprunnen* et mansum unum prope aquam, quae vocatur *Traun*, apud *Vregendorf*, et mansum unum in Villa, quae vocatur *Goldmanstorf*, contuli jure pheodali. in hujus rei Testimonio *Alberto* praedicto et Uxori suae ante dictae et haeredibus praedictis paginam praesentem, una cum juris ijdoneis subnotatis dedi munimine mei Sigilli roboratum. Testes sunt Dominus *Cunradus de Harthaim Frater meus*, Dominus *Hainricus de Hage*, *qui fuit tunc Procurator circa Anasum*, Dominus *Wickardus de Polnhaym*, Dominus *Ruegerus Prüeschenck*, Dominus *Marguardus dictus Preuhaven*, Dominus

Durring Schecko, Dominus *O. de Olterberg*, Dominus *Christianus de Huge*, Dominus *Dietricus Officialis*, Dominus *Rudgerus de Zaucha*, *Rugerus de Utterstetten*, *Arnoldus dictus Piber*, *Cunradus Piber*, *Ulricus Schecko Hartnidus de Cispide*, *Hainricus Streller*, *Berchtoldus Schecko*, *Hainricus Filius Preuhaven*, *Marguardus de Otterberg*, *Sifridus de Walchrain*, *Duringus de Sazze*, *Hertnidus de Ort*, *Wulfingus de Strazz*, *Duringus Piber*, et alii quam plures. datum . . . . . . Anno Domini MCCLXXII.

Hoheneck III. 239.

CDXXVII.

Circa 1272. — *Das Kloster Lilienfeld verkauft an das Kloster Baumgartenberg einen Hof in Lengenfeld, um einen verpfändeten Weingarten zu Strassing wieder einlösen zu können.*

Omnibus christi fidelibus presentem paginam inspecturis Frater *h. Abbas Totusque Conuentus de Campoliliorum* Salutem jn Auctore salutis. Ad Noticiam cunctorum volumus peruenire, quod nos in paupertate nimia constituti de conmuni consilio pro redemcione vinee nostre jn *Strassingen*, que ad vsuram grauissimam fuerat obligata, Mediante patre nostro *Abbate Sancte Crucis* curiam nostram jn *lengenfeld* cum omnibus attinencijs suis vendidimus *Abbati et Conuentui de Pawngartennperg* pro LXXI. talentis et LX. denarijs Eo jure, quo ipsam habuimus, perpetuo possidendam. Ne igitur in posterum a Successoribus nostris super hoc contractum aliquid Sinistri valeat exoriri, hanc paginam Sigillis Abbatum tunc presencium, videlicet *h. de Sancta Cruce, B. de Zwetil, I. de Poumgartennperg* et nostro fecimus conmunirj.

Aus dem Copialbuche des Klosters Baumgartenberg vom Jahre 1511.

CDXXVIII.

Circa 1272. — *Das Kloster Lilienfeld verkauft einen Hof in Lengenfeld an das Kloster Baumgartenberg.*

Item Notum sit vniuersis presens scriptum jntuentibus, quod ego frater *h. dictus Abbas jn ligunuelde* et Conventus ibidem Curiam jn *lenngenueld*, que annuatim quintum medium modium Siliginis et duos modios Auene, nec non et quintum medium talentum denariorum juris Ciuilis persoluit, domino *I. venerabili Abbati et conuentui jn*

Pawngartennperg vendidimus pro Sexaginta tribus talentis et dimidio domno *hainrico venerabili Abbate Sancte Crucis* presente et iam dictum conuentum per omnia confirmante. Vt autem jn perpetuum sepedictus conuentus firmus indiuulsusque permaneat, domnus *de Sancta Cruce* sigillo suo et *Abbatis de Zwetl et Abbatis de Pawngarten* Necnon et sigillo nostro presens scriptum decreuit conmunire.

Aus dem Copialbuche des Klosters Baumgartenberg vom Jahre 1511.

CDXXIX.

1273. 20. Jäner. In obsidione castri Neunburgensis. — *Otto, Herzog von Baiern, verleiht dem Kloster Reichersberg Mautfreiheit zu Burghausen und Schärding.*

Nos *Otto* dei gratia *palatinus Comes Reni, dux Babarie* presentibus profitemur, Quod, cum *Ecclesia S. Michahelis in Reichersperg* tam per nos quam per Karissimum quondam patrem nostrum *Heinricum* diue memorie ac per alios fideles nostros et seruitores Capitaneos *in Scherdinge* esset multipliciter pregrauata, sustinendo frequenter in suis bonis et hominibus graues iniurias atque dampna, Nos in releuamen huiusmodi dampnorum ac etiam pressurarum, ad perhenne remedium progenitorum nostrorum et nihilominus pro nostre proprie et karissimorum fratrum nostrorum *Ludwici et Stephani* salutis augmento Venerabili *preposito Chunrado* dicte nostre Ecclesie in *Reichersperg* et successoribus suis quibuscumque, sicut hucvsque indulsimus per fauorem gracie specialis, Vt absque omni exactione uectigalium et pedagiorum *in castris nostris Scherdingen et Purchusen* uictualia sua libere faciant deportari ita, quod occasione illorum aut pretextu a mutariis et Theloneariis nostris, quociens ipsis ibidem transire contingerit (sic), nichil penitus exigatur. Insuper ratificamus et confirmamus antiquam et primitiuam ipsius loci libertatem ab ipso fundatore collatam et priuilegiis uenerabilium *Archyepiscoporum Chunradi et Eberhardi Saltzburgensis Ecclesie* confirmatam, prout in autenticis ipsorum clarissime reperitur, et post hec edictis imperialibus fortissimis roboratam. Et ipsi Prepositi, qui pro tempore fuerint, unacum Conuentu suo in reconpensam huiusmodi gratie sibi facte nostrum Anniuersarium singulis annis semel et sollempniter celebrabunt. Ad

quod prefatus Prepositus cum suo conuentu se nobis fide prestita obligarunt. In cuius rei testimonium presens Instrumentum eis dedimus sigilli nostri robore conmunitum. Datum et actum *in obsidione Castri Neunburgensis* Anno domini M. CC. Septuagesimo Tercio in die beatorum Fabiani et Sebastiani martirum coram curia nostra: *Perngero de Lewnberch, Alberto de Hals, Vlrico de Schaelchlinge Comitibus, Magistro Gundakchero Prothonotario Bawarie canonico Ratisponensi, Ortlibo de Walde, Walthero de Taufchirichen, Harperto de Ahaim, Magens de Liechtenberg, Syfrido Frumesel, Ottone, Ottone, Ortolfo, Vlrico Morspacensibus, Friderico de Sigenhaim Ministerialibus, Magistro Vlrico dicto Chaergl, Syfrido Notariis* et aliis quam pluribus, qui interfuerunt et huius rei Testes sunt.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Reichersberg.

CDXXX.

1273. 25. April. Linz. — *Fraternitätsbrief der Franciscaner in der Provinz Österreich mit dem Kloster St. Florian.*

Reuerendo in christo patri ac domino *Chunrado preposito domus sancti Floriani* ceterisque dominis et confratribus in eodem collegio christo militantibus *frater Hartpernus fratrum Minorum amministracionis Austrie Minister et seruus* oraciones in domino et ex deuoto affectu, quitquid potest reuerencie et amoris deuocionem. Dum vestram accepcionem gratissimam, quam vos ad ordinem nostrum habere pia fratrum relacione cognoui, affectu sincere caritatis acceptans ac eidem uestre deuocioni vicissitudinem rependere cupiens salutarem, vos ad vniuersa et singula prouincie nostre suffragia et precipue *conuentus Linziensis*, quem fouetis beniuolencia speciali, tam in morte recipio quam in vita, plenam vobis pater et domine Karissime et vniuersis vestris concanonicis et fratribus omnium bonorum participacionem tenore presencium comedendo, que per fratres michi conmissos operari dignabitur clemencia saluacionis; Adiciens nichilominus, vt, cum vester obitus, pater ac domine vel alicuius de vestro Collegio fratribus in *Lintza* et per eosdem fratres aliis fratribus per nostram prouinciam fuerit nunciatus, fiant pro uobis suffragia, que pro nostris confratribus et amicis specialibus conmuniter fieri consueuerunt. Gracia domini nostri iesu christi

cum spiritu nostro . . Amen. Datum *in Lintza in Capitulo prouinciali* Anno domini M°. CC°. LXXIII°. VII. Kalendas Maii.

Aus einem Pergament-Codex Sæc. XV. im Stiftsarchive zu St. Florian.

CDXXXI.

1273. 28. Mai. Ottensheim. — *Sighart von Lobenstein urkundet, dass die Güter, welche er von Herzog Heinrich von Baiern zu Lehen erhielt, nach seinem kinderlosen Tode an seine Eltern und Brüder fallen sollen.*

Ego *Sighardus de Lobenstain* notum esse gestio vniuersis presentem paginam inspecturis, quod, cum mediante promocione reuerendorum parentum meorum Dominj *Vlricj de Lobenstain* et *vxoris sue Elisabet* bonis feodalibus, que ex morte *vxoris mee Domine Elizabet de Trůhssen* excellentissimo Principi domino *Hainrico inclito Ducj Bawarie* vacare inceperant, ab eodem Domino meo jllustrissimo duce Bawarie infeodatus sim iure et titulo feodali perpetuo possidendis, me sub quodam promissionis federe memoratis meis parentibus vltronea voluntate obligavj, tali conditione videlicet, vt, si absque heredibus per eandem vxorem meam scilicet dictam *Elizabet de Trůhssen* progenitis decedere me contigerit, ex tunc bona eadem culta siue inculta, agri siue Vinee cum omnibus attinencijs, quocunque nomine censeantur, omni iure, quotenus (sic: quo tenui?) in manus patris et matris nec non fratrum meorum libere reuertantur maxime, cum sepedicti parentes mej sepedictis feodis infeodati sint firmiter vna mecum. In cujus rej testimonium, ne nobis in Posterum contingat calumpnia suboriri, presentem ipsis fecj conscribj literam sigillj mej munimine communitam. Datum et actum in *otenshaimb* Anno Dominj M°. CC°. LXXIII. in octavo penteceste.

Strein, genealogische Handschriften im ständischen Archive zu Linz.

CDXXXII.

1273. 17. Juli bei Pressburg. — *Otakar, König von Böhmen, verleihet dem Ulrich von Capellen, Pilgrim's Sohne, zwei Höfe zu Tabra (im Machlande).*

O. Dei gracia *Boemorum Rex, Dux Austrie, Styrie et Karinthie Marchioque Morauie, Dominus Carniole, Marchie Egre et portus Naonys* Omnibus in perpetuum. Aput nostram regiam Maiestatem *vlricus de Chappell filius Pilgrimi* dilectus fidelis noster suis exigentibus obsequiorum meritis hoc effecit, quod ipsi condigne

remuneracionis beneficium non inmerito de regalis munificencie gracia inpendere debeamus, propter quod tenore presencium protestamur et ad noticiam pervenire volumus singulorum, quod duas Curias in *Tabra*, quarum vna supra montem et alia est inferius situata, cum suis attinenciis vniuersis eidem vlrico, vxori sue et heredibus, quos habet sev habere poterit ex eadem, masculis sive feminis contulimus et conferimus titulo fevdali perpetuo possidendas. Et vt hec collacio nostra perpetuo maneat inconuulsa, presentes litteras nostrorum fecimus sigillorum munimine roborarj in testimonium evidens et cautelam. Datum *in Castris Aput Posonium* Anno Domini M. CC. LXX. Tercio, XVI. Kalendas Augusti.

Hormayr, Taschenbuch. 1840. 495.

CDXXXIII.

1273. 31. Juli. Admont. — *Ablassbrief des Erzbischofes Friedrich von Salzburg für die neu zu weihende Kirche Gleink.*

Fridericus Dei gratia *Sanctæ Ecclesiæ Salisburgensis Archiepiscopus*, *Apostolicæ Sedis legatus* Vniuersis Christi fidelibus per Salisburgensem prouinciam constitutis ueram in omnium Saluatore Salutem. Ciuitatis nouæ Jerusalem gloriosa nobis Solemnia memorantes in terris, quotiens Domino Sacrati Pontifices ad decorem militantis Ecclesiæ diuino cultui deputatis Ecclesijs Sacrosanctum munus consecrationis impendunt, ad cuius Solemnitatis sancta Mysteria a Christi fidelibus uenienda deuotionem populi nos oportet attrahere et quasi quibusdam muneribus illectiuis conuenit inuitare, vt, vbi tantæ festiuitatis memoria colitur, illic etiam deuote quærentibus pietatis gratia misericorditer non negetur. Cum itaque venerabilis Frater noster Abbas Monasterij *Glunicensis* Patauiensis Dioecesis Basilicam Monasterij sui ad honorem Omnipotentis Dei et gloriosæ Virginis Matris suæ necnon beati Andreæ Apostoli procurare proponat, prout citius poterit consecrari, Nos de omnipotentis Dei misericordia et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli meritis confidentes omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad diem dedicationis in monasterio Supradicto habendæ deuote conuenerint, quadraginta dies de iniuncta ipsis poenitentia misericorditer relaxamus, Ratas habentes nihilominus remissiones et Indulgentias, Si quas venerabiles Fratres nostri Episcopi Sufraganei nostræ Ecclesiæ in

die dedicationis prædictæ ac in ipsius dedicationis anniuersario pie concesserint, dum tamen statutum a Canone dierum non excedant. Datum apud *Admont* Anno Domini millesimo Ducentesimo septuagesimo tertio, Kalendas Augusti.

Aus einem Copialbuche des XVII. Jahrhunderts zu Gleink.

CDXXXIV.

1273. 29. August. Salzburg. — *Ablassbrief des Bischofes Heinrich von Chiemsee für die Kirche Gleink.*

Nos *Frater Henricus Ordinis Fratrum minorum Dei Gratia Chyemensis Ecclesiæ Episcopus* omnibus Christi Fidelibus Salutem in Salutis Auctore. Cum ad diluendas culpas hominum Sit peccatorum remissio per diuinam indulgentiam postulanda, Igitur ob excitandam deuotionem catholicam et Spem Saluationis a sui erroris deuijs redeuntibus faciendam Fiducialiter in domino præsentibus protestamur, nos (de) Domini Dei authoritate, et misericordia Suæque Sanctissimæ Genitricis Virginis Mariæ et Petri et Pauli beatorum Apostolorum confisos Suffragijs uniuersis de Sui Facinoris pondere releuamen desiderantibus, dedicationem et Anniuersale Monasterij Sancti Andreæ Apostoli *Glunicensis* Ordinis sancti Benedicti Patauiensis Dioecesis adhuc peragendam singulis annis accedentibus dies quadraginta criminalium, de quibus confessi et contriti non Satisfecerint per operis exequentiam, in perpetuum misericorditer indulsisse. In cuius rei memoriam et euidens testimonium nostrum iussimus his patentibus Sigillum appendi. Datum *Salisburgæ* Anno Domini millesimo Ducentesimo Septuagesimo tertio, quarto Kalendas Septembris.

Aus einem Copialbuche des XVII. Jahrhunderts zu Gleink.

CDXXXV.

1273. 18. December. — *Gundakar von Storchinberch und Ruger von Antschaw sein Bruder verkaufen dem Nonnenkloster Minnbach ein Haus sammt Garten zu Minnbach.*

Vniuersis presentem paginam inspecturis *Gvndakkarus de Storchinberch et Rvgerus de antshaw frater suus* Salutem in perpetuum. Ne, que geruntur in tempore, temporalibus curriculis euanescant, scripturarum ea cautionibus perpetue conuenit memorie

commendari. Hinc est, quod ad vniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam volumus deuenire, quod nos libera voluntate de consensu nostrarum coniugum heredumque omnium ortum siue pomerium cum domo adiacente, quod habemus in *Minpach*, contiguum aree sororum ibidem domino sub habitu fratrum ordinis Predicatorum famulancium, eisdem sororibus pro XL^{a} libris wiennensis Monete vendidimus, ipsum nullo pensionis aut seruitutis onere obligatum, titulo proprietatis in predictarum sororum dominium ac possessionem cum omnibus attinencijs suis libere transferentes. Confitemur autem nos predictas XL^{a} libras pro iam dicto pomerio a dominabus iam dictis nobis persolutas nos plenarie recepisse. Ne uero huiusmodi alienationis contractus in posterum venire valeat in dubium casu quolibet emergente, presens instrumentum sigillorum nostrorum munimine ad rei perpetuam memoriam dignum duximus roborandum. Testes huius rei sunt *frater Hainricus de Niwenburch Prior Chremsensis*, *Frater Meinhardus subprior ibidem*, *Hertwicus genslo*, *Meinhardus de Rotenstain*, *Gozzo Officialis dominj Regis in Anaso et Siboto frater suus*, *Cunradus dictus swerzingarius*, *Chunradus Gilauzerius*, *Wichardus*, *Perhtoldus pozlerius*, *Perhtoldus officialis in Minpach* et alij quam plures. Acta sunt hec Anno dominj Millesimo CC^{o} LXX° III° Quintodecimo Kalendas Januarij.

Orig. auf Perg. mit einem Siegel, ein zweites fehlt. K. k. geheimes Hausarchiv.

CDXXXVI.

1273. Wels. — *Perchta, Wulfing's von Tegernbach Witwe, und ihre Tochter Agnes vermachen eine Hube und eine Hofstatt auf dem Berge bei Hermuting zum Seelgeräth an das Kloster Mondsee.*

Ego *perichta relicta domini Wlfingi de Tegernpach* vna cum *filia mea agnete* protestamur presentibus vniuersis hanc literam inspecturis, quod huba, vbi residet *arnoldus an der Mul*, a nobis libere vacat et omni iure nostro, quod in eadem huba habuimus, cessimus et ad possessiones *Ecclesie in Mānnsee* judicamus perpetuo attinere, similiter *mansum in monte aput hermutinge*, quod singulis annis soluit VI. solidos in natiuitate sancte virginis, *ecclesie in Mānnsee* pro remedio perpetuo donamus. huius rei testes sunt dominus *Wichardus senior et junior Wichardus de pollenheim*, *hademarus et albero fratres de Wesen*, *Wernhardus de panetawe*, *hainreich de*

lav, dominus Leonhardus capellanus, Rudegerus scolasticus, Chunradus de Otnange, wigandus de pawngarten, hainrich frater ipsius, witigo scriba et alij quam plures. Datum in *Welsa* Anno domini M°. CC°. LXX°. III°.

Aus dem Copialbuche des Klosters Mondsee, Sæc. XV.

CDXXXVII.

1273. — *Der Pfarrer Heinrich zu Aurolzmünster gibt als Seelgeräth dem Kloster Reichersberg den Hof in Uerovdenperg.*

Sciant omnes christi fideles tam presentis temporis quam futuri, quod dominus *hanricus plebanus in aurolczmunster* ob remedium anime sue et parentum suorum predium suum situm in *uerovdenperg* tradidit ecclesie sancti Michahelis in *richersperg* ad usus fratrum deo seruiencium ibidem. Huius rei testes sunt *dominus waltherus prefate ecclesie prepositus, dominus hanricus de pramberch canonicus, dominus petrvs cellerarius, dominus Vlricus scolasticus, Laici Vlricus cognatus prepositi, leudoldus pecus, Hanricus patruus, Leutoldus custos pomerii, Cunradus filius cauponis, Cunradus hospes, wernhardus serwus cellerarii* et alii quam plures. Datum Anno gracie MCCLXXIII.

Aus dem Pergament-Codex zu Reichersberg.

CDXXXVIII.

1273. Reichersberg. — *Das Kloster Reichersberg erhält ein Gut und eine Mühle zu Antetichsfurt.*

. . . . vna cum fratre eius hanrico In remedium animarum suarum tradiderunt Beato Michaheli in *richersperg* in usus fratrum deo ibidem seruientium predium in *antetichsfurt* et Molendinum ibidem. Huius rei testes sunt *dominus waltherus predicte ecclesie prepositus, h. dictus de pramperch sacerdos, dominus petrus*, Laici *Vlricus cognatus prepositi, Leutoldus pecus, Cunradus filius cauponis, Cunradus hospes, Wernhardus serwus cellerarii, Hanricus patrvvs* et alii quam plures. Acta sunt hec in *richersperg* Anno domini MCCLXXIII.

Aus dem Pergament-Codex zu Reichersberg.

CDXXXIX.

1273. Seckau. — *Ortolf, Propst zu Seckau etc., nimmt den Schiedspruch Ulrich's von Lobenstein an, dass das Gut Burgwerd den Edlen Alram und Rudolph von Alharting gegen einen Erbdienst von 40 Pfennigen verliehen werde.*

Nos *Ortolfus* miseracione divina *Totumque Capitulum ecclesie Sekowensis* notum facimus vniuersis presens scriptum intuentibus, quod, cum anno preterito per dominum *Chraftonem* honorabilem Canonicum nostre ecclesie *Alramnum et Rudolfum nobiles de Alhartinge* pro predio nostro in *Pvrgwerd*, quod ecclesie nostre iniuste detinuerunt, in placito generali fecissemus conueniri et hoc tam diu, quoadusque sententia proferri deberet et finaliter iudicari per dominum *Vlricum de Lobenstein* nostrum Advocatum et Amicum specialem ac alios probos viros, ex voluntate utriusque partis pariter et consensu sic extitit arbitratum, quod idem canonicus predictum predium in *Purgwerd* predictis nobilibus *Alramo* et *Rudolfo* ac ipsorum liberis hereditario censu, quod vulgariter *Erbdinst* dicitur, conferret Auctoritate Capituli nostri *Seccowensis*. Quod arbitrium ratum habere promittimus et acceptum jta tamen, quod singulis annis predicti *Alramus* et *Rudolfus* vel eorum liberi Quadraginta denarios infra Assumptionem et Natiuitatem beate virginis nobis et ecclesie nostre persoluere sint ligati. Quod si non fecerint, Ingenuus vir dominus *Vlricus de lobenstein* noster advocatus vel ipsius liberi predictos ad id faciendum compellere sit ligatus. Ad hec iidem nobiles ecclesie nostre seruire fideliter promiserunt. Et ne alicui super hoc dubium oriatur, presentem cartam sigillis nostri et domini *Vlrici de lobenstein* nostri Aduocati fecimus comvniri. — Datum *Sekowe* Anno domini M°. CC°. LXX°. III°. Testes sunt hii: domini *Arnoldus Pyber, Heinricus de Hag milites*, Domini *Ludwicus, Vlricus Parw, Rudolfus famulus noster, Hermanus Judex, Wernhardus Officialis, Chunradus de Heyde, Paldereich* et alii quam plures.

Ridler, Archiv 1832. Urkundenblatt Nr. 1. Urkunde V.

CDXL.

1274. 2. März. — *Abbt und Convent zu Kremsmünster verpfänden dem Heinrich von Inne um 30 Mark Anleihen den halben Hof zu Eggenberg.*

In Nomine domini Amen. Vt frequens obliuio, que bone recordationis federa et pias causas in mentis ducit exilium et errorem,

a nostris procul finibus expellatur. Nos B. dei gratia *Abbas Chremsmunstrensis Ecclesie* totumque collegium loci eiusdem scripture testimonio dignum duximus conmendare Ac presentibus publice protestamur, Quod inminente tempore, quo nos B. Abbas pro nobis et conuentu nostro Ad concilium generale quosdam de fratribus nostris transmittere contingebat, et propter dispendia rerum et diuersos defectus monasterij nostri paratam pro expensis pecuniam sufficientem nulla industria sev studio habere possemus, propter hoc specialiter, prout moris est, in nostro capitulo conuenientes omnium nostrum in hoc resedit consilium et uoluntas, Quod ab *Hainrico clerico dicto de Inne, nunc prouisore Mute in Obernberg* predicta urgente necessitate recepimus XXX marcas puri argenti, quas dedit et tradidit nobis paratas, et in recompensationem eiusdem pecunie unanimi consensu pro nobis et successoribus nostris uice et nomine monasterii nostri libera donatione dedimus et contulimus dicto H. recipienti iure precarie pro tempore uite sue Mediam partem Curie nostre in *Ekkenperch* cum decimis et omnibus et singulis, que infra confines dicte curie continentur, Accessibus et regressibus suis usque in uiam publicam et cum omnibus et singulis, que habet supra se uel infra se sev intra se integraliter omnique iure et actione, usu sev requisitione dicte curie modo aliquo pertinente, Solo iure excepto, quod aput nos uulgariter nuncupatur Wochendinst. Ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid sibi deinceps pro tempore uite sue placuerit faciendum, Saluo nobis et monasterio nostro iure dominii et proprietatis. Huiusmodi autem donationem sev collationem fecimus tali pacto, Quod si a festo Georii proximo ad duos annos Curiam domini *Wetzelonis* in *Sippach* cum omnibus suis pertinentiis in totum absolutam sibi conferemus et assignabimus, extunc media curia in Ekkenperch Ad nostrum redibit monasterium et cedet nostris iuribus sicut ante et curia in Sippach integraliter cum suis pertinentiis ad ipsum Heinricum deinde pertinebit omni iure, sicut de alia superius est expressum. Post tempus uero pretaxatum, si ante non procurauerimus permutationem, ut est predictum, talis permutatio in sue resideat arbitro uoluntatis et si forte priorem mediam curiam elegerit retinere et prouentus eiusdem plus ualeant quam prouentus curie in *Sippach* cum suis pertinenciis, illud nobis refundere tenebitur ad arbitrium domini *Engelschalci de Inne*, *Ottonis de Ahliten*, *Ulr. de Sluzzelberch*, *Richeri de Edelspach*, quorum

arbitrio refusionem huiusmodi duximus comittendam. Misimus autem nuncios dicti H. loco ipsius in corporalem possessionem medie partis curie sibi collate et tradite in Ekkenperch, promittentes unanimiter et sincere pro nobis et successoribus nostris vice et nomine monasterii nostri litem uel controuersiam sibi uel alij suo nomine possidenti super dicta curia media uel suis pertinenciis ullo tempore non inferre nec inferenti modo aliquo consentire, Sed ipsam cum omnibus suis iuribus supra expressis sibi uel alteri suo nomine possidenti pro tempore dumtaxat vite ipsius H. ab omni homine et uniuersitate legitime defensare et auctorizare et predictam donationem concessionis et omnia et singula supradicta firma et rata habere et tenere et non contrafacere uel uenire per nos uel per alios de iure uel de facto sub pena expensarum et refectione dampnorum extra litem et in lite sub obligatione bonorum monasterii nostri Et pena soluta uel non, predicta firma perdurent. Ad hec sepedicto Heinrico tanquam speciali nostro et caro sincere in domino damus fraternitatem conuentus nostri, omnium beneficiorum nostrorum ipsum in domino participem constituentes et in signum istiusmodi fraternitatis sibi singulis annis unum pellicium et duos filtratos calcios ordinamus et constituimus in festo Martini de Camera nostra dari. Ut autem omnia et singula supradicta permaneant inconuulsa, nos B. abbas sigillo nostro et nos fratres de collegio concordi uoluntate sigillo capituli nostri in hiis scriptis redacta decreuimus comunirj. Testes uero sunt isti: *dominus Engelscalcus et Wernhardus fratres dicti de Inne, Otto de Ahliten, Vlricus de Slvzelberch, Richerus de Edelspach, Heinricus de Egendorf, Otto de Aitterbach* et alii quam plures. Acta et data sunt haec Anno domini M. CC. LXXIIII. VI. Nonas Martij.

Mon. boic. XXIX. II. 506.

CDXLI.

1274. 12. März. — *Ainwik von Salhorn und seine Hausfrau Irngart geben dem Kloster Ranshofen drei Höfe zum Seelgeräth etc.*

Ego *Ainwicus de Salhorn et uxor sua Irngardis* omnibus presentem literam inspecturis cupimus esse notum, Quod nos *Ecclesie Ranshovensi* et Dominis ibidem Deo militantibus voluntarie cum favore filiarum nostrarum nec non nostrorum omnium amicorum dedimus tria predia nostra, duo in *Gundramshausen* et unum ibidem

in *Chopel*, libere propter Deum pro remedio nostrarum animarum atque nostrorum antecessorum. Soluunt annuatim ipsa predia preter X. denarios solidos VI. Salzburgens. monete preter alia xenia, sicut decet. Prepositus vero eiusdem loci una cum dominis et fratribus pio zelo filie nostre *Gerdrudi* dederunt prebendam unius sacerdotis in eadem Ecclesia sive loco ab eorum cellario et coquina nihilominus eo modo, quod, quando in summis festivitatibus vel alio tempore prebenda vini integra ad prandium seu ad cenam Dominis ministratur, dicte *Gertrudi* filie nostre prebenda vini dimidia dari debet ad quodlibet prandium sive cenam. quotiescunque feriatis diebus, ut est in die Dominica, feria tertia seu V. feria vel etiam in Sabbato vinum dominis propinatur, toties eidem *Gerdrudi* propinabitur tantum dimidia prebenda. In minutione sua vel ut ita dicamus, cum venam inciderit tribus vicibus omni anno, per quatuor dies III. prebendas vini dimidias accipiet et non magis, in quinta vero die minutionis nisi duas dimidias prebendas vini. Cerevisia vero si habetur, ei dabitur tanquam converso. Ad hec sepe dicte *Gerdrudi* filie nostre vestes a Camera ministrentur velut sorori et converse ipsius Ecclesie sive loci vel denarii competentes pro ipsis vestibus ac valentes. Ne autem hec nostra donatio prediorum nostrorum sepe dicte Ecclesie valeat per nostros aliquos successores ausu temerario violari, presentem literam sigilli venerabilis Domini nostri *Heinrici* nec non *Abbatis in Peowern* ac honorabilis Capituli ibidem robore roboratam Ecclesie sepius nominate conscribi procuravimus pro legali testimonio nostre tam libere donationis et cautela perpetua seu quieta. Acta sunt hec anno Domini M.CC.LXXIV. jn die beati Gregorii Pape.

Mon. boic. III. 338.

CDXLII.

1274. 14. Mai. — *Otackar, König von Böhmen, anerkennt die freie Vogtwahl des Klosters Garsten für seine Besitzungen zu Münchreut und Garsten.*

Nos *Otakarus dei gracia Bohemie Rex, Dux Austrie, Stirie et Karinthie Marchioque morauie, Dominus Karniole, Marchie, Egre ac portus Naonis* presentibus protestamur, quod accepta querimonia *Friderici Gerstensis abbatis* super grauaminibus, que in duabus villis in terminis *Austrie* constitutis circa partes *prouincie Ragtz* et *Litschowe* castrorum scilicet *Munchrût* et ad *Gerstenses* per aduo-

catos sustinuit hactenus minus iuste, ac inspectis priuilegiis, que nobis idem abbas exhibuit manu sua de iuribus monasterii prelibati reperimus euidenter, quod in dictis duabus villis nullus esse debeat aduocatus, nisi quem abbas de bono animo duxerit postulandum. Quia vero, quod sepe in remedium queritur, vertitur, illud circa dictas prefati monasterij duas villas sufficiens exemplum noscitur accepisse, cum aduocatos sibi propicios sepe dictum monasterium quereret et aduersarios postmodum inueniret, tamquam qui sub vmbrosa iusticia plus requirerent a colonis, quam ipsis dei seruitoribus ministrarent. Volumus igitur et districte mandamus, quatenus nullus defensor villarum superius expressarum moderamen excedat, set gratanter accipiat, quod deinceps per abbatem sibi datum fuerit pro labore, quem sustinet deffendendo. Datum *Winne* pridie Idus Maij.

Orig. auf Perg. mit Siegelresten im Stiftsarchive zu Garsten. Notizenblatt der kais. Akademie der Wissenschaften 1859. 369. Munchreût ist nicht wie loc. cit. angegeben wird, die Pfarre Minichreit im St. Oswalder Decanat bei Marbach, sondern Münchreith im Raabser Decanat bei Dobersberg.

CDXLIII.

1274. 7. Juni. Gleink. — *Poppo von Grünenburg übergibt das ihm erblich zustehende Patronatsrecht der Kirche zu Hadershofen an das Kloster Gleink.*

Ego *Poppo de Grvnenbvrch* Omnibus scire volentibus cupio fore notum, quod, cum essem in plena potestate mei corporis atque disponendarum rerum mearum viribus constitutus et recognoscerem huius vite Labilem esse modum ita, quod temporalibus eterna sint merito preponenda, Ob memoriam mei dilecti patris nomine *Rvdigeri* ac aliorum parentum meorum *Monasterivm Glvnicense,* cuius tenuis est possessio, aliquibus meis facultatibus proposse decreui fideliter ampliare, vt non solum mee parentele, sed et michi et omnibus meis liberis et heredibus proficiat aput deum. Hinc est, quod ego ivspatronatus *Ecclesie Hederzhoven* dicte, quod michi a meis progenitoribus hactenus conpetebat, super altare Sancti Andree Apostoli prefati Monasterij liberaliter tradidi manu mea volens, vt ad Abbatem ipsius loci perpetuo pertineat ivs presentandi Rectorem ad Ecclesiam memoratam, me in ipso Monasterio prelibato eligente fiducialiter ecclesiasticam sepulturam, presumendo nichilominus et optando, quod omnes mei heredes faciant illud idem, vt post terminvm huius vite orationes et elemosinas fratrvm sepe dicti Monasterii pariter con-

sequamur in pondere retributionis eterne. Ut autem nulla calumpnia subuertere ualeat dictum donum, immo semper ipsi Monasterio maneat inconcussum, presens scriptum consentientibus omnibus meis amicis et liberis meo sigillo ivssi fideliter conmuniri presentibus, qui aderant, testibus subnotatis, quorum hec sunt nomina: *Fridericus venerabilis Gærstensis abbas, Vlricus de Stiria, Mæingoz de Waldekke patavienses Canonici, Pilgrimus vicarius ipsius Ecclesie, Vlricus de Kapella, Gvndacherus de losenstæin, Dvringus piber, Marquardus prewhaven, Otto de Grillenperge et filius suus Otto, Marquardus metze, Wernhardus de strazze et filius suus Vlricus, Walchvnus de losenstæin cum filiis suis Ditmaro et hæinrico, Wulfingus de weinperge, Gerungus de Mosenich cum filiis suis Hæinrico et Richero, Heinricus spitze, Gvndakerus dictus dringer et filius suus Otto, Fridericus de hagewalde, Albero de haucenbach, Hæinricus Jacober, Leo de frideberch, Erchengerus dictus sulcer, hæinricus de stadel, hæinricus, fridericus de Cherzperch, Otto de perge, Karolus de Celle, Hæindenrich, Albero, Tanquardus, hæinricus, Ekkardus de Patavia, Fridericus, Vlricus medicus serui venerabilis abbatis de Gersten* et alii quam plures. Acta sunt hec in Monasterio *Glvnicensi* anno domini Millesimo, Ducentesimo, Septuagesimo quarto, Sub venerabili *pataviensis Ecclesie episcopo Petro*, Septimo Idus Ivnij. — Sigilla etiam illorum, qui aderant, appendi feci ad cautelam.

Orig. auf Perg. mit fünf Siegeln im Stiftsarchive Gleink.

CDXLIV.

1274. 29. August. Salzburg. — *Ablassbrief des Bischofes Herbort von Lavant für das Gotteshaus Gleink.*

Nos *Frater Herbordus Ordinis Fratrum minorum, Dei Gratia Lauentiæ ecclesiæ Episcopus* omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Cum ad diluendas culpas hominum Sit peccatorum remissio per diuinam Indulgentiam postulanda, Igitur præsentibus in Domino protestamur, nos de Dei authoritate et misericordia suæque Genitricis Sanctissimæ Virginis Mariæ et beatorum Petri et Pauli Apostolorum confisos suffragijs vniuersis de sui Facinoris pondere releuamen desiderantibus dedicationem Anniuersalemque Monasterij *Glunicensis* Ordinis Sancti Benedicti Patauiensis Dioecesis adhuc peragendam

Singulis annis accedentibus Dies quadraginta Criminalium, de quibus confessi et contriti non satisfecerunt, in Sempiternum misericorditer indulsisse ob excitandam deuotionem catholicam et Spem saluationis a sui erroris deuijs redeuntibus faciendam. Datum *Salisburgæ* Anno Domini millesimo Ducentesimo Septuagesimo quarto, quarto Kalendas Septembris.

Aus einem Copialbuche des 17. Jahrhunderts zu Gleink.

CDXLV.

1274. 14. September. St. Florian. — *Revers des Propstes Chunrat zu St. Florian, die Stiftung Chunrat's des Wakrainers, Bürgers von Linz, der um acht Talente einen Acker gekauft hat zur Unterhaltung von zwei armen Personen im Spitale, erfüllen zu wollen.*

Anno domini M. CC. LXX. IIII° Nos ***Chunradus prepositus totusque conuentus in domo sancti floriani*** tenere (sic pro tenore) presentium protestamur, quod uir discretus ***Chunradus Wakrenarius, ciuis in Lintz***, pio ductus affectu agrum quendam in uille nostre territorio situm pro octo libris conparauit et nostro Hospitali pretextu elemosine contulit sub hac forma, ut in eodem Hospitali continue duo pauperes in perpetuum habeantur et in necessariis procurentur, et nos uersa uice obligamus nos et nostram Ecclesiam ad memoratam condicionem inuiolabiliter obseruandam. In cuius rei testimonium et confirmacionem presentes litteras ei scribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Acta sunt hec in ***domo sancti Floriani***, Octauo X°. Kalendas Octobris.

Aus einem Pergament-Codex Sæc. XIV. im Stiftsarchive zu St. Florian.

CDXLVI.

1274. 8. October. — *Kuno, Abbt von Mondsee, verleiht an Heinrich, den Schwiegersohn des Ringeberger, den Ackergrund in Krems „das minnere Taillant“ genannt, um daselbst einen Weingarten anzulegen.*

Nos ***Chuno*** dei gracia ***abbas in Mânnsee*** ceterumque collegium ibidem vniuersis christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in filio dei uiui. Mundanus actus ex facili suffocatur, nisi literis uel voce testium roboretur. nos igitur ad noticiam peruenire volumus singulorum, quod nos agrum nostrum in ***chrems*** situm ***daz mynner taillant*** nuncupatum uulgariter, ***hainrico genero Ringe-***

bergarij et ipsius pueris videlicet *Chunrado* et *Lewgardi*, vt in ipso agro vinum excolant, contulimus libere possidendum interposita huius racionis forma, quod dictus *hainricus* vna cum heredibus prenotatis XV. denarios pro censu, qui dicitur *purkchrecht*, annis singulis nobis soluet et a festo s. Michaelis nunc venturo post transitum sex annorum tres vrnas vini nobis anno quolibet cum predictis XV. denarijs ministrabit. Si vero sepedictus *hainricus* memoratum agrum vendere voluerit casu aliquo se prebente, eundem nobis vendet, prout personis ydoneis videbitur expedire. ne autem tractatus huiusmodi alicuius inprobitate possit in irritum reuocari, presentem cedulam sigillorum nostrorum munimine placuit roborari. acta sunt hec Anno domini M°. CC°. LXXIIII°. VIII°. ydus octobris.

Aus dem Copialbuche des Klosters Mondsee. Sæc. XV.

CDXLVII.

1274. 29. October. Salzburg. — *Bruno, Bischof von Freisingen, ertheilt der Kirche Gleink einen Ablass.*

Bruno Dei gratia *Frisingensis* Ecclesiæ Episcopus omnibus Christi Fidelibus veram in omnium Saluatore Salutem. Quomodo ad diluendas culpas hominum peccatorum remissio per diuinam indulgentiam populi ad exoranda misericordiæ opera modis omnibus exhortare (sic). Cum itaque uenerabilis Frater noster Abbas Monasterij *Glunicensis* Patauiensis Dioecesis Monasterium suum ad honorem omnipotentis Dei et gloriosæ Virginis Matris suæ necnon beati Andreæ Apostoli procurare proponat, prout citius poterit consecrari, Nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Apostolorum Petri et Pauli meritis confidentes omnibus uere poenitentibus et confessis, qui ad diem dedicationis in Monasterio Supradicto habendæ deuote conuenerint, quadraginta dies de iniuncta ipsis poenitentia misericorditer relaxamus. Datum *Salisburgæ* Anno Domini millesimo Ducentesimo Septuagesimo quarto, quarto Kalendas Nouembris.

Aus einem Copialbuche des 17. Jahrhunderts zu Gleink.

CDXLVIII.

1274. 29. October. Salzburg. — *Ablassbrief des Bischofes Wernhart von Seckau für das Gotteshaus Gleink.*

Wernhardus miseratione diuina *Seccouiensis* Episcopus vniuersis presentes litteras inspecturis Salutem in omnium Saluatore. Quoniam, vt ait Apostolus, omnes stabimus ante Tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus, siue bonum fuit siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire ac eternorum intuitu seminare in terris, que reddente Domino cum multiplicato fructu in celis recolligere valeamus, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam, qui parce seminat, parce et metet et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur Monasterium *Glunicense* Patauiensis Dyocesis fouere merito et honorare debeamus et in quantum poterimus, promouere, et cum ipsum Monasterium subsidijs fabrice et aliarum promotionum multum indigeat adiuuari, omnibus, qui ad eandem Ecclesiam in die dedicationis causa deuotionis confluxerint, et nihilominus hiis, qui eidem manum porrexerint adiutricem, vere penitentibus et confessis quadraginta dies de inivncta sibi penitentia auctoritate nobis a deo tradita misericorditer in domino relaxamus. Datum *Salzpurge* anno domini M°. CC°. LXX°. IIII°. IIII[to] kalendas Nouembris Presentibus perpetuo duraturis.

Orig. auf Perg., dessen Siegel verloren, im Stiftsarchive zu Gleink. Auch in einem Copialbuche des 17. Jahrhunderts daselbst.

CDXLIX.

1274. 2. November. Salzburg. — *Indulgenzbrief des Bischofes von Brixen für die Kirche zu St. Florian.*

B. dei gratia *Brixensis Ecclesie Episcopus* vniuersis christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem et eternam in domino karitatem. Quoniam, vt ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal christi recepturi singuli, provt in corpore gessimus, siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere mereamur in celis, certam spem fiduciamque tenentes, quod, qui parce seminat, parce et metet

et qui seminat in benedictionibus, et metet vitam eternam. Cum itaque ad restauracionem *monasterii in domo sancti Floriani* patauiensis Dyocesis fratribus ibidem deo famulantibus proprie non suppetant facultates et ob hoc fidelium indigeant elemosinis adiuuari, caritatem vestram monemus et in domino exhortamur in remissionem vobis pecaminum nichilominus iniungentes, vt de bonis a deo vobis collatis pias elemosinas et grata eis karitatis subsidia ad consumacionem predicti operis erogetis, vt propter hoc et alia bona, que domino inspirante feceritis, possitis ad eterna gaudia pervenire. Nos quoque de omnipotentis dei gratia nec non Apostolorum Petri et Pauli confisi omnibus, qui dictam ecclesiam in festis domini videlicet Natiuitatis, Pasce et Pentecostis et in quatuor solempnitatibus beate virginis nec non beati Augustini, Floriani Martiris et Dedicacione dicti Monasterii deuocione congrva duxerint visitare, elemosinas suas ibidem ad consumationem incepti operis relinquentes, Quadraginta dies criminalium, de quibus vere confessi et contriti fuerint, et Octoaginta dies venialium relaxamus presentibus perpetuo valituris. Datum *Salzburge* anno domini M°. CC. LXXIIII. in die animarum.

Orig. auf Perg., dessen Siegel verloren, im Stiftsarchiv St. Florian. — Wörtlich gleichlautend, an demselben Tage und Orte ausgefertigt, ist ein Brief des Bischofs Leo von Regensburg, ebenfalls auf Pergament mit Siegel.

CDL.

1274. 2. November. Salzburg. — *Indulgenz des Bischofes Johann von Chiemsee für die Kirche zu St. Florian.*

Nos *Johannes* dei gratia *Chimensis ecclesie episcopus* vniuersis christi fidelibus salutem in domino sempiternam. Cum fidelium deuotio ad piorum frequentationem locorum nec non ad dei et suorum venerationem sanctorum sit spiritualibus beneficiis prouocanda, Nos de omnipotentis dei misericordia confisi omnibus bene contritis et confessis, qui *Monasterium in domo Sancti Floriani* martiris, in festiuitatibus domini nostri Natiuitate videlicet, Pascha et Pentecosten, in quatuor quoque sollempnitatibus virginis gloriose et beatorum Avgustini et Floriani martiris nec non dedicationis Ecclesie pia mente visitauerint, XL. dies de iniuncta sibi penitentia relaxamus. Datum *Salzburge* IIII. nonas Nouembris Anno domini M°. CC°. LXX°. IIII.

Orig. auf Perg., dessen Siegel verloren, im Stiftsarchive St. Florian.

CDLI.

1274. 27. November. Passau. — *W. Dompropst und das ganze Dom-Capitel zu Passau bestätigen die Abtretung des Patronats-Rechtes der Kirche in Hadershofen durch den Edlen Poppo von Grünenburg an das Kloster Gleink.*

Rerum prouide gestarum noticia digne propagatur in posteros, cum constet auctoritas et robur firmius ex testimonio litterarum. Hinc est, quod nos *W.* dei gratia *Tumprepositus Totumque Capitulum Ecclesie Patauiensis* tenore presentium profitemur, quod nobis presentibus et consensum tam ex iuris quam deuotionis debito in opus pietatis prebentibus homo nobilis dictus *Poppo de Grůnenburch* zelo pietatis ductus celestia terrenis preponderare cognoscens ius patronatus in ecclesia dicta *Hædreichshouen*, quod a progenitoribus suis hereditario iure possederat, *Ecclesie sancti Andree in Glevnich* pro remedio anime sue libere et absolute cum consensu omnium heredum et parentum suorum pure tradidit propter deum, cuius traditionis forma est hec: Ego *Poppo de Grvnenburch* (wie 1274 am 7. Juni). Vt igitur premisse donationis firmitas in perpetuum solida permaneat et illesa, voluimus presentem cartam sigillo nostri Capituli roborari. Actum et datum *Patauie* Anno domini Millesimo Septuagesimo quarto, Indictione secunda, Quinto Kalendas Decembris.

Orig. auf Perg. mit Siegel im Stiftsarchiv Gleink.

CDLII.

1274. 19. December. Ebelsperg. — *Indulgenz des Bischofes Peter von Passau für die Kirche zu St. Florian aus Anlass des Kirchenbaues.*

Petrus dei gracia *Ecclesie Patauiensis Episcopus* vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Quoniam, ut ait apostolus, Omnes stabimus ante tribunal christi recepturi, prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quod qui parce seminat, parce et metet et qui seminat cum benedictionibus, de benedictionibus et metet uitam eternam. Cum igitur ad restauracionem *monasterii in domo*

sancti Floriani fratribus ibidem deo famulantibus proprie non suppetant facultates et ob hoc indigeant fidelium elemosinis adiuuari, vniuersitatem vestram monemus, rogamus in domino et hortamur ac in remissionem vobis iniungimus peccatorum, ut de bonis a deo vobis collatis pias elemosinas et grata ipsius caritatis subsidia ad consumacionem predicti operis erogetis, vt per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, mereamini supernorum consorcio ciuium aggregari. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beati Stephani prothomartiris confisi patrociniis, omnibus, qui dictam Ecclesiam in festis uidelicet Natiuitatis domini, Pasçe et Pentecostes et in quatuor sollempnitatibus beate uirginis nec non Sancti Augustini, Floriani martiris et dedicacione dicti monasterii deuocione congrua duxerint uisitare elemosinas suas ibidem ad consumacionem operis relinquentes, Quadraginta dies criminalium et octoginta venialium, de quibus uere contriti et confessi fuerint, misericorditer relaxamus, Litteris presentibus, quas deferri per questuarios inhibemus, usque ad consumacionem operis valituris. Ratas insuper habemus omnes indulgencias, si quas reuerendi in christo patres et domini nostri coepiscopi pro dicte Ecclesie subsidio concesserunt. Datum *in Ebelsperch* Anno domini millesimo CC° LXXIIII° XIIII° kalendas Januarii.

Aus einem Pergament-Codex Sæc. XIV. im Stiftsarchiv zu St. Florian.

CDLIII.

1274. 31. December. Salzburg. — *Indulgenzbrief des Erzbischofes Friedrich von Salzburg für die Kirche zu St. Florian.*

Fridericus dei gratia *sancte Salzburgensis ecclesie Archiepiscopus a. (postolice) s. (edis) l. (egatus)* vniuersis christi fidelibus presens scriptum intuentibus Salutem perpetuam in omnium saluatore. Pia mater ecclesia de filiorum suorum, quos spiritualiter genuit, salute sollicita christi fideles ad debiti famulatus honorem deo sacratis edibus inpendendum, quasi quibusdam muneribus ellectiuis, indulgentiis scilicet et remissionibus incitare consueuit, vt quanto frequentius ad easdem confluit et concurrit populus christianus, tanto celerius delictorum suorum veniam consequatur. Sane ut *ecclesia Sancti Floriani* dyocesis Patauiensis crebriori deuotione fidelium frequentetur, Nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum eius Petri et Pauli confisi suffragiis, vniuersis

christi fidelibus, qui ad ecclesiam eandem in die uel anniuersario dedicationis eiusdem seu in quatuor sollempnitatibus Sancte et perpetue virginis Marie aut in Sanctorum Augustini et Floriani Patroni eiusdem ecclesie festis deuote accesserint annuatim, quadraginta dies de iniuncta eis penitentia, dum modo vere confessi fuerint et contriti, misericorditer relaxamus. Datum *Salzburge* anno domini Millesimo CC° LXX. quarto, Pridie kalendas Januarii.

Orig. auf Perg. Das Siegel bedeutend beschädiget. Stiftsarchiv St. Florian.

CDLIV.

1274. Liechtenau. — *Gundacker von Starhemberg und Chunrat von Sumerau überlassen dem Pfarrer zu St. Michael in der Wachau die Wiese in der Sazze.*

Nos, videlicet *Gvndakkarus de storchenberc* et *Chŏnradus de Sumerowe* presentibus litteris protestamur, quod nos ad instanciam *Alberti venerabilis decani de Ardakker* nec non *plebani ecclesie sancti Michahelis in Wachowe* pratum dictum wlgariter *in der sazze*, quod *Chunradus de swarza* a nobis possedit titulo feodali, id ipsum ipso nobis resignante et omne ius proprietatis, quod nobis attinebat in eodem, delegavimus *ecclesie sancti Michahelis in wachowe* pro remedio animarum nostrarum pleno iure et perpetuo possidendum. et in huius cause robur et testimonivm adhibemus sigilla nostra presenti pagine, eis etiam testibus, qui huic facto aderant, similiter annotatis. Testes *Rudgerus de liechtenowe*, *Walconus zant*, *Hermannus et Ottakkarus fratres de Rechperc*, *Chunradus de droz*, *Chunradus de giluz*, *Chunradus de woluerut* et alii quam plures. Acta sunt hec in *liechtenowe* Anno ab incarnacione domini M°. CC°. LXXIIII°.

Orig. auf Perg. mit zwei Siegeln. Stiftsarchiv St. Florian. Von dieser Urkunde sind zwei Exemplare vorhanden.

CDLV.

1274. St. Florian. — *Propst und Convent zu St. Florian reversiren, den letzten Willen des Ritters Albert Wolfstein getreu zu erfüllen.*

Nos *Chunradus* dei gratia, *H. (einricus) decanus totusque conuentus domus sancti Floriani* scire cupimus uniuersos Lecturos tenorem presentium et audituros, quod dominus *Albertus pie memorie*

miles dictus Wolfstain, dum agens in extremis conderet testamentum presentibus filiis, consanguineis et amicis et aliis quam plurimis fide dingnis (sic) aput nos eligens sepulturam, ecclesie nostre pro redemptione anime sue legauit hubam suam jn *Mos* soluentem annvis redditibus VI. scaffia sjliginis et quatuor auene ad steuram et pro minutis seruiciis mediam libram denariorum, tali uidelicet pacto, quod singulis annis in suo anniuersario de quatuor scaffiis panes pistentur, residua uero duo scaphya siliginis et quatuor auene vendantur, quorum precio carnes emantur et exinde pauperibus elemosina distribuatur, eodem die etiam Conventui fiet consolacio specialis de predio In *Oberndorf* et ut maiori deuocionis alacritate extremam defuncti voluntatem exequi debeamus, quinque libre conventvi in subsidjum operis sunt collate, sed et ei, cui predicta huba fuerit a prelato et fratribus pro tempore commissa, predicta media libra pro suis laboribus cedere debebit. Quod si elemosinarum distribucjo per negligenciam jnterrupta fuerit et omissa, *Otto* filius suus vel alij heredes se de predio Ecclesie in oberndorf et de sepedicta hvba sine contradictione qualibet tam diu jntromittent, quoadusque testatoris uotum secundum prescriptam formam elemosina pauperibus erogetur. Sj uero per aeris intemperiem vel generalem cladis sterilitatem seu per quolibet causus (sic pro: per quoslibet casus) fortuitos ipsa huba forsitan ad tantam inopiam deducatur, quod de ipsa redditus consweti percipi nequeant et haberi, non nobis tunc heredes Elemosine omissionem pro varietatis jnconstancja vel negligencia jnputabunt, nec sibi debent hac occasione predicta predia vendicare. Vt autem racionabilis disposicio testatoris et nostra promissio nequaquam ab hominum memoria lapsu temporis elabatur, sed inviolabiliter jn posterum obseruetur, presentem paginam scribi et sigillorum nostrorum mvnimine fecimus roborari testibus subnotatis: *Dominus Fridericus de Walde et dominus Richerus de stadil, Dominus otto de haimbuch, dominus Fridericus de Lapide, dominus Ortolfus de Chersperge, Dominus sifridus de Grillinperge milites. Otto Judex de Grillinperge, Můrjngarius, Vlricus rater, Liutolt de Walde, Eberhart de holze, Heinricus de Mos, Dietmar Wolfstein, Sifridus et Richerus fratres sui, Otto et Arnoldus, Albertus et dietricus fratres filii domini Alberti, Ortolfus filius domini Reicheri, Otto de mos, Otto emilinge, Eberhart hager, Ciues de anaso, Tejm, Sifridus virintage, Heinricus de perge, Djrungus*

pellifex et allij (sic) quam plures. Datum *jn domo sancti Floriani* Anno domini M. CC. LXXIIII. Indictione prima.

Orig. auf Perg. mit zwei beschädigten Siegeln. Stiftsarchiv St. Florian.

CDLVI.

Circa 1274. — *Die Äbbte der Benedictiner-Klöster in der Diöcese Passau ersuchen den Bischof Peter zu veranstalten, dass das vom Abbte zu St. Peter in Salzburg abgehaltene Ordenscapitel, bei welchem sie aus Rücksicht auf König Otackar von Böhmen nicht erscheinen konnten, als ungiltig erklärt werde.*

Reuerendo in christo patri ac domino suo *P.* venerabili *Pataviensis Ecclesie Episcopo G. Ecclesie Medlicensis* et aliorum Monasteriorum vniuersorum Ordinis Sancti Benedicti dicte dyocesis miseracione diuina Abbates cum debita reuerentia et obedientia continuas et deuotas orationes in domino. Licet in provinciali Concilio apud *Salzpurgam* nuper habito fuerit constitutum, quod nostrum Capitulum generale secundum constitutionem domini *Innocentij tercij* deberemus modis omnibus celebrare, limitato nobis super hoc termino sub expressione localj ac nos vniuersi, qui Concilio predicto intererant, humiliter et deuote fuissemus id ipsum pollicitj adimplere quod tamen propter diuersa discrimina nostrarum partium et ne Illustris dominus noster Rex nostros tractatus haberet suspectos et ex hoc nostris Monasteriis plura dispendia pararentur, nos domino *Abbati Sancti Petri* ac prelatis aliis, qui ad idem Capitulum conuenerunt, nostras excusatorias litteras cepimus destinare peticione subiuncta, quatenus ad sepedictum Capitulum vna nobiscum salubrius celebrandum dilacionem facerent conpetentem, quando et nos pro statu salubri nostri ordinis tractare possemus pariter cum eisdem, que saluti proficerent animarum. Quia vero idem dominus Abbas sancti Petri cum quibusdam aliis prelatis tantummodo duodecim, nescimus quo sue proprie maioritatis respectu, non Capitulum, sed quasi Capitulum sine nobis de vestra dyocesi vniuersis, qui quatuordecim sumus numero, celebrauit et se ipsum et quosdam alios in Rectorias Ordinis procreando magistros et inponendo sibi quasi prelacionis tytulos . . ., ex hac causa peticionem nostram non solum despexit, immo, quod plus est, statuta condidit, sicut asserit, pro sue arbitrio voluntatis, que nostram vniuersitatem non solum tangere, sed etiam turbare potius videantur, cum nos de toto corpore *Salzpur-*

gensis provincie non simus pars modica, immo maiorem numerum faciamus quam illi prelati, qui ad dictum Capitulum conuenerunt, ac insuper plures de aliis dyocesibus maiores prelati non interfuerint tractatibus memoratis, quamuis omnium deberet esse concordia, vbi vice conmunis obseruantiæ (sic) procuratur et non sit invtile conmuni tractarj concordia, quod vnanimi debet obseruantia sustinerj, presertim generalj Concilio asserente, quod tale Capitulum debet esse conmune, sed conmune non dicitur, quod sub tanta particularitate precisis maxime tot prelatis est a pavcioribus adtemptatum, Nec sufficit, quod idem dominus *Abbas sancti Petri* asserit, plures Abbates absentes procuratores ydoneos destinasse ad Capitulum sepedictum, cum non per nuncios sed, per ipsos prelatos sit ad statuta condenda vna concordia intendendum, sicut in illa Decretali: In singulis regnis — plenius est expressum. Cum autem ex eiusdem virtute Concilii generalis, a quo primo tale Capitulum noscitur profluxisse, nullus sibi prelacionis debeat tytulum eternare, quasi jurisdictionem ordinariam optineat super alios, hac de causa nos vestre gratie, sancte pater duximus humiliter supplicandum, quatenus illatus nobis contemptus displiceat celebri cordi vestro et vna nobiscum contemptum eundem auxiliis et consiliis dignemini expiare scribendo pro vniuersis Abbatibus vestre dyocesis sic contemptis domino et patri *Salzpurgensis Ecclesie Archiepiscopo*, ut ipse reuocatis in irritum, que per dictos nostros conprelatos minus Canonice sunt tractata, sicut ex eorum litteris satis claret, nouum Capitulum nostri ordinis oportuno tempore, sed non isto propter dominum nostrum Regem, nos celebrare precipiat aliquo certo die, in quo possimus ad tale negotium omnes pariter conuenire vel vestra gloriosa prvdentia nobiscum disponat et peragat, quod vniuersitati nostre secundum nostrum honorem et iura melius videbitis expedire.

Orig. auf Perg. mit sechs zum Theile zerbröckelten Siegeln. Stiftsarchiv Garsten.

CDLVII.

1275. 25. Jäner. — *Siboto von Lonstorf gibt dem Kloster St. Florian 250 Talente theils zum Geschenke, theils als Stiftung.*

In nomine domini amen. Nos *Sipoto de Lonstorf* tenore presentium protestamur, quod de ducentis et quinquaginta talentis, que

nobis *Ecclesia Domus sancti Floriani* soluere tenebatur, centum et quinquaginta eidem relaxauimus intuitu elemosine simpliciter propter deum. Super centum uero talentis residuis taliter inter ipsam Ecclesiam et nos discretorum uirorum industria mediante conuenit, quod pro eisdem Centum talentis nomine solutionis prepositus et Conuentus de communi consensu annuos decem talentorum nobis redditus tradiderunt. Nos uero memoratis debitis ad plenum renuntiantes, eosdem redditus de manu nostra liberali animo et deuoto pro nostra et nostrorum (sic. Verosimiliter supplendum: progenitorum) salute predicte contulimus Ecclesie sub hac forma, ut prefati redditus integraliter per vnum de fratribus Ecclesie, qui uel nobis uel nostris heredibus in posterum ad hoc placuerit et per prelatum de Consilio Conuentus institutus fuerit, taliter annis singulis in perpetuum dispensentur. De duobus talentis reficientur fratres in anniuersario Obitus nostri die, quem annis omnibus deuotione congrua peragere tenebuntur. De dimidio conparabuntur misse, dimidium inter fratres distribuetur, de quinque uero talentis elemosine inter pauperes dispergentur, duo residua ad structuram Monasterii tribuentur. Pro memoratis uero decem Talentorum redditibus curiam in *Sumerowe* nobis deputauerunt, cuius prouentus, cum ad predictam summam nequiuerint peruenire, dimidiam carratam vini addent pro reddituum conplemento, donec in locum illorum alios totidem talentorum redditus conparauerint domino concedente. Quod si ipsi uel eorum successores sine legitimo inpedimento contra formam uenerint prenotatam et bis uel ter admoniti neglecta non suppleuerint, liberum erit filio nostro uel aliis heredibus, qui erunt pro tempore, se de redditibus intromittere memoratis. Testes huius rei sunt Domini *Nanthohus de Alnsuelt*, *Pilgrimus de Ebelsperc plebani. Chŏnradus de Sumerowe, Chŏnradus de Hartheim, Tidericus officialis et Fridericus de Walde senior Milites. Hainricus de Sŭmerowe junior. Hainricus de Lonstorf, Herrandus de Presek et Weichardus,* jtem *Hvlricus* (sic) *Muttarius* et *Heinricus de Ascha. Ciues Linzenses* et plures alii, qui huic ordinationi interfverunt, audiuerunt pariter et uiderunt. Nos quoque presentem litteram de hiis conscribi fecimus et Sigillorum domini de *Sumerowe* et *Heinrici filii nostri*, quia proprio caremus Sigillo, munimine roborari. Acta sunt anno domini M° CC° LXXV° VIII. kalendas Februarii.

Orig. auf Perg. mit zwei Siegeln. Stiftsarchiv St. Florian.

CDLVIII.

1275. 27. Jäner. In castro Stirie. — *Poppo von Grünburg verzichtet auf die Vogtei über die Pfarrkirche Hadershofen zu Gunsten des Klosters Gleink und setzt demselben zum Pfande das Gut Weichsteten.*

Qvia decidunt a memoria, que aguntur, nisi fuerint scripture testimonio roborata, EGo *Poppo de GRvnenburch* tam presentibus quam futuris cupio fieri manifestum, quod, cum Ivspatronatus Ecclesie *Hedereihshoven* ad honorem dei Monasterio *Gleunicensi*, secundum quod michi a meis progenitoribus conpetebat, libere tradidissem assumpto super hoc omnium heredum meorum, immo et aliorum amicorum assensu, ne Aduocatia dicte Hedereihshofensis Ecclesie dependeret in meis manibus quasi sola, ipsam consilio super hoc habito, prefato Monasterio dedi primo et principaliter propter deum eidem renuntians plenarie tali forma, quod de cetero sepedicta Ecclesia de Hedereihshouen cum fundo et omnibus appendicijs ab omni Jurisdicione, que michi nomine Aduocati congruere videbatur, sit libera et penitus absoluta. Ad maiorem autem cautelam super hoc eidem Monasterio faciendam villam meam *weichsteten* dictam, si aliquis heredum vel amicorum meorum pro aduocatia predicta ipsum duxerit infestandum, sibi pro pignore tamdiv deputauj, quamdiv ab impeticione quacunque non fuerit quies habita super illa. Ipse vero Abbas et fratres Monasterij prelibati michi emptionis tytulo versa vice dederunt LXXX^a^ talenta pecunie numerate. Predictam autem villam taliter ivre pignoraticio sepedicto Monasterio subditam et annexam nec ego nec aliquis meorum heredum alienationj cuilibet debet aliquatenus deputare, donec prescriptione debita Gleunicensis Ecclesia gaudeat in aduocatia premissa. In cuius rei testimonium prescripto Monasterio dedi has literas mei sigilli munimine roboratas et alij mei amici suis sigillis etiam appendentibus muniuerunt easdem, testibus subnotatis, quorum hec sunt nomina: *FRidericus venerabilis Abbas Gerstensis Monasterij, Chvnradus prepositus domus Sancti floriani, Vlricus Canonicus patauiensis, Gvntherus decanus Laureacensis, Purchardus de klingberch, weichardus de polhœim, Vlricus de Kapella, Otto, heinricus, Chvnradus, heinricus de volkensdorf, Vlricus de lobenstœine, Gvndakerus, Ditmarus, vlricus fRatres de losenstœine, Duringus piber, Arnoldus piber, Rudigerus prúschenke, Marquardus, perhtoldus fratres dictj prevhauen,*

Duringus scheke cum filiis vlrico et perhtoldo, Chvnradus hager, Otto de Osterberch, Ortolfus de chersperch cum filiis suis Ortolfo et heinrico, Rudigerus de Zvcha, Richerus de stadel cum filiis suis Ortolfo et hæinrico, Vlricus, Ditmarus de Tursendorf, Ditmarus schachener, Joseph de Erpfenhoven, Hiltprandus iudex stiRie, Hugo ponhalm et filius suus hugo, Otto de Grillenberge, Ditricus Gerwer, Chvnradus, Lvtwicus fRatres de Zvcha, FRidericus, Richerus fRatres de hagwalde, wernhardus de straze et filius suus vlricus, Marquardus metze et filius suus Chvnradus, Gerungus de mosenik, FRidericus chresslinch, wulfingus de weinperch, walchvnus de losenstæine cum filiis suis Ditmaro et heinrico, heinricus spitze, Gundacherus dictus dringer cum multis aliis. Acta sunt hec in *Castro StiRie* Anno dominj Millesimo Ducentesimo Septuagesimo Quinto, Sexto kalendas februarij.

Orig. auf Perg. zu Gleink. Von den vier Siegeln sind noch die During des Pibers, Poppo's von Grünburg und Ulrich's von Capellen erhalten.

CDLIX.

1275. 27. Jäner. St. Florian. — *Heinrich von Volkenstorf schenkt die Eigenschaft der Güter zu Risech, Tal und Pirchenstuben dem Kloster St. Florian.*

In nomine domini Amen. Nos *Heinricus de Volkenstorf* presentibus litteris protestamur, quod tytulum proprietatis bonorum *in Risech, in Tal* et *in Pirchenstvben* ad nos legitime pertinentem, procurantibus venerabilibus domino *Chunrado preposito et Conuentu Domus sancti Floriani* unà cum *Hainrico de Swainpach,* qui eadem bona de manu nostra concessione fevdali tenebat, *Ecclesie sancti Floriani* accedente consensu uxoris et liberorum nostrorum deuote contulimus in perpetuum possidendum. Huius rei testes sunt Dominus *Fridericus de Walde senior, Otto de Grillinperch, Jacobarius, Dietmarus Wolfstein, Heinricus de Swainpach, Weikardus, Hærtlo, Tobelarius* et alii plures, qui dicte collacioni interfuerunt et eam audiuerunt pariter et uiderunt. Nos quoque, ut nulla super hiis ambiguitas uel questio in posterum ualeat suboriri, presentem paginam exinde confectam sigilli nostri appensione fecimus conmuniri. — Acta sunt hec *in domo sancti floriani* Anno domini M. CC. LXXV°. VI. kalendas Februarii.

Aus einem Pergament-Codex circa 1300 im Stiftsarchive zu St. Florian.

CDLX.

1275. 5. Februar. — *Wernhart der Rischenbecke macht einige Leute dem Kloster Reichersberg zum Dienste von 5 Pf. zinsbar.*

Notum sit omnibus fidelibus, quod *Wernhardus der Rischenbecke* tradidit ad altare sancti Michahelis in *Richersperge* chunegundem cum filio suo chunrado et omni posteritate eorum ad censum v. denariorum. huius delegationis testes sunt *Dominus waltherVs prepositus, petrVs cellerarius. vlricus custos, f. plebanus, Sifridus, Otto Diaconi, WernherVs, fridericus Subdiaconi, Wernhardus de Rischenpach, Wolfger, Durinck ibidem, Vlricus de celle et filius suus herbordus, Ditwinus Officialis, Rudgerus villicus, Wernhardus Serws prepositi, H. cocus Boemus, Ditlinus, stephanus coquinarii, Livtoldus ecclesiasticus, wernhardus de Asspach* et alij quam plures. Anno domini MCCLXXV. Agate virginis et martyris.

Aus einem Pergament-Codex zu Reichersberg.

CDLXI.

1275. 21. Februar. Ens. — *Heinrich von Volkenstorf verleiht dem Otto Wolfstein die halbe Wiese auf der Au zu Volkenstorf.*

Nos *Hainricus de volkenstorf* tenore presencium protestamur et tam presentibus quam futuris volumus esse notum, quod nos mediam partem prati *in volkchensdorf,* quod dicitur *auf der aw,* ad nos iure hereditario pertinentem *Ottoni wolfstain et Elizabethe vxori eius* contulimus tytulo feudi in perpetuum possidendum. Testes huius rei sunt *Dominus Otto de Volkenstorf, dominus Leutoldus de Walde et dominus Fridericus de Lantzenperge Milites, Otto de Grillenperge, Albertus de Hautzenpach, Dietmarus Wolfstain, Hainricus et Otto de Mose fratres, Tyemo Ciuis in anaso et Germundus Ciuis ibidem* et plures alii, qui predicte collacioni interfuerunt et eam audiuerunt pariter et viderunt. Nos quoque ad confirmacionem eius et certitudinem ampliorem presentem litteram super eam confectam Sigilli nostri appensione fecimus roborari. Acta sunt hec in *anaso* anno domini M°. CC°. Septuagesimo quinto, Nono kalendas Marcii.

Aus einem Pergament-Codex Sæc. XV. im Stiftsarchive zu St. Florian.

CDLXII.

1275. 23. Februar. Linz. — *Chunrat Wachrainer, Bürger zu Linz, gibt zwei Weingärten in der Wachau zum Seelgeräth nach St. Florian.*

In nomine domini Ego *Chunradus wachrainarius Ciuis Lincensis* presenti scripto protestor, quod pie deuotionis affectu permotus pro mee et *Chunigundis* vxoris mee animarum remedio de ipsius consensu duas vineas in *Wachowe* videlicet unam sitam in loco, qui dicitur *stainwant* et aliam eidem contigue adiacentem, ad me iure, quod *purchreht* vulgariter dicitur, pertinentes *Ecclesie sancti Floriani* contuli sub hac forma, quod me viam uniuerse carnis ingresso, etiam vxore mea superstite memorate vinee vnacum ipsarum decimis, quas ab ecclesia teneo iam prefata, in ipsius Ecclesie transeant libere dominium atque usum. Fratres vero eiusdem Ecclesie singulis annis in anniuersario obitus mei die pro salute anime mee quatuor libras operibus misericordie impendere tenebuntur, scilicet Conuentui in refectorio liberaliter ministrando et elemosinas pauperibus distribuendo et quidquid residium fuerit, ad opus Monasterii deputando. Omnia insuper suffragia pro mea et vxoris mee facient inperpetuum animabus, que pro loci fratre sacerdote communiter facere consueuerunt. Ratum quoque habebunt, quicquid de decimis, quas de ipsorum concessione a *Chunrado Hofstetensi* absolute comparatas ab ecclesia teneo, pro voluntate mea duxero ordinandum et eas sine cuiuslibet emolumenti exactione illi conferent, quem in ipsis decimis post me declarauero successorem. Predicte tamen ordinationi talem conditionem includo, vt liberum mihi sit ante mortem meam memoratas vineas vendere vel obligare, si extreme ad hoc conpulerit me, quod deus auertat, necessitas paupertatis, cum in casibus futuris nemo habeat certitudinem sui status. Testes huius rei sunt domini *Marquardus viceplebanus in Linza et Otto Rugehalmus miles, Vlricus Judex, Vlricus filius Mutarii, Hainricus ashaher, Eberhardus apud portam, Wisinto frater wachrainarii, Ditmar de Euirdinge, Levtwein, Vlricus seidinswanz, ciues in Linza* et alii quam plures, qui presentem ordinationem audiuerunt pariter et uiderunt. Vt autem ista robur perpetue optineant firmitatis, presentem litteram de hiis confectam et sigillo Ciuitatis munitam Ecclesie tradidi memorate in confirmationem et noticiam ampliorem. Actum et Datum in *Linza* Anno domini M° CC° LXX° V° VII° kalendas Marcii.

Orig. auf Perg., mit Siegel. Stiftsarchiv St. Florian.

CDLXIII.

1275. 10. März. Seitenstetten. — *Gundacker von Storchenberg vergleicht sich mit dem Stifte Seitenstetten über die Vogtei am Hausruck.*

Ego *Gundackerus de Storchenberch* presentibus cupio protestarj, quod, cum venerabilis in christo pater et dominus *Rudolfus Abbas in Sytanstetin* et conuentus eiusdem super aduocacia prediorum suorum, quam pater meus tenuit, in meo districtu constitutorum siue alibi circumiacentium michi induxissent pluries questionem in tantum, ut eam per prefectos illustris domini nostri Regis Boemorum de manibus meis euellere conarentur, Ego quam plurimum exinde sentiens me grauari, *Sytanstetense monasterium* adii gracia conponendi, vbi cum predictis, videlicet domino abbate et conuentu conueni amicabiliter in hunc modum, vt predia predicta siue redditus eorundem recepta tantum vna libra denariorum in festo sancti Mychahelis et vna in festo beati Georij et vno pullo a quolibet colono debeam pure propter deum plenarie defensare, omnibus aliis quibuslibet exactionibus pretermissis. Quod si non fecero, sed transgressor huiusmodi conpositionis inuentus fuero, legitimis ostensionibus et euidentibus argumentis (et) commonitus tercio per officialem ecclesie offensas sev grauamina debite non retractauero, ut premisi, *forum in Styria* infra septem dies debeo intrare nec inde exire, nisi de ipsius domini abbatis et conuentus licentia specialj. Et si illud neglexero, ut rebellis violator fidei reputabor. Promitto etiam testimonio huius scripti ipsis de familia mea vnum, quem sibi vtilem pro defensione viderint, deputare, Qui si metas excesserit conpromissi, alium sibi substuere debeo, quem sibi magis vtilem duxerint eligendum. In cuius rei testimonium presentem pagiuam ipsis tradidi sigilli mei mvnimine roboratam, testibus annotatis, videlicet Domino *Ditmaro de Loch*, *Alberone et Ottone fratribus de Hovzinpach*, *Fridrico de Tannpach*, *Dittrico Oven*, *Heinrico officiali*, *Heinrico judice in Sytansteten*, *Wolflino de Nvsspovm*, *Heinrico Reinsperger* et aliis probis et honestis. Acta sunt hec *in ecclesia Sytansteten* Anno ab incarnatione domini M°. CC°. LXX°V^{to}. VI°. jdus Martij.

Auf der Rückseite: Gvndacheri de starchenwerch Ex parte aduocatie am *hawsrugk*.

Orig. auf Perg., das Siegel verloren. Stiftsarchiv Seitenstetten. — Hormayr, Taschenbuch 1843. 374.

CDLXIV.

1275. 20. März. Ebelsberg. — *Peter, Bischof von Passau, bestätiget die Abtretung des Patronats-Rechtes der Kirche zu Hadershofen an das Kloster Gleink und verordnet, dass die Einkünfte derselben theils dem Kloster, theils dem Pfarrer zu Hadershofen zu Gute kommen sollen.*

Petrvs dei gratia *Ecclesie Patauiensis Episcopus* Omnibus presentes litteras inspecturis Salutem in omnium saluatore. Si mundus esset stabilis et humana conditio non uergeret ad occasum, non esset necessarium bona gesta hominum scripture testimonio perhennarj. Hinc est, quod nos ad omnium notitiam volumus peruenire, quod vir nobilis *Poppo de Grvnenpurc* ductus salubriter zelo dei jvs patronatvs, quod *in Ecclesia Hedershoven* sibi a suis progenitoribus ex successionis hereditate debito competebat, *Glvnicensi Cenobio* libere et absolute tradidit propter deum et in nostris Manibus ac presentis (sic) nomine iam dicti Monasterij resignauit id ipsum non solum spetialiter vice sua, sed et omnium heredum suorum tam presentium quam etiam futurorum. Qvia uero prefatum Monasterium per ipsius fvndatores de substantia tenui noscitur profluxisse et a nobis ac Ecclesia nostra *Patauiensi* nullum adhuc percepit subsidium temporale, nos uidentes studium et deuotionem sinceram Dilecti in christo fratris *Chvnradi Abbatis* eiusdem, quam exercet, ad promotionem Monasterij memorati premissam donationem non solum confirmare, verum etiam de nostro cogitavimus augmentare, ut sic in gazophilatium domini ad honorem et gloriam ipsius suorumque sanctorum partem aliquam offeramus, per quam in diuino seruicio pauper fraternitas ipsius Monasterij melius sustentari ualeat in prebenda. Accedente igitur venerabilis Capituli nostri Patauiensis beneplacito et consensu volumus, ordinamus et tenore presentium declaramus, vt medietas prouentuum et reddituum omnium et singulorum sepedicte *Ecclesie in Hedershoven* tam in dotibus, decimis, fructibus et prouentibus quam aliis obuentionibus, quocunque nomine censeantur, vna cum questu cottidiano cedere debeant eiusdem Ecclesie sacerdoti, qui per antedictum Dominum Abbatem et Conuentum et eorum successores nobis uel nostris successoribvs Patauiensibus Episcopis deinceps canonice presentatur, jura Episcopalia et Hospitalitatem more aliorum pastorum debitam exercebit. Alia uero medietas scilicet prouentuum et reddituum omnium et singu-

lorum antedicte *Ecclesie in Hedershoven* tam in dotibus, decimis, fructibus et prouentibus quam aliis obuentionibus, quocunque nomine censeantur, excepto cottidiano questu, sicut prenotauimus, Sacerdoti dicte Ecclesie deputato, pro sustentatione et vsu predictorum fratrum *Glvnicensi Monasterio* ministretur. In cuius rei testimonium presentes damus litteras nostri et prefati Capituli nostri Sigillorum robore conmunitas. Actum et Datum in *Ebelsperc* anno domini Millesimo Ducentesimo Septuagesimo Quinto, Terciodecimo kalendas aprilis.

Orig. auf Perg. mit zwei Siegeln. Stiftsarchiv Gleink.

CDLXV.

1275. 1. April. Lugduni. — *Papst Gregor X. bestätigt unter anderen Besitzungen dem Kloster Metten auch Weingärten und andere Besitzungen und Rechte zu Aschach.*

Gregorius Episcopus Seruus Seruorum Dei dilectis filiis Abbati *Monasterii de Meten* eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuam rei Memoriam. Religiosam uitam eligentibus Apostolicam conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet aut robur, quod absit, sacre Religionis infringat. Ea propter, dilecti in Domino filii uestris justis postulationibus clementer annuimus et monasterium de *Meten Ratisbonensis Diocesis*, in quo diuino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti Priuilegio communimus, inprimis siquidem statuentes, ut ordo Monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti Regulam in eodem Monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona idem Monasterium impresentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum uel Principum, oblatione fidelium aut aliis justis modis prestante Domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: locum ipsum, in quo prefatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, *Villam Methen* uulgariter appellatam cum hominibus, redditibus, Jurisdictione temporali ac omnibus appenditiis et pertinentiis suis, *Ecclesiam in*

Nivvenhausen, quam in usus proprios juste et canonice obtinetis, cum omnibus pertinentiis suis, *Passagium in Danubio*, Decimas, agros, terras, Possessiones, redditus et quicquid Juris ab utraque parte Danubii Monasterium uestrum noscitur obtinere; Capellam cum *monte St. Pauli*, Villam in *Perge* cum silua, agris, pascuis et aliis pertinentiis suis. In *Wimpenzingen* unam Curiam in villis et prediis ante Nemus et in nemore sitis decem et octo mansos. In *Rodelsdorp* quinque mansos cum molendino, in Villa *Wischelburch* sexdecim mansos cum areis, ortis, agris, molendino, prato; in Insula Danubii, quod uulgariter dicitur *Wert*, Piscariam a loco Wischelburch usque ad locum, qui *teckendorf* uulgariter nuncupatur, cum pertinentiis suis, in *Buzenhouen* unum Mansum, in *Ratolsdorf* unum mansum, agros et areas, in *Paschingen* unum mansum, in *sutarn* quatuor predia cum agris et areis, in *friendorf* quatuor predia cum agris et areis, in *Haunhouen* curiam cum agris, pratis, pascuis et omnibus suis pertinentiis, in *Rottenmanne* unam curiam, in *Endorf* quatuor predia cum agris et areis, in *Heunrichsdorf* unum predium, in *Esindorf* curiam cum agris, pratis, pascuis et omnibus pertinentiis suis, in *Azingen* quatuor curias, quatuor mansos, agros et areas cum omnibus pertinentiis eorumdem, in *laichlingen* unum predium, in *Wihse* agros et areas, in *Pulvvis* quatuor mansos et unum predium cum pertinentiis suis, in *Hochenraine* duas curias et quatuordecim mansos cum agris et pratis, pascuis, areis et omnibus pertinentiis suis, in *Rinchouen* quinque mansos, unum predium, agros et areas, in *Hordorf* prata cum agris et prediis, in *Painchouen* sex predia et decimam duorum prediorum, in *Empschouen* unum mansum, in *obernror* curiam, agros et areas cum decima unius curie et aliis pertinentiis suis, In *Nidernror* curiam, agros, prata et pascua cum omnibus appenditiis et pertinentiis, in *Vttenchouen* tria predia cum agris et areis, Jus Patronatus in *Ecclesia Puche* cum manso et decima, in *Vttenchouen* quatuor mansos, in *Rotenbach* tres agros cum decima, in *Staufferdorf* duos mansos et unum predium cum agris et areis, in *Perchhaim* duos mansos, tria predia, agros et areas cum decima, in *Vempach* agros, in *Aschhain* unum mansum, in *tribichingen* unum predium, in *minori Ponigon* unum predium apud flumen *Isaram*, prata, ortos et agros, In *Ratispona* unam domum et duodecim areas, Decimam apud *Vilsam* in villis, que *Prunne*, *Arldorf*, *lauphartsdorf*, *Pushausen*, *Chalstorf* et *Munchin* uulgariter

nuncupantur, Decimam apud *Esndorf*, in *Haidolfingen* et in aliis villis et curiis adiacentibus, Decimam apud *Strubingam*, in *Chirmehtingen*, *Suntzingen* et in *Geltolfingen*, Decimam in *Hernsingen*, *Pirchelprunne*, *Geckingen* et in *tiernpuch*, in Diocesi Patauiensi Decimam apud flumen *traisem*, in *Nuzdorf* et in aliis villis de vineis et agris, in *Chremis* unam curiam et unam vineam, que uulgariter *Hartkat* appellatur, in *Geislindorf* vineas et quosdam redditus, qui uulgariter dicuntur Purchrecht, in *Pachen* vineas, ortos et areas, In *Rossazzen* et *Rugersdorf* vineas, ortos, Pomaria, areas et agros, villam de *Isinrichesdorna*, cum hominibus, iurisdictione temporali, curiis, mansis, prediis, siluis, redditibus, agris, areis, pratis, pascuis ac omnibus ad dictam villam spectantibus et capellam, quam extra villam ipsam habetis, in *Ascha* vineas, unam Domum, passagium, areas, ortos et agros cum prediis et omnibus pertinentiis eorumdem, In *Patauia* unam Domum, liberum Descensum in Danubio de Monasterio uestro in *Chrems* et asscensum de Chrems ad Monasterium uestrum; In *Diocesi eistettensi* villas, homines, terras, possessiones cum pertinentiis eorumdem ac universa jura, que in *Pago Svvanueld* Monasterium uestrum noscitur obtinere, cum terris, pratis, vineis. nemoribus, usuagiis et pascuis, in Bosco et plano, in aquis et molendinis, in uiis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. sane noualium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, siue de uestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis Clericos uel Laicos liberos ac solutos e seculo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum uestrorum post factam in Monasterio uestro Professionem fas sit sine abbatis sui licentia de eodem loco nisi arctioris Religionis obtentu discedere. Discedentem vero absque communium litterarum uestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis suppressa uoce diuina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. chrisma uero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu Basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad ordines fuerint promouendi, a diocesano suscipietis Episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam et communionem sacrosancte Romane sedis habuerit

et ea uobis uoluerit sine prauitat aliqua exhibere. Prohibemus insuper, ut infra fines Parrochie uestre, si eam habetis, nullus sine assensu diocesani Episcopi et uestro capellam seu oratorium de nouo construere audeat saluis Priuilegiis Pontificum romanorum. Ad hec nouas et indebitas exactiones ab archiepiscopis et Episcopis, decanis et archidiaconis aliisque omnibus Ecclesiasticis secularibusque personis a uobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci (liberam) esse decernimus, ut eorum deuotioni et extreme uoluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati sint uel interdicti aut etiam publici usuarii, nullus obsistat, salua tamen justitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et Possessiones ad ius Ecclesiarum uestrarum spectantes, que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad Ecclesias, ad quas pertinent, reuocandi libera sit uobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate uel suorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu uiolentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu uel fratrum maior pars consilii sanioris secundum Deum et beati Benedicti Regulam prouiderint eligendum. Paci quoque et tranquillitati uestre paterna in posterum sollicitudine prouidere uolentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu Grangiarum uestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere uel interficere seu uiolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a Predecessoribus nostris Romanis Pontificibus Monasterio uestro concessas nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a Regibus et Principibus uel aliis fidelibus rationabiliter uobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti Priuilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monasterium temere perturbare aut eius Possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura salua sedis apostolice auctoritate et Diocesanorum Episcoporum canonica Justitia et in predictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere

uenire temptauerit, secundo tertioue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua Jura seruantibus sit Pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum Judicem premia eterne Pacis inueniant. Amen, amen, amen.

Ego Gregorius Catholice Ecclesie Episcopus subscripsi.

Ego *Simon* tituli sancti Martini Presbiter Cardinalis subscr.

Ego *Ancherius* tituli sancte Praxedis subscr.

Ego frater *Johannes* . . . . Episcopus subscr.

Ego *Petrus* tusculanus Episcopus subscr.

Ego *uicedomnus* peneffentus Episcopus subscr.

Ego frater *Petrus* ostiensis et veletensis Episcopus subscr.

Ego *Otto bonus* sancti Adriani Diaconus Cardinalis subscr.

Ego *Jacobus* sancte Marie in cosmydin Diaconus Cardinalis subscr.

Ego *Gottofridus* St. Georgii ad uelum aureum Diaconus Cardinalis subscr.

Ego *ubertus* St. Eustachii Diaconus Cardinalis subscr.

Datum *Lugduni* per Manum Magistri *Lanfranci Archidiaconi Pergamensis, sancte romane Ecclesie uicecancellarii* Kalendis Aprilis, Indictione tertia, Incarnationis dominice anno MCCLXXV. Pontificatus uero Domini Gregorii Pape X. anno quarto.

Mon. boic. XI. 447.

CDLXVI.

1275. 15. April. Passau. — *Peter, Bischof von Passau, bestätiget die Resignation der Pfarrkirche zu Hadershofen an das Kloster Gleink durch den Pfarrer Ulrich von Steyr.*

Nos *Petrus* dei gratia *Ecclesie Pataniensis Episcopus* notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod dilectus in christo frater dominus *vlricus de Stiria, Ecclesie nostre Canonicus, plebanus Ecclesie in Hædershouen* dilecto in christo fratri domino *Chunrado abbati Ecclesie in Glůnich* ipsam *Ecclesiam in Hedershouen*, in qua idem dominus abbas post tempora uite domini vlrici

predicti ius habere dinoscitur presentandi, gubernandam et regendam in spiritualibus et temporalibus, instituendi et destituendi presbyteros in eadem et omnia eiusdem negocia exercenda commisit de nostro beneplacito et consensu temporibus uite sue, ita tamen, quod eidem domino vlrico per conmissionem huiusmodi nichil de pensione sepedicte Ecclesie per dominum abbatem predictum seu vicarium deseruientem in eadem aliquomodo subtrahatur. In cuius rei testimonium presentes damus litteras sigilli nostri robore conmunitas. Datum *Patauie* Anno domini M°CC°LXX. quinto, XVII. kalendas Maij.

Orig. auf Perg. Das Siegel verloren. Stiftsarchiv Gleink.

CDLXVII.

1275. 3. Juni. — *Hadmar von Sunnberg gibt seiner Muhme Margareth von Capellen die Eigenschaft einer Gülte zu Schleunz.*

JCH *hadmayr vonn Sunenbergkh herrnn Otten Ennchel von schleuntze* Thuen khundt allen den, die nun Sündt oder hernach khunfftig werdten, das Ich mit meines Suns Gunst vnnd mit Seiner hanndt *Crafften* geben hab meiner muemben *margrethn frauen von Capelln* vnnd Jer Erben, die Sy hat oder noch gewungen, die Aygenschafft an dem Pfundt Gelts, das *Arnoltes* Khündt von mier gehabt habent *von Seyczenstorff* vnnd leuth (ligt) zw *schleuntze*, mit allem dem Recht, alss ichs gehabt hab versuecht vnd vnuersuecht. vnd das die Red statt bleibe vnd vnuerkert, Gib Ich hadtmayr der frauen, die vorbenanndt Ist, der frawen margrethn vnd jeren Erben disen brieff zu Statten vrkund versigelt mit meinem Insigl. Der brieff ist Geben, da uon Cristes gebuerdt Tausent Zway hundert, jm fünfundSybentzigisten Jar an St. Erasm Tag.

Aus einem vidimirten Copialbuch auf Papier vom 7. Mai 1632. Stiftsarchiv St. Florian.

CDLXVIII.

1275. 15. August. In castro Stirie. — *Burchart von Klingberg, Marschall in Böhmen, und Hauptmann zu Ens, bestätigt dem Kloster Gleink den Besitz der Pfarre Hadershofen.*

PvRchardus de Klinberch Marsalchvs, Regni Bohemie, Capitaneus Anesi Omnibus intuentibus presens scriptum salutem in perpetuum. Quia sepe labuntur A memoria, que scripture testimonio

non firmantur, Idcirco prudens hominum sagacitas defectum huiusmodi solet multociens confirmatoriis Litteris preuenire. Quapropter vniuersis et singulis cupimus fore notum, quod *Poppo de GRvnenpurch* ob remedium sue anime ac incrementum salutis Juspatronatus in Ecclesia *Hedershouen* dicta, quod sibi a suis progenitoribus conpetebat, *Glunicensi* Monasterio tradidit propter deum de consensu omnium heredum et parentum suorum consilio meliorum. Adiecit autem pater et dominus venerabilis Patauiensis Ecclesie Episcopus cum plena suj Capituli voluntate Ivs, quod Rectori Ecclesie supradicte in decimis et dotibus adtinebat, volens, vt seruata ibidem instituta Clerico ex Priuilegiis portione Glunicensis Ecclesia deinceps per residuum melioris prebende beneficio subleuetur. Cum igitur, quod in potestatem dictj Monasterij sic transiuit, sub defensionis gratia domini nostRi Regis sicut et alia bona sua, quibus non inmerito taliter adunatur, perpetuo debeat confouerj, vt sub vnius Aduocatie tytulo decetero sepedictum Monasterium quo ad huiusmodj saluum existat, ecce nos de iussu et iusticia dictj dominj nostri Regis Aduocatiam cum dotibus et decimis et hominibus Hedershofensis Ecclesie memorate ad manus et potestatem Serenissimi dominj nostri Regis specialiter adtrahentes in defensionis tutela sepius memorate semper uolumus tales esse domino concedente, quod non solum Ecclesie Glunicensi proficiat in presentj, sed etiam honorj prefati dominj nostri pariter et salutj conpetat in futurum, vt sic a Judicibus provincie homines et bona Hedershofensis Ecclesie decetero sint inmvnes, quod nec ad suum placitum judices ipsos venire coartent nec de bonis ipsorum se aliqualiter intromittant, que debent Glunicensi Monasterio per omnia salua esse. Sed si fur uel aliquis Reus mortis repertus fuerit in bonis eisdem, cum solis vestibus, quas cingulo clausas habet, seculari ivdicio assignetur. Vt autem ab omnibus nostris successoribus istud seruetur diligentius inconcussum et Judices ac alij partium illarum incole non ignorent, presentem paginam nostro sigillo iussimus conmunirj. Datum in *Castro StiRie* Anno dominj Millesimo Ducentesimo Septuagesimo Qvinto In festo Assumptionis beate viRginis MaRie Indicione TeRtia.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Gleink. Kurz, Beiträge III. 355.

CDLXIX.

1275. 15. August. — *Alram von Uttendorf gibt die Griesswiese bei Scheoting und Putenhusen zum Seelgeräthe nach Ranshofen.*

Alramus dei gratia Nobilis de vttendorf Notum esse cupio presentibus et futuris, quod dedi liberaliter et integraliter *Ecclesie Ranshouensi* pratum meum dictum *Griezwis circa sheoting et putenhusen* situm ob remedium anime mee et omnium amicorum meorum ita tamen, ut fratres inperpetuum in ipsa Ecclesia commorantes debeant specialem mei habere memoriam nec non amicorum meorum in anniuersario nostro singulis annis, veluti solent anniuersarium suorum confratrvm peragere celebrando missas et cetera piacula pro animarum salute. Ne autem hec donatio mea a quoquam successorum meorum sev per extraneos qualescunque ualeat aliqualiter inmutari, presentem litteram meo sigillo roboratam prefate Ecclesie dedi in testimonium et cautelam. Huius rei testes sunt *Siuridus, albero, Siboto, Hainricus, Hainricus, Albertus, Dietricus ebulus, Hainricus ringlinus, Hainricus filius magistri curie.* Acta sunt hec Anno domini M°. CC. LXXV. circa (sic) assumptionem beate Marie uirginis.

Orig. auf Perg. Siegel abgefallen. K. baierisches Reichsarchiv.

CDLXX.

1275. 18. November. Ranshofen. — *Die Brüder von Veltpach geben dem Kloster Ranshofen ein Pfund Geld auf dem Hofe zu Huntorn als Seelgeräth für ihren daselbst begrabenen Vater.*

Quoniam omnium habere memoriam diuinum est pocius quam humanum et ob hoc scripture testimonio labili memorie hominum succurritur, ne tractu temporis ea, que inter bonos fideliter aguntur, deuenire ualeant in errorem. Nos igitur *Chunradus clericus canonicus Maticensis et plebanus in Ering* et *Gebhardus laicus fratres dicti de Veltpach, filii Gebhardi militis felicis memorie quondam de Veltpach* presentibus protestamur, Quod, cum pro morte patris nostri ob remedium et salutem anime ipsius teneamur *ecclesie in Ranshoven,* aput quam sepultus est, dare redditus unius libre monete usualis nec eis debitum huiusmodi utiliter ualeamus exsoluere in presenti, cum honorabili uiro domino *Sifrido* dei gratia *preposito*

et cum capitulo dicte ecclesie sufficienti deliberacione habita unanimi uoluntate conuenimus in hunc modum, Quod curiam nostram in *Huntorn* sibi a nobis assignatam recipiunt pleno iure in nulla sui parte occupatam sev distractam, non tamen donacionis titulo, sed sub hac forma, Vt de prouentibus ipsius curie annuatim sibi recipiant ad unam libram de arbitrio boni uiri, quem ibi officialem constituerint, nec non de arbitrio villici in ipsa curia pro tempore residentis, residuum uero nobis uel alteri nostrum soluent. Ad hec de hiis, que annis singulis dictis dominis de Ranshoven ex ordinatione sev institutione ipsius curie persolui contingerint (sic), ipsi retinebunt partem, que pro rata ad libram unam ad ipsos spectantem pertinebit, porcionem reliquam similiter nobis soluent. Sub huiusmodi autem forma premissa curiam nostram prefatam sibi per nos assignatam retinebunt libere, quoad usque per nos aut successores nostros eis dabuntur et assignantur redditus unius libre monete usualis vel denarii, quos loco dictorum reddituum soluendos deputauerint quatuor boni uiri, quos utrimque ad hoc decreuerimus eligendos. Nos uero medio tempore nullum nobis ius ordinationis in dicta curia reseruamus. Immo si ipsam forte alienare uellemus, dictos dominos sev capitulum tenemur requirere eisque in uenditione, quantum conuenienter possumus, condescendere, si eis placuerit ad emendum. Verum quia dicta curia non est plene in omni sua parte ad culturam redacta et habet situm ad molendinum ponendum, Si dicti domini sev capitulum propter meliorationem circa ipsam curiam aut in structura molendini expensas facere decreuerint, super hiis requirere nos debebunt et expensas, quas utiliter et necessario de nostra uoluntate fecerint, eis ad consilium duorum uirorum uel quatuor, quos ad hoc utrimque elegerimus, refundemus. Ceterum dicti domini memoratus prepositus et capitulum Ranshovense vniuersaliter singuli et singulariter vniuersi firmissime promiserunt, Quod singulis annis in anniuersario patris nostri cum sollempni conpulsatione campanarum sollepniter (sic) agant officium defunctorum et eodem die dominus prepositus facere debebit consolationem dominis in Refectorio congruentem. Vt uero ordinatio et conuentio supradicta de consensu et uoluntate dictorum dominorum prepositi et capituli Ranshovensis appareat processisse quodque de nostra parte robur habeat firmitatis, presentem paginam super hoc editam sigillo dicti prepositi et sigillo capituli nec non sigillo nostro conmuni delibera-

tione duximus muniendam. Datum et actum *Ranshoven* in Conuentu Anno domini M. CC. LXXV. In octaua Martini episcopi et confessoris.

Orig. auf Perg. mit drei Siegeln. K. baierisches Reichsarchiv.

CDLXXI.

Circa 1275. — *Otackar, König von Böhmen, bestätigt dem Spitale am Pyhrn jene Güter, welche ihm einst Hartneit von Ort gegeben hat.*

Nos *Otakarus dei gracia Boem. Rex, Dux Austrie, Stirie et Karinthie, Marchio Moraw. Dominus Carn. Marchie Egre et Portusnon* scire volumus presencium quoslibet inspectores tam presentes quam futuros, quod donacionem factam quondam per *Hertnidum de Ortt* bone memorie *Hospitali sancte Marie in Pirno Monte* de quibusdam bonis suis in *Valle Gersten* juxta sui priuilegii continenciam et secundum confirmacionem factam de eisdem bonis per priuilegia Reuerendorum in Christo patrum Dominorum *Hainrici* felicis recordacionis quondam *Babenbergensis Ecclesie episcopi* et *Berchtoldi venerabilis nunc eiusdem ecclesie Episcopi* ratam habere volumus et auctoritate Regia per omnia confirmare, Ipsum Hospitale volentes possessione bonorum eorundem gaudere perpetuo pacifica et quieta. Quapropter singulis et vniuersis inhibemus districcius sub optentu (gracie nostre), ne quis dicto *Hospitali in Pirno monte* super bonis prehabitis deinceps audeat uel presumat aliquam suscitare materiam questionis, unde ipsum Hospitale possit aggrauari indebitis laboribus uel expensis; nam qui secus facere et nostris mandatis contrarius existeret in premissis, contra hunc procedimus grauiter, quemadmodum sua culpa exigit et requirit. Et ut singula supradicta in suo robore debito perseuerent, ipsi *Hospitali in Monte Pirno* damus presentem paginam nostrorum sigillorum munimine roboratam, Testibus, qui aderant, subvocatis, qui sunt Dominus *Wernhardus venerabilis Sekouiensis Episcopus, Magister Hainricus venerabilis Werdensis prepositus, Magister Vlricus Plebanus Wiennensis noster Pro* . . (wahrscheinlich Prothonotarius, das Übrige mangelt).

Hormayr, Werke III. 461.

CDLXXII.

1276. 26. Februar. Linz. — *Ulrich, Richter zu Linz und die Stadtgemeinde bezeugen, dass die Erben Chunrat's des Wachrainer allen Ansprüchen an den Weingarten Pühel zu Gunsten des Klosters St. Florian entsagt haben.*

Ego *Ulricus Judex et uniuersitas Ciuium in Lintz* notum facimus uniuersis presentem paginam inspecturis, quia de quadam uinea dicta *in Pŏhel* inter venerabilem dominum *Chunradum prepositum domus sancti Floriani* et ipsius Ecclesie conuentum ex parte una et heredes *Chunradi wakrainarii* ac uxoris sue domine *Chunigundis* pie recordacionis ex parte alteralis et altercacio uerteretur in pretorio, quod uulgariter *Schrange* dicitur, coram nobis utraque pars comparens, heredes ipsius *wachrainarii* et uxoris sue *Chunigundis* mediante iusticia et amore renunciauerunt omni iurisdicioni pariter et actioni, si qua illis in uinea supradicta *Pŏhel* conpetere uidebatur. In cuius rei testimonium et cautelam ipsi domino *Chunrado preposito sancti Floriani* totique conuentui suo tradimus presens scriptum Sigilli communitatis nostrorum Ciuium munimine roboratum cum testibus subnotatis, qui sunt dominus *Hertnidus de truna*, *Vlricus Judex*, *Heinricus de Ascha*, *Heinricus de Vzinge*, *Heinricus pranter*, *Vlricus et Heinricus fratres filii mavtarii*, *Dietwinus*, *Siboto Hentel*, *Ortwinus prvnner*, *Walchunus de Patauia*, *Chunradus gener Waltheri in angulo*, *Heinricus gener Nitwini*, *Albero maschinger*, *Chunradus de Everdinge* et alii quam plures. Acta sunt hec aput *Lintz* Anno domini M. CC. LXXVI°. V^ta^. kalendas Marcii.

Aus einem Pergament-Codex, geschrieben circa 1300, im Stiftsarchive zu St. Florian.

CDLXXIII.

1276. 3. Juni. Znaim. — *Otackar, König von Böhmen, befiehlt seinem Landes-Hauptmanne in Ober-Österreich, Burckhart, den Besitzer des dem Capitel zu Salzburg zugehörigen Hauses in Linz vor allen unrechtmässigen Beschwerungen zu schützen.*

Nos *Otakarus dei gratia Bohemorum rex*, *Austrie, Styrie et Karinthie dux, Marchio Morauie, dominus Carniole, Egre ac Portusnaonis* dilecto fideli nostro *Purchardo Capitaneo Austrie superioris* et ceteris ibidem succedentibus nomine capitaneorum gratiam suam

cum fauore. Uolumus et districte precipiendo mandamus, quatenus hospitem domus venerabilis *Capituli Salzburgensis* site apud *Linzam Ciuitatem* in districtu murorum *Engelbertum cognomine scolarem* siue alium, qui eandem domum pro tempore inhabitauerit, ab omni steura et vexatione illicita conseruetis ita, quod ab eadem domo et ipsius hospite non amplius exigatur, quam communis ciuium impositio et ordinatio rationabilis duxerit exquirendum. Datum apud *Znoym* Anno domini Millesimo CC°. LXXVI. III. Nonas Junii.

Hormayr, Taschenbuch 1840. 501.

CDLXXIV.

1276. 6. Juni. Baumgartenberg. — *Ulrich von Capellen bestimmt, dass die Einkünfte seiner Besitzung in Zelitz zur Vollendung und Dotirung der Capelle an der Kirche zu Baumgartenberg verwendet werden.*

In nomine domini amen. Quia vite mortalis mutabilitas per singula momenta defluit et decurrit, necessarium est et pervtile, vt rerum gestarum series per scripturarum et testes transmittatur memorie posterorum. Notum sit igitur presentibus et futuris, quod ego *Vlricus dictus de Capella* pro remedio anime mee et vxoris mee *Gerdrudis* cum voluntate bona eiusdem vxoris mee, accedente nichilominus ad hoc ipsum consensu fratrum eius consobrinorum meorum videlicet *Cundachri*, *Dietmarj* et *Vlrici Beate virgini in Pawngartenperg* tradidi, quitquid possedi in *Zelicz*, liberaliter et precise tali condicione, vt de eisdem redditibus capella, quam jn porta dicti Monasterij jnchoaui, debeat consummari, hoc eciam jnteriecto, quod, postquam LXX.ª talenta, pro quibus eadem bona sunt estimata, tradidero Ecclesie supra dicte videlicet *Pawngartenperg*, in reliquum redditus in *Zelicz* jure dotis Capelle ad portam deseruiant et vsibus pauperum Hospitalis. Si vero huic donacioni mee in posterum aliquis heredum meorum jnpedimentum forsitan aliquid facere moliatur, designatas in hac litera Septem hubas, videlicet *in Aschaw* quinque, vnam *in Tabra* et vnam *jn monte prope Mitterberch*, quas jure empcionis possideo, *Ecclesia in Pawngartenberg* teneat pleno jure. Vt igitur huius mee donacionis liberalitas dubium posteris non jmportet, cedulam hanc describi feci et Sigillis presentibus conmunirj testibus subnotatis. Huius rei testes sunt *Hartnidus de Smida, Herwordus de Hard*, *Vlricus et Leupoldus fratres, qui dicuntur*

de Mitterberch, *Vlricus de kirchstegen*, *Ruedlinus de krewzzing*, *Vreitlo de Vridhalmstorf*, *Vlricus filius domini Hartmudi* et alij quam plures. Acta sunt autem hec apud *pawngartenperg* feria quinta (post) Penthecosten Anno ab jncarnacione dominj M. CC. LXXVI.

Aus dem Copialbuche des Klosters Baumgartenberg vom Jahre 1511.

CDLXXV.

1276. 7. Juli. Freistadt. — *Otackar, König von Böhmen, verkündet den Richtern und der Stadt zu Krems, dass er dem Kloster Baumgartenberg in Bezug auf dessen Hof bei Krems die völlige Steuer- und Lastenfreiheit bewilliget habe.*

O. dei gratia Boemie Rex, Dux Austrie, Styrie et Karinthie marchioque Morauie, Dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonys dilectis fidelibus suis *Judicibus in Chrems*, qui pro tempore fuerint instituti et vniuersitati ciuium ibidem gratiam suam et omne bonum. Quia venerabilem abbatem et conuentum fratrum ordinis Cystersiensis *domus in Povmgartenperg* ob reverenciam virginis gloriose fauore et gratia prosequimur speciali, curiam eorum aput *Chremsam* ab omni steurarum solutione et a quibuslibet exactionibus de liberalitate regia duximus penitus absolvendam nolentes, ut occasione alicuius necessitatis ciuitati forsitan inminentis subsidium aliquod sive steuram requirere presumatis a curia supradicta vel ab hiis, quos locaverint in eadem. Datum apud *liberam ciuitatem* Anno domini Millesimo Ducentesimo Septuagesimo sexto, Nonis Julij.

Orig. auf Perg. mit dem rückwärts aufgedrückten Siegel. K. k. geheimes Hausarchiv. Cf. Kurz, Beiträge III. 431.

CDLXXVI.

1276. 20. Juli. Burghausen. — *Heinrich, Herzog von Baiern, schenkt seinem Caplan Wernhart, Pfarrer zu Mauerkirchen, einen Hof und Zehent zu Mauerkirchen, als freies Eigenthum.*

Nos *Heinricus Dei gracia Palatinus Comes Reni, Dux Bawarie* Notum facimus omnibus presentia inspecturis, quod, cum dilectus nobis *Wernhardus Capelanus noster*, *plebanus de Maurchirchen curiam* nobis *St. Johannis aput Meticham* cum decima, que pertinere seu duci consuevit ad eandem, cum quesitis et inquirendis, cultis et incultis, redditibus, iuribus et obventionibus a fidelibus

nostris *Chunrado et Rudigero fratribus de Aicham*, qui tam curiam quam decimam predictam a nobis possidebant feodali titulo, nostro accedente beneplacito pro quadam summa pecunie comparasset, nos recepta resignacione dicti feodi a predictis fratribus factaque renunciacione totius iuris, quod ipsis competere poterat in feodo memorato, omne ius nostrum, quod nobis in premissis competit vel competere potuit vel debuit, transtulimus plene et libere in predictum Capellanum nostrum, illud sibi presentibus auctorantes ita, quod retinendi, alienandi et maxime in Ecclesiam aliquam transferendi deberet habere liberam facultatem. Qui capellanus noster predictos redditus pleno iure per nostram auctoritatem et ratihabitionem transtulit in *Ecclesiam Ranshoven* hoc pacto, ut ipse pro tempore vite sue gaudeat redditibus memoratis, dato tamen modico censu, qui suo arbitrio relinquitur, Ecclesie memorate, unde possessionis et prescriptionis titulum nanciscatur. Ut igitur in hiis calumpniosa contentio locum non habeat, sed firma et illibata permaneant, presens instrumentum conscribi fecimus et nostri sigilli robore communiri. Datum in *Burchausen* Anno Dominice Incarnacionis Millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, XIII. Kalendas Augusti.

Mon. boic. III. 339.

CDLXXVII.

1276. 13. August. Windorf. — *Peter, Bischof von Passau, tritt dem Kloster Ranshofen seine Ansprüche des Zehents auf dem Hofe des heil. Johannes bei der Matich ab.*

Nos *Petrus dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus* Notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod dilectorum in christo fratrvm Capituli nostri accedente consensu omne ius Ecclesie nostre siue nostrum, quod competere nobis debuit uel potuit in Decima, que pertinet ad *Curiam sancti Johannis apud Mœticham* seu duci consueuit ad eandem, cum quesitis et inquirendis, cultis et incultis, redditibus, iuribus et obuentionibus quibuslibet concedimus, donamus et confirmamus *Ecclesie Ranshouensi.* In cuius rei testimonium presentes damus litteras sigillorum, nostri videlicet et Capituli robore conmunitas cum Testibus subnotatis, qui sunt hii: *Wichardus prepositus, Otto decanus, Wernhardus de Prampach Ecclesie nostre Canonicus, Wer. plebanus de Mawerchirchen, Magister fridericus Serenissimi Ducis Bawarie Notarius, Wernhardus de Inne, Wer.*

de Murringe, *Vlricus filius Christani de Pataнia*, *Hainricus de Inne et Al. Notarius noster* et alii quam plures. Datum et Actum in *Windorf* anno domini M. CC. LXX sexto, Idus Augusti.

Orig. auf Perg. mit zwei Siegeln. K. baierisches Reichsarchiv.

CDLXXVIII.

1276. 25. August. St. Marienkirchen. — *Altmann von Leubolfing schenkt dem Kloster Ranshofen zum Schaden-Ersatz ein halbes Pfund Pfennige auf seinem Hofe zu Petrechsperg.*

Ego *Altmanus de Leuboluing dei gracia* tam presentibus quam futuris cupio fore notum, quod ob remedium anime mee et omnium parentum meorum dedi libere dimidium talentum ratisponensis monete persoluendum annuatim *ecclesie Ranshouensi* de curia mea *petrechsperg* non obstantibus aliquibus defectibus curie memorate. interfui hev incendio ecclesie supradicte, ut aliqualis sibi per me facta sit reconpensatio et mee anime saluatio, uolo et statuo ipsum dimidium talentum dari in perpetuum *ecclesie Ranshouensi*. Ne autem hec mea donatio a quoquam successorum meorum uel etiam amicorum meorum ualeat uel possit aliqualiter inmutari, presentem meo sigillo et sigillo fratris mei domini *vlrici* litteram feci roborare *ecclesie Ranshouensi* pro testimonio seu cautela. Huius rei testes sunt fratres mei dominus *Ulricus*, *hainricus*, *dominus otto*, *dominus Raffoldus de planchenpach*, *dominus albertus chlosnerius*, *dominus fridericus de Sigenhaim*, *dominus otto de Seiuridstorf*, *hainricus hardarius ciuis de praunaẘ et F. frater suus sueuus* et alii quam plures. Acta sunt hec Anno domini M°. CC°. LXXVI°. sequenti die post bartholomei apostoli *in domo mea ad ecclesiam sancte Marie* coram uenerabili *Chůnrado preposito ranshouensi et capellano suo hainrico de Chrainnokch*.

Aus einem Pergament-Codex Sæc. XIV. in der k. baierischen Hofbibliothek.

CDLXXIX.

1276. 28. August. — *Hadmar von Starhemberg verleiht als Lehensherr dem Ulrich von Weidenholz den Sitz zu Weidenholz.*

Ich *hadmar von Starhenberch* vergich für mich vnd für all mein eriben vnd tůn chund mit dem prief allen den, di den prief sechent, hŏrent oder lesent, daz ich mit guetem wiln verlichen han

hern *Vlrichen von weydenholcz* vnd alln sein eriben sun vnd tŏchtern, wye di gnant sind, daz *gesás ze weidenholcz gelegen pei waizenchirchen* vnd was darzue gehŏrt, wye das genant ist oder wo es gelegen ist. ich tuen im vnd seinen eriben auch sunderlich di gnad vmb sein dienst, die er mier sunderlich vnd meinen vodern tan hat, ob er icht mer guetz in sein gewalt pringen mŏcht, das von mier oder von mein erben lechen waer, das verleih ich ẙm auch vnd alln sein erben also, das si dewselben lechen geben vnd geschaffen mugen, wem si wellent oder wan si wellent, vnd ist das mein vnd meiner erben guetlicher wiln. waer aber, das mein eriben ẙm oder sein erben nicht leichen wolten vnd vertzugen in das, so sol vnd mag in ein lantzfuerst ze Ŏsterreich leichen vnd schullen darynn all mein eriben chain widerred nicht haben. wier schullen auch vnd weln ich, mein erben ier vnd ierer erben recht hern vnd gebern sein an aller der stat, vnd in dez not vnd tuerft geschiecht. waer aber, das in darinne icht abgieng, wie sich daz fuegt, was sy des schaden naemen, den schullen wier in ausrichten an als geuer. das yem vnd seinn erben von mier vnd von meinen erben das also stắt vnd vnuerchert beleib, darvber gib ich vorgnanter *hadmar von Starhenberch* in den brief versigelten mit meim anhangunden jnsigel. des sind gezewg *her Rúdolf von liechtenbinkchel vnd her Tietr̃ von aistershaim, her Ruedolf Schiner* (sic *Schiuer*), *her Sighart von Grueb, her Ott von weppach, leutolt lerbellaer vnd Tietmar sein prueder, Marchart von der aschach vnd Tietr̃ sein prueder* vnd ander pider lawet. der prief ist geben von christs gebůrd Tawsent iar, zway hundert iar vnd darnach im sechs vnd sibentzkisten iar amb samtztag vor sand Giligentag.

Orig. auf Perg. mit Siegel. K. k. geheimes Hausarchiv.

CDLXXX.

1276. 26. September. Im Lager bei Passau. — *König Rudolph bestätiget dem Bischofe Peter von Passau Maut und Zoll zu Obernberg.*

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus Vniversis Imperii fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. Cum fidelium Imperii Principum votis et supplicationibus favorabiliter annuimus, cum eorum desideriis facilem exauditionis aditum pandimus, ipsos erga nos et ipsum Imperium ad

ferventioris fidei constantiam obligamus. Sane existentibus nobis ad *Pataviam* Venerabilis *Petrus* ejusdem loci *Episcopus* Princeps noster fidelissimus nostram adiens provinciam*) supplicavit, quod, cum ipse et sui predecessores tres numero continue ex concessione clare memoriae quondam *Friderici Romanorum Imperatoris* nostri predecessoris fuerint in quieta et pacifica possessione seu quasi juris recipiendi *mutam seu thelonium in Obernperch* a transeuntibus navibus in fluvio, qui *Oenus* vulgari nomine dicitur, sal et alia mercimonia deferentibus de talento quolibet majoris ligaminis scilicet XIII. solidos longos et X. denarios usualis monete Pataviensis, nec super eo privilegia memoratus Episcopus invenerit, Nos de solita regalis benignitatis clementia conscientie sue consulere dignaremur. Nos autem in debita considerationis trutina supradicti Episcopi devotionis et fidei, qua patenter erga nos et Imperium claris virtutum actibus floruit, constantiam revolventes ejusque devotis supplicationibus favorabiliter inclinati eidem auctoritate regia indulgemus, si qua per ipsum vel suos officiales in dictis mutis seu theloneis actenus illicite forsitan sunt recepta, purgata et licita, quod**) ejus conscientiam et anime sue salutem purgato per subsequentem ratihabitionis nostre gratiam conscientie sue scrupolo hujusmodi decernentes. Insuper cupientes gratie gratiam addere specialem predictum theloneum prefato Episcopo et ipsius Ecclesie concedimus, sicut ipsum ex concessione supradicti predecessoris eadem *Pataviensis Ecclesia* tenuit ex antiquo, defectum nihilominus, si quis ipsi concessioni inerat, ex plenitudine regie potestatis et gratia speciali supplentes. Nulli autem hominum liceat omnino hanc benignitatis nostre gratiam infringere vel eidem ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, nostre serenitatis gravem offensam noverit se incursurum. Testes hujus gratie nostre sunt *Maguntinus et salzpurgensis Archiepiscopi, Chiemensis Episcopus,* Illustres *L. et H. fratres Comites Palatini Rheni, Duces Babarie, H. Lantgravius Hassie Principes nostri dilecti et nobiles, Marchio de Purgaw, Fridericus Burggravius de Nurnberg, Albertus de Hohenberg, Hugo de Wurtenberg, F. de Leiningen, Jo. et H. de Spanheim Comites* et alii quam plures. In cujus rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et Majestatis nostre sigillo jus-

*) Præsentiam, Hansiz.

**) Quo ad, Hansiz.

simus communiri. Datum *Patavie in Castris* VI. Kalendas Octobris, Indictione IV. anno domini M. CC. LXXVI. Regni vero nostri anno III.

Mon. boic. XXVIII. II. 400. Hansiz I, 415. Hund-Gewold I. 391 (Monac.), Lunig. Reichs-Archiv XVII. 785. Lambacher, Interregnum, Anhang 102.

CDLXXXI.

1276. 6. October. Atersee. — *Berthold, Bischof von Bamberg, erneuert dem Kloster Aspach das Fischrecht bei Reut im Atersee.*

Berhtoldus dei gratia Babenbergensis Episcopus Vniuersis presentes litteras inspecturis Salutem et sinceram in domino Karitatem. Cum ea, que geruntur in tempore, nisi litterali memorie conmendentur, obliuionis notam cum tempore consequantur, vniuersaliter singulis et singulariter uniuersis cupimus esse notum presentium per tenorem, quod dilectus nobis honorabilis uir *Wernhardus Abbas Monasterii Sancti Mathei in Aspach* a nostris predecessoribus fundati Patauiensis diocesis in nostra presentia constitutus coram nobis proposuit. Quod *ius sagene super lacu Aterse iuxta predium in Revth* ex predecessorum nostrorum collatione ad dictum Monasterium pertinere deberet ac id ipsum, ut iuris erat, ostendit legitime coram nobis, licet aliquamdiu prefatum Monasterium eiusdem sagene possessione caruisset et usu, prefatus abbas, ut sibi et suo conuentui super hoc paterna sollicitudine prouidere curaremus, nobis humiliter supplicauit. Nos igitur, qui ex iniuncto a deo nobis officio piis locis consulere et prouidere tenemur, ea, per que diuinus cultus melius et plenius poterit exerceri, non diminuere, Sed potius augmentare cupientes, considerantes nichilominus, quod prenominatus abbas nobis et ecclesie nostre multa grata et fidelia seruicia hucusque exhibuit et deinceps poterit exhibere. Ipsi eiusque successoribus nec non conuentui dicti Monasterii in *Aspach* et ipsi Monasterio prefatam sagenam restituimus pleno concessionis robore confirmantes ad habendum, tenendum et possidendum cum omni iure et actione, usu seu requisitione, quesitis et inquirendis, accessibus et egressibus, Quam rem siue sagenam dictum Monasterium ex nunc constituimus de iure absolute et libere possidere, promittentes ei pro nobis et pro Ecclesia nostra in dicto iure sagene sev possessione iuris eiusdem uel etiam occasione ipsius litem uel controuersiam non inferre ullo tempore nec inferenti consentire, sed ipsam sepedicto Monasterio ab

omni persona legitime defendere et omnia ac singula supra scripta perpetuo firma et rata habere et tenere et non contra facere uel per alios uel per nos ipsos aliqua causa sev ingenio de iure uel de facto. Ad hoc autem faciendum plurimum nos induxit, quod ipse abbas ex parte sui conuentus nobis firmiter promisit seque ad hoc astrinxit, quod nobis uiuentibus pro salute nostra in predicto Monasterio qualibet septimana una missa pro uiuis, post mortem uero nostram una pro defunctis similiter qualibet septimana pro anime nostre remedio celebrari debeat siue dici. In cuius Rei testimonium presentes litteras super hoc editas et conscriptas et nostro sigillo sibi dedimus Roboratas. Huius autem rei testes sunt dominus *Emicho decanus Babenbergensis et dominus Johannes Scolasticus ibidem, Chunradus capellanus, plebanus de Bretvelt, Chunradus plebanus de Ering, Rupertus Miles de Hertenstein, Volnandus de Wisentowe, Chunradus Chrumbelin, Alramus et Chunradus de Aterse Milites, Fridericus de Alkerstorf, Fridericus saxo officiarius in aterse, Vlricus preco in Ering, Heinricus de Půch, Sighardus de Steinbach* et quam plures alii fide digni. Datum apud *Aterse* anno domini M. CC. LXXVI. In octaua beati Mihahelis Archangeli.

Orig. auf Perg. mit Siegel. K. baier. Reichsarchiv. — Mon. boic. V. 165.

CDLXXXII.

1276. 10. October. Im Lager bei Linz. — *König Rudolph verleihet dem Gundackar von Starhemberg sein Lehen, die Vogtei über das Kloster Lambach.*

Rudolphus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus universis Imperii Romani fidelibus praesentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. Universitati vestræ tenore præsentium cupimus notum esse, quod veniens ad Majestatis nostræ præsentiam *Gundaccerus de Starckenberg* dilectus fidelis noster humilime supplicavit, ut advocatiam Monasterii de *Lambach*, quam Avus et Pater suus, sicut asseruit, in feudum de jure tenebant, sibi eodem titulo concedere dignaremur. Nos itaque suis benigne Supplicationibus inclinati prædicti Monasterii Advocatiam, sicut ipsam Avus et Pater dicti *Gundacceri* de jure tenebant seu tenere debebant in feudum, jam dicto *Gundaccero* de Benignitate Regia feudali titulo concedimus possidendam. Datum *in castris apud Linzam* 6. idus Octobr. indict. 5. Anno Domini 1276. Regni vero nostri Anno 3.

Hoheneck II. 513.

CDLXXXIII.

1276. 15. October. Im Lager vor Ens. — *König Rudolph erklärt, alle Verbindlichkeiten genehm halten zu wollen, welche Ulrich von Capellen in seinem Namen mit Edlen, Dienstleuten und Städten in Österreich eingehen werde.*

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus Vniversis presentium inspectoribus volumus notum esse tenore presentium nichilominus publice profitentes, quod, quodcunque dilectus fidelis noster *Ulricus de Capella* pro nobis nobilibus, Ministerialibus, Civibus communiter vel divisim dederit, promiserit seu ordinaverit cum eisdem seu aliis quibuscunque, ut iidem ad devotionem Imperii invitentur facilius, nos gratum habebimus atque ratum Dantes has literas munitas in testimonium super eo. Datum *in Castris apud Anasum* Idibus Octobris, Indictione V. Anno domini M. CC. LXXVI. regni vero nostri anno tertio.

Kaltenbäck, Österreichische Zeitschrift 1837, S. 200. Abgedruckt bei Hoheneck III. 65.

CDLXXXIV.

1276. 15. October. Im Lager vor Ens. — *König Rudolph bestätiget der Stadt Ens im Allgemeinen die Privilegien, welche die Herzoge Leopold und Friedrich derselben verliehen haben.*

Rvdolfus Dei gracia Romanorum Rex semper augustus Vniuersis Imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis Imperpetuum. Dignum iudicat nostra serenitas et decernit, quod fidelium nostrorum conmodis tanto graciosius intendamus, quanto iidem nobis et sacrosancto Romano Imperio fidelius coniunguntur. Cum enim subiectorum conmodum et comoditatis augmentum nostra procurat benignitas, dilatacionem honoris Regii et dignitatis Imperii promouemus. Nouerit itaque presens etas et futuri temporis successura posteritas, quod nos fidem ac deuocionem sinceram, quam dilecti fideles nostri *Ciues de anaso* ad nos et Romanum gerunt Imperium, graciosius attendentes, considerantes quoque benignius, qualiter nuper de regione dissimilitudinis redeuntes nostro se dominio natiue virtutis instinctu voluntarie submiserunt, ac propter hoc summopere cupientes ipsorum votis desiderabilibus occurrere cum effectu, omnes gracias, libertates et iura ipsis ab illustribus *Lupoldo et Friderico quondam Ducibus austrie* concessa liberaliter et indulta cum sin-

gulis suis articulis, ac si tenorem priuilegiorum suorum presentibus de uerbo ad uerbum inseri contigisset, memoratis Ciuibus nostris de benignitate Regia confirmamus, innouamus et presentis scripti patrocinio conmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis et innouationis infringere uel eidem ausu temerario contraire. Quod qui facere forte presumpserit, grauem nostre Maiestatis offensam se nouerit incursurum. In cuius rei testimonium et robur perpetuo ualiturum presens scriptum exinde conscribi et Maiestatis nostre sigillo iussimus conmuniri. Testes huius rei sunt Venerabiles *W. Maguntinus archiepiscopus et Bertoldus herbipolensis Episcopus,* Illustris *Ludowicus Comes palatinus Reni, Dux Bawarie* principes nostri karissimi, *Fridericus Burcgrauius de Nurnberg, Hugo de Werdenberg, Albertus de Heigerloch et Fridericus de Liningen* Comites, *Conradus de sumerowe, vlricus de Capella* et alii quam plures. Datum *in castris apud anasum* Idus Octobris, Indiccione Quinta, Anno dominice incarnacionis Millesimo, Ducentesimo, Septuagesimo sexto, Regni vero nostri anno tertio.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stadtarchiv Ens. Kurz, Ottockar und Albrecht II. 181.

CDLXXXV.

1276. 15. October. Im Lager vor Ens. — *König Rudolph ertheilet den Bürgern von Ens vollkommene Mautfreiheit, weil sie sich ihm sehr bereitwillig unterworfen haben.*

Rudolfus dei gratia Romanorum Rex semper augustus vniuersis Imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis Imperpetuum. Sincere fidei ac commendabilis deuocionis integritas, quibus dilecti fideles nostri *Ciues de anaso* erga nos et Imperium claruerunt, id meruit et meretur, ut ipsos, qui se nostro dominio adeo prompte adeoque liberaliter submiserunt, condignis pro meritis beneficencie nostre premiis graciose respicere non inmerito debeamus. Quapropter de benignitate Regia hanc ipsis graciam perpetuo duraturam duximus faciendam, quod ubique *per totam austriam* a cuiuslibet exactione thelonei siue mute tam in terris quam in aquis sint liberi penitus et inmunes, Inhibentes hoc decreto Regio firmiter et districte, ne quis Imperii fidelium ipsos contra huius concessionis et gracie nostre tenorem audeat molestare uel libertatem concessam quomodolibet violare. Quod qui fecerit, grauem nostre Maiestatis offensam

se nouerit incursurum. In cuius rei robur et perennem memoriam presens scriptum exinde conscribi et Maiestatis nostre sigillo iussimus conmuniri. Datum *in castris apud anasum* Idus Octobris, Indictione V. Anno domini M. CC. LXXVI. Regni vero nostri anno Tercio.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stadtarchiv Ens. Kurz, Ottackar und Albrecht II. 186.

CDLXXXVI.

1276. 15. November. Linz. — *Heinrich, Pfalzgraf am Rhein und Herzog in Baiern, genehmiget die Abtretung des Vogtei- und Patronats-Rechtes auf die Kirche in Hadershofen durch seinen Vasallen Poppo von Grünenburg an das Kloster Gleink.*

Nos *dei gratia Heinricus palatinvs Comes Rheni et dux Bawarie* ad Noticiam presentium et memoriam futurorum cupimus pervenire, quod, cum *Poppo de Grv̊nenburch* noster fidelis ad instantiam *Chvnradi venerabilis Abbatis De Glv̊nich* omne jvs, quod sibi ex Aduocatia et jure patronatus *in Ecclesia Hedereichscoven dicta* nostro nomine et tytulo pheodali modo quolibet conpetebat, dicto *Glv̊nicensi monasterio* tradidisset, nos diuine mercedis intuitu voluntatis nostre magnificentiam addentes eidem fauorem nostrum benivolum et assensum supererogauimus in premissis ad roborandum perpetuo firmamento donationem superius memoratam volentes, vt eadem *Glv̊nicensis Ecclesia* tam jn decimis quam omnibus jvribus antedictis secura deinceps gaudeat libertate. Hvius rei Testes sunt *Chvnradus comes de Mospůrch*, *Vlricus de Abelsperch* (sic), *Chunradus de Preisinge*, *Alhardus de Vrowenhoven*, *Witilo de Vrowenberch*, *Winmarus Asinus*, *Heinricus de Toufchirichen*, *Heinricus de Rorbach*, *Gvndacher de storchenberch*, *Vlricus De Capella*, *Gvndacherus de losensteine*, *Marquardus Privhaven*, *Ortolfus de Chersperge* cum multis aliis. Acta sunt hec Anno domini Millesimo Ducentesimo Septuagesimo Sexto, Indictione Quarta. Datvm *apud Linzam* per manus *Magistri Friderici prothonotarij nostri* Septimo Decimo kalendas Decembris.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Gleink. Abgedruckt bei Kurz, Beiträge III. 356.

CDLXXXVII.

1276. 22. November. Im Lager vor Wien. — *Friedens - Vertrag zwischen König Rudolph und Otackar von Böhmen.*

Nos *B. Herbipolensis, Bruno Olomucensis Episcopi, L. Comes Palatinus Rheni, Marchio Brandenburgensis arbitri Dominorum Romanorum et Bohemiæ Regum* super quæstionibus, quæ inter ipsos super divisis terris et Principatibus vertebantur, arbitrando pronuntiamus, quod revocentur et retractentur, imo revocatæ sunt omnes sententiæ proscriptionis, excomunicationis et interdicti, privationis et quæcunque aliæ promulgatæ contra *Regem Bohemiæ* et adherentes sibi, quocunque nomine censeantur. Item pronuntiando arbitramur, quod inter ipsos *Romanorum et Bohemiæ Reges* plena sit concordia, Pax firma et sincera reconciliatio sine qualibet captione, et servitores utriusque Regum, quocunque nomine censeantur, huic paci et concordiæ ac reconciliationi cum sinceritate firmissima includantur castris eorum, munitionibus, possessionibus et hominibus ab alterutro Regum vel a se ipsis contra jus ablatis cum integritate debita restitutis. Item arbitramur, quod Dominus *Rex Bohemiæ* cedat simpliciter et precise omni juri, quod habebat vel habere videbatur in terris et hominibus, cujuscunque conditionis existent, *Austria* videlicet, *Styria*, *Carinthia*, *Carniola*, *Marchia*, *Egra* et *Portus Naonis.*

Item Arbitramur, quod Nos deinceps non impediat Archi-Episcopos, Comites, Barones, Ministeriales et quoscunque alios, quocunque nomine vel dignitate censeantur, in castris, Munitionibus, possessionibus, juribus, hominibus sitis in terris superius nominatis.

Item pronuntiamus liberos et solutos omnes utriusque partis obsides et captivos et fidejussores, quocunque nomine censeantur, nuncupentur.

Item pronuntiamus, quod Dominus *Rex Romanorum* exceptis terris et hominibus supradictis infeudabit Dominum *Ottocarum Regem Bohemiæ* et liberos suos de omnibus feudis scilicet *Bohemiæ, Moraviæ* et aliis quibuscunque, quæ ipse et Progenitores sui jure ab Imperio noscuntur hactenus tenuisse.

Et ut predicta pax, concordia et reconciliatio perpetuam obtineat firmitatem et partes mutuo sincerius se diligant et conjuncti efficatius in plena amiticia solidentur, Pronuntiamus arbitrando, quod Dominus *Ottocarus Bohemiæ Rex* tradat suam filiam in uxorem filio Domini *Rudolphi Regis Romanorum* et idem Rex Bohemiæ dabit seu resignabit Simpliciter et præcise *Rudolpho Regi Romanorum* terras et possessiones in *Austria*, quas hactenus proprietatis vel feudi titulo tenuit vel sua pecunia comparavit, et easdem terras seu et possessiones Dominus Rex Romanorum suo filio obligabit pro quadraginta Millibus marcis argenti, quas eidem filio suo in donationem propter nuptias deputabit salvo in utroque Casu Archi-Episcopis, Episcopis, Comitibus, Baronibus, Ministerialibus et aliis hominibus jure, quod in castris, munitionibus, possessionibus et feudis, quæ vacare cœperunt, iidem in districtu dictæ terræ habent seu hactenus habuerunt, et ab ipso filio suo dictam terram redimet ipse vel successor ipsius, qui pro tempore fuerit, pro pecunia nominata, et si idem filius sine hæredibus decesserit, prædicta bona apud Imperium remanebunt nec ad uxorem ejus filiam Regis Bohemiæ quibuscunque modis bona hujusmodi devolventur. Et Dominus noster *Rex Romanorum* tradet filiam suam in uxorem filio Domini *Ottacari Regis Bohemiæ* et dabit Rex Romanorum Filio Regis Bohemiæ quadraginta marcarum argenti dotalitij nomine Et pro illis obligabit sibi redditus quatuor millium marcarum argenti *in terra Austriæ ultra Danubium versus Bohemiam, Moraviam* et *Vngariam, Cremsa* et *Stein* oppidis dumtaxat exceptis cum suis pertinentiis salvo et in hac parte Archi-Episcopis, Episcopis, Comitibus, Baronibus, Ministerialibus et aliis hominibus jure, quod in castris, munitionibus, possessionibus et feudis, quæ vacare cœperunt eisdem, in districtu dictæ terræ habent seu hactenus habuerunt, et sic, quid defuerit in redditibus dictæ terræ, supplebitur in altera parte citra Danubium juxta arbitrium nostrum videlicet vel Arbitratorum, qui a partibus nostris fuerint subrogati, et si quid superfuerit, hoc Romanorum Regi et Imperio sine difficultate qualibet remanebit. Si vero filius Regis Bohemiæ sine hærede decesserit, dicta terra ultra danubium penes Regem Bohemiæ titulo pignoris remanebit nec ad Vxorem ipsius filiam etiam Regis Romanorum de bonis hujusmodi devolvetur. Et Dominus Rex Romanorum vel successores ipsius dictam terram quadraginta millibus marcarum argenti a Rege Bohemiæ redimendi habebunt liberam

facultatem. Inter cætera specialiter arbitramur, quod Dominus Rex noster Romanorum recipiat specialiter in suam gratiam et favorem *Baltheranum Civem Viennensem* et *Magistrum Chr. Mont.* cum suis Parentibus et amicis et *civitatem Viennensem* cum omnibus civibus et hominibus, juribus et possessionibus ipsis attinentibus, quocunque vocabulo censeantur nec permittat eos indebite molestari. Item spetialiter arbitramur, quod *Magister Vlricus in Ecclesia Viennensi* per Regem Bohemiæ præsentatus Mont. Nomine, Capelani et alij clerici in terra *Austriæ* et *Styriæ* et alibi Ecclesias et Ecclesiastica beneficia vel possessiones alias obtinentes contra jus nullatenus offendantur vel suis possessionibus contra juris ordinem spolientur, imo in suo jure, favore et gratia Regia defendantur.

Item pronuntiamus arbitrando, quod Illustris *Rex Vngariæ* cum suis quoad plenam amiticiam cum Domino *Rege Bohemiæ* ac suis præsenti concordiæ et amititiæ specialiter includantur, quod, quidquid de Castris, munitionibus, juribus, possessionibus et hominibus Regis Vngariæ tenet vel possidet, Dominus Rex Bohemiæ sive sui sine difficultate qualibet restituat et dimittat libera absoluta nec deinceps eum impediat in eisdem, et hoc idem pro Rege Bohemiæ et suis per Regem Vngariæ et suos erit sine captione qualibet observandum, Salvis utrique Regum terrarum suarum limitibus et terminis, sicut ab antiquo tempore sint distincti. Et Quicunque Regum eorumdem dictæ pacis et concordiæ fuerit violator, contra talem Rex Romanorum observanti pacem et concordiam assistet consilio, auxilio et favore. In cujus rei testimonium etc. Datum *in Castris ante Viennam* Anno partæ salutis Millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, X. Cal. Decembris.

Schrötter, Erste Abhandlung aus dem österreichischen Staatsrechte I. 98. Leibnitz, Mantissa Cod. jur. Gent. II. 100. Lünig, Reichs-Archiv VI. 557. Dumont, Corps Dipl. I. I. 237. Hergott, Cod. epist. Rudolphi 200. Rauch, Österreichische Geschichte, Anhang XVIII. Lambacher Interregnum, Anhang III.

CDLXXXVIII.

1276. 3. December. Wien. — *König Rudolph's Landfriedens-Gesetz für Österreich, Steyr, Krain und Kärnten.*

Nos *Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus* omnibus in perpetuum. Cupientes statum bonum veterem reformare

et emergentia in melius comutare, jus suum cuique tribuere, prout imperialem respicit majestatem, formam pacis ad consilium principum tam ecclesiasticorum quam secularium, Comitum, Baronum, Ministerialium terrarum *Austrie, Styrie, Karinthie* et *Karniole* deinceps sub tenore inferius annotato districte precipimus observari. Quidquid damni factum est tempore guerre nostre videlicet et incliti *regis Boemorum* in bello publico vel ad mandatum nostrum vel motu proprio nostrorum servorum videlicet a festo Nativitatis St. Joannis Baptiste anni domini M. CC. LXXVI[o] usque ad presentium publicationem, de hoc judices non habebunt potestatem aliquam judicandi, sed erit in gratia nostra, qualiter nostris resarciamus servitoribus dampna sua. Item si servitores nostri alterius nostrum se mutuo offenderunt, de talibus dampnis habebunt potestatem judicis judicandi secundum terre consuetudinem hactenus approbatam. Item habebunt potestatem judices judicandi de dampnis illatis monasteriis, viduis, orphanis, hospitalibus et aliis personis miserabilibus, que dicte gwerre participes non fuerunt, hoc adhibito moderamine, quod dicte persone se non reddant difficiles sive graves, si lesores voluerint componere cum offensis, et talem compositionem judices non impediant, imo promoveant quantum possint bonafide. Item quicunque fuerit ad judicem evocandus, coram quo causa fuerit agitanda, citabitur literis judicis, pro quibus quatuor denarios Notario tantum dabit. Et si citatus negaverit se citatum, hoc juramento declarabit, alioqui habebitur pro citato. Item quidquid terminatum est coram judice competente juris ordine observato, hoc habebit perpetuam firmitatem, Quidquid vero per vim, metum et per impressionem *regis Bohemie* vel aliorum majorum terre vel gerentium vicem regis, vires nullatenus obtinebit, sed ad statum debitum reducetur secundum jus et terre consuetudinem approbatam. Item si tempore illo, quo non fuit judicium in terra, aliquis pretermisit jus suum prosequi, huic cursus temporis et prescriptionis exceptio, si deinde jus suum prosequi voluerit, non nocebit. Item si convictum legitime coram judicio de aliquo crimine aliquis in suum domicilium receperit scienter, nisi juramento potuerit innocentiam declarare, vice rei sattisfaciat conquerenti et nihilominus convictum dimittat sine mora et judici poenam solvet juxta terre consuetudinem approbatam. Item nullus impediat Principes, Archiepiscopos et Episcopos, Abbates, Prepositos vel alios Prelatos, Comites, Barones, Ministeriales et quoscunque alios,

Quando cum suis vassallis, propriis hominibus et aliis suis subditis facient, quod viderint expedire et quod fuerit consonum rationi. Item nullus recipiat et teneat homines proprios alicuius vel alio justo titulo alteri attinentes contra domini voluntatem salvis jurbus, libertatibus et privilegiis civitatum, municipiorum seu aliarum communitatum eis competentibus ex imperiali munificentia et terrarum principibus et approbata consuetudine ex antiquo, et si receptus non inficiatur se domino attinere, receptos dimittat et restituat sine mora per judicem ad instantiam domini requisitus. Alioquin receptor poene nomine solvat X. libras et judici nihilominus quinque libras et judex compellat ad solvendum hujusmodi receptorem. Si vero negaverit conquirenti domino attinere, receptor pro ipso coram competente judice respondebit juris ordine pro recepto. Et si in utroque casu causa pendente domino occurrerit, tenendi eum vel captivandi habebit liberam facultatem et propter hoc penam aliquam non incurret. Item districtissime inhibemus, ne quisquam teneat homines alterius titulo, qui dicitur *Muntman*, et si receptor per dominum requisitus non absolverit vel dimiserit sic receptum, solvet domino V. libras et ad solutionem talis poene et liberationem ipsius recepti receptor per judicem compellatur. Item contra homicidas judices non procedant usque ad anni spatium a Nativitate domini proxime ventura et iterum homicide componant amicabiliter cum offensis, alioqui fiet justicia conquerenti. Item districtissime prohibemus, ne fiant pignorationes vel alie injurie cuicunque sine auctoritate judicis competentis, Alioquin contra faciens secundum jus terre vel terre consuetudinem puniatur. Item auctoritate imperiali tollimus et finaliter irritamus omnes mutas, thelonea, vectigalia et pedagia de novo imposita per aquas et terras antiquis secundum terrarum consuetudinem ab antiquo hactenus observatam in suo robore duraturis, Alioqui contra faciens se sciat nostra gratia cariturum et secundum quod nostra providentia dictaverit, puniendum. Item jmperiali providentia strictissime inhibemus, ne quisquam in preiudicium alterius infra leucam castrum edificet vel munitionem et si factum fuerit per nostros judices precipimus demoliri. Item imperiali munificentia indulgemus, ut reedificandi et muniendi habeant liberam facultatem omnes, qui preter juris ordinem et sine causa legitima destructionem castrorum et munitionum per *regem Boemie* vel quoscunque alios sunt perpessi, et nihilominus inhibitiones factas per dictum regem vel quoscunque

alios de non muniendis ceteris vel municipiis finaliter revocamus. Castra vero et munitiones, que per sententiam et juris ordinem sunt destructa, reedificari nullatenus permittimus sine nostra licentia speciali, et si constructa sunt, precipimus per nostros judices demoliri. Alia omnia secundum jus et singularum terrarum consuetudinem hactenus approbatam libertates et privilegia Principum ecclesiasticorum et secularium, Comitum, Baronum, ministerialium et aliorum quorumlibet per judices competentes juris ordine decidentur et hoc terrarum judicibus iniungimus firmiter exequendum, si gravem voluerint effugere ultionem. Forma presentis pacis a die publicationis incipiet deinceps usque ad Nativitatem domini abhinc per quinquennium continuum duratura nec quisquam gaudebit dicta pace, nisi qui juraverit infra Epiphaniam Domini formam dicte pacis se firmiter servaturum et si dubium fuerit de aliquo an juraverit taliter, cum alio, qui iuravit juramento proprio et secum declarabit se jurasse. Actum *Wienne* anno Domini M. CC. LXXVI. III. Nonas Decembris.

Schrötter, Abhandlung III. Beilage Nr. 1. coll. Mon. boic. XXVIII. II. 401. Lünig, Reichsarchiv VII. 7. Leibnitz, Manitissa, Cod. dipl. II. 98. Lambacher, Interregnum, Anhang 117. Mon. boic. XXIX. II. 401.

CDLXXXIX.

1276. 5. December. St. Florian. — *Werner, Erzbischof von Mainz, verleiht der Kirche zu St. Florian einen Ablass.*

Wernherus dei gratia sancte Maguntensis Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius vniuersis christi fidelibus per *Patauiensem diocesim* constitutis Salutem in eo, qui est omnium uera salus. Licet is, de cuius munere uenit, ut sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter seruiatur, de habundancia pietatis sue, que merita supplicum excedit et uota, bene seruientibus maiora retribuat, quam ualeant promereri, desiderantes tamen populum domino reddere acceptabilem, christi fideles ad complacendum ei quibusdam illectiuis muneribus, indulgenciis scilicet et remissionibus inuitamus, ut exinde reddantur diuine gracie apciores. Cupientes igitur, ut *Ecclesia sancti Floriani* Canonicorum regularium ordinis sancti Augustini Patauiensis diocesis a populo christiano congruis honoribus frequentetur, de omnipotentis dei misericordia, beatorum Petri et Pauli apostolorum eius ac beati Martini meritis et auctoritate

confisi omnibus uere penitentibus et confessis, qui ad dictam Ecclesiam in die beati Floriani Martiris, anniuersario dedicacionis eiusdem Ecclesie, in die beati Augustini Episcopi et in quatuor festiuitatibus gloriose virginis Marie, videlicet Annunciacionis, Assumpcionis, Natiuitatis et Purificacionis annis singulis humiliter et deuote duxerint accedendum diuine propiciacionis graciam petituri, Quadraginta dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus, dummodo de loci diocesani uoluntate procedat. Datum *apud sanctum Florianum* Anno domini Millesimo CC. LXXVI. Nonis Decembris.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv St. Florian.

Eine fast gleichlautende Urkunde stellte am 8. December 1276 zu St. Florian aus Bischof Berthold von Würzburg auf Pergament, woran das Siegel an einem Pergamentriemen hängt.

CDXC.

1276. 13. December. Wien. — *König Rudolph bestätiget dem Bischofe von Passau das Recht, die Städte Eferding, St. Pölten, Mautarn und Amstetten mit Gräben und Mauern umgeben zu dürfen.*

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus Vniuersis Romani Imperii fidelibus presentes inspecturis gratiam suam et omne bonum. Volentes dilectum Principem nostrum venerabilem *Petrum Pataviensem Episcopum* ob probata fidei sue merita, quibus erga nos et Imperium claruit evidenter, favore prosequi benevolentie singularis, eidem suisque successoribus de benignitate regia liberaliter duximus indulgendum, ut *villas* suas, scilicet *S. Ypolitum, Everdinge, Amsteten et Mautarn* muris, fossatis, turribus et ceteris congruis edificiorum structuris firmare valeat et munire et nichilominus alias in suo ac Ecclesie sue fundo edificia sive structuras erigere, prout sibi et Ecclesie sue commodis magis noverit expedire. In cuius concessionis et indulgentie testimonium et perpetui roboris firmamentum presens scriptum exinde conscribi et Majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Datum *Vienne* Idus Decembris, Indictione quinta, anno domini M. CC. LXXVI. Regni vero nostri anno quarto.

Mon. boic. XXVIII. II. 405.

CDXCI.

1276. 17. December. Wien. — *König Rudolph beauftragt den Ulrich von Capellen, das Bisthum Regensburg in der Wiedererwerbung und Behauptung gewisser Güter und Besitzungen in der Riedmark und im Machlande etc. zu unterstützen.*

Rudolphus etc. Dilecto et fidelissimo *Ulrico de Capella* et suis hæredibus plenariam potestatem circa bona et possessiones ultra Danubium *in Riedmarch et Achland* ac citra *Anasum* ad *Ratisbonensem ecclesiam* de iure proprio et titulo pertinentes ad possessionem et potestatem ipsius principis et ecclesie sue libere revocandi ipsumque in possessionem dictorum bonorum et possessionum imperiali nostra autoritate et munificentia defendendi et siquos rebelles invenerit in hac parte compescat. Datum *Viennae* Anno Domini M. CC. LXXVI. VII. Idus Decembris.

Hormayr, Archiv 1828, 744. — Hoheneck III. 65.

CDXCII.

1276. 25. December. Wien. — *König Rudolph bestätiget und erneuert dem Kloster Garsten die von seinen Vorgängern im Reiche und von den Herzogen von Österreich erworbenen Privilegien.*

Rudolfvs Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus Vniuersis Imperij Romani fidelibus presentes litteras inspecturis Imperpetuum. Regalis excellencia tunc sui nominis titulos ampliat et extollit, cum loca diuino cultui deputata et personas ibidem domino famulantes benigno fauore prosequitur ac eorundem iustis peticionibus fauorabiliter se inclinat. Nouerit igitur presens etas et successura posteritas, quod veniens ad Maiestatis nostre presenciam honorabilis . . *abbas Gerstensis* nobis humiliter supplicauit, vt quoddam scriptum nobis oblatum sibi et Ecclesie sue ab Illustre *Lupoldo quondam Duce austrie et styrie* clementer indultum sibi ac suis posteris confirmare de benignitate Regia dignaremur, cuius quidem scripti articulos sub compendio fecimus annotari presentibus, qui sunt tales.

Lupoldus austrie et styrie Dux predictus ob remedium anime sue parentumque suorum omnem iusticiam, quam in prediis et hominibus iam dicte *Ecclesie Gerstensis* habere dinoscebatur, omnino remisit, Ita uidelicet, ut bannos pugnarum prefatus . . abbas

solus recipiat et omnia Judicia tam de dolis nocturnis, siue *Heimsůch* siue *schach* dicantur, quam de violenciis raptuum, defloracionum, oppressionum, que vulgo *notnůnft* appellantur, et reliquarum enormitatum hiis similium, quecunque in prediis et hominibus suis emerserint, coram iam dicte Ecclesie abbate diffinitiue sine Judicum Ducis presencia ventilentur, vno tantum iure ipsi Duci obseruato scilicet, quod rei, in quos sentencia dampnacionis iuste lata fuerit, post latam sentenciam solummodo cum vestibus, quas cingulo clausas habent, salua omni re mobili et immobili Ducis Judicibus assignentur. Item et aliud scriptum nobis . . abbas predictus exhibuit sibi ab Illustre *Lupoldo quondam austrie et stirie Duce* concessum, petens sibi illud similiter confirmarj, quod similiter presentibus annotari fecimus sub hac forma, *Lupoldus austrie Dux* prefatus ad sepulcrum dominicum profecturus peciit ab abbate predicto, quod in duobus prediis Rusticalibus *in sua prouincia Gaulenz* donec ad suum reditum de sepulcro silue sue forestarios pro custodia facienda locaret sic, ut ipso Duce de sepulcro predicto ad propria reuerso ipse Dux abbati predicto predia restitueret antedicta. Quod cum dictus abbas fieri permisisset, ne in posterum aliqua calumpnia valeret ipsi abbati uel suo Monasterio suboriri, instrumentum ab ipso Duce recepit, jn quo ipse Dux statuit et mandauit, quod nullus de predictis forestariis uel aliquibus silue Ducis magistris deberet in predicta *prouincia Gaulenz*, siluis, montibus, pascuis, venationibus, piscacionibus auctoritatem predicti Ducis nomine uel motu proprio aliquam exercere, sed cum omnia ibidem sita donec *in flumen anasi* ex omni latere ad proprietatem monasterij pertineant pleno iure, ipse abbas et sui homines quietem et pacem continuam obtinere debent a dicti Ducis dispensatoribus inconuulsam. Nos itaque supradicti abbatis deuotis supplicacionibus beniguius inclinati, suprascripta priuilegia cum omnibus suis articulis ac alia priuilegia predicto Monasterio a Romanis Imperatoribus et Regibus ac austrie et styrie Ducibus quibuscunque concessa, prout hec omnia rite concessa noscuntur et prouide, memoratis . . abbati ac Monasterio suo de benignitate Regia confirmamus, innouamus et presentis scripti patrocinio conmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis et innouacionis infringere uel eidem ausu temerario contraire, Quod qui forsitan attemptare presumpserit, grauem nostre Maiestatis offensam se nouerit incursurum. Huius rei

testes sunt Venerabiles *Fridericus salzburgensis Archiepiscopus, Bertoldus Babenbergensis, Petrus Pataviensis, Leo Ratisponensis, Cunradus Frissingensis et Johannes Kymensis Episcopi.* Illustris *Ludowicus Comes palatinus Reni, Dux Bawarie, Fridricus Burcgrauius de Nurenberg, Albertus et Burcardus de Hohenberg Comites. Otto de Haselowe, Otto de Bertolsdorf, Lutoldus de Kunringen, Fridericus de Lengenbach Dapifer, Lůtwinus de Werde* et alij quam plures. In quorum omnium robur et perhennem memoriam presens scriptum exinde conscribi et Maiestatis nostre sigillo iussimus conmuniri. Datum *Wienne* VIII° kalendas Januarij, Indictione V^a Anno domini Millesimo Ducentesimo septuagesimo Sexto, Regni vero nostri anno Quarto.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Garsten.

CDXCIII.

1276. 31. December. Herzogenhalle. — *Heinrich, Herzog von Baiern, bestätiget dem Kloster Lambach alle von den Herzogen von Österreich erworbenen Freiheiten und Rechte.*

Heinricus dei gratia comes palatinus reni, dux Bawarie omnibus presentia inspecturis in perpetuum. Volentes ecclesiarum indempnitatibus omni sollicitudine prouidere, vt per temporalia, que metimus, per beneficia facta ecclesiis cum maiori securitate conscientie teneamus. Hinc est, quod inuitati sacra conuersatione et multa hospitalitate *ecclesie Lambacensis* omnes libertates priuilegiorum et instrumentorum *Levpoldi et Friderici ducum austrie* ac aliorum dicte ecclesie duximus conseruandas, ratificandas et confirmandas ita, ut nullum in omnibus iuribus suis dicta ecclesia dispendium paciatur, sed concessis a quibuscvmque antecessoribus nostris graciis personalibus sev predialibus pociatur et nostro tempore inconuulse, nec non emunitatibus, libertatibus, iuribus gaudeat pacifice dicta ecclesia nullum detrimenti sed augmentum in hiis diuina fauente clemencia sentiendo. Vt igitur in hiis omnibus calumpniandi materia amputetur, presens dicte ecclesie instrvmentum tradimus nostri sigilli mvnimine Roboratum. Datum *Hertzogenhalle* anno domini Millesimo CC. LXXVI. II. kalendas januarii.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Lambach. Kurz, Beiträge II. 461.

CDXCIV.

1276. — *Die Brüder Liupolt und Hartneid von Ellingen überlassen dem Kloster Reichersberg zwei Leibeigene.*

Ad noticiam peruenire volumus multorum, quod nos *Lirpoldus et Hartnidus de Ellingen fratres* receptis XII. solidis a quodam *Engelperto* filias suas *Dimrdim* et *Mæthildim* super aram beati Michahelis in *Richersperge* delegauimus ad censum V. denariorum. Huius rei testes sunt *Waltherus prepositus*, *Petrvs Cellerarius*, *Fridericus plebanus*, *vlricus*, *Chunradus*, *Sifridus*, *Otto*, *wernherus Sacerdotes*, *fridricus*, *wolfardus*, *Vlricus subdiaconi*, *Rudigerus villicus*, *Aiglinus magister Curie*, *Chunradus pellifex*, *wernhardus faber*, *Engelpertus de Ort*, *Engelpertus de Rert* et alij quam plures. Anno domini Millesimo CCLXXVI.

Aus dem Pergament-Codex zu Reichersberg.

CDXCV.

1277. 6. Jäner. Steyr. — *Heinrich, Pfalzgraf am Rhein und Herzog in Baiern, bestätiget die vom Herzoge Leopold von Österreich und seinem Sohne Friedrich dem Kloster Gleink ertheilten Privilegien und Freiheiten und das erst erworbene Recht auf das Gotteshaus Hadershofen.*

Nos *Heinricus dei gratia Palatinus Comes Renj, Dux Bawarie* omnibus presentia inspecturis inperpetuum. Consideracionem internam habentes perpendimus, quod debitores diuine clementie existimus, que nos in Principatus locauit solium et fecit temporalibus habundare, ut pro reconpensacione saltem aliquali collatorum beneficiorum indempnitatibus prouideamus Ecclesiarum et profectibus consulamus. Sane inuitati honestate ac hospitalitate *Glvnicensis Ecclesie*, quam non magnis adiuta redditibus exhibet (sic), maxime per prouidentiam dilecti nobis *Chvnradi nunc abbatis ibidem* eam in nostre defensionis et tuitionis, quemadmodum antecessores nostri fecerunt, recipimus gratiam specialem volentes, eandem Ecclesiam omnibus iuribus suis ac libertatibus habitis et obtentis per jllustrem Principem pie memorie *Leupoldum Ducem Austrie* nec non *Fridericum filium eius* et alios gaudere pacifice et quiete siue priuilegia sint, que obtinet de libertate aduocacionis siue judicij prediorum et hominum, tam prius habitis quam modo in *Hædershoven* vel alibi obtentis, nec

non ut victualia sua per terras possint ducere sine exactione cuiuslibet Thelonej siue Mute ac etiam, quod tam proprietates quam feoda possint recipere sibi ob remedia tradita animarum. Premissa et similia, sicut obtinuerunt rationabiliter a prefatis Principibus, ita ea approbamus et ratificamus nolentes, dictam Ecclesiam iuris sui pati aliquod dispendium, sed ea potirj per omnia inconuulse. Ut igitur omnia premissa et singula premissorum prefate Ecclesie rata et firma permaneant nec in iuribus suis aliquis judicum vel officialium nostrorum audeat nouercarj, presens instrumentum dicte Ecclesie tradimus nostri sigillj robore conmunitum. Datum in *Steier* Anno domini Millesimo Ducentesimo Septuagesimo septimo, Octavo jdus Januarij.

Orig. auf Perg. mit einem beschädigten Siegel. Stiftsarchiv Gleink. Kurz, Beiträge III. 357.

CDXCVI.

1277. 10. Jäner. — *Vergleich zwischen dem Propste zu Ranshofen und Konrad von Aichberg über ein Gut zu Aichberg.*

Nos *Wichardus de Polnhaim senior dei gracia* et *Dietericus Judex Ciuitatis In Welsa* omnibus notum facimus per presentes, quod pro contencione sopienda, quam *Prepositus Ranshouensis* habuit contra *Chunradum de Aichperg* super quodam predio dicto in *Aichperg*, quod est Ecclesie in *Ranshouen*, ita per nos et ceteros ciues in *welsa* est efficaciter et finaliter arbitratvm de consensv dicti Prepositi et Chunradi prenotati, quod ipse Chunradus de Aichperg debet dictum predium soluere ab obligatione *hainrici mutarii in Linza*, cui preter consensum Prepositi Ranshouensis et conuentus ibidem obligauit pro VIII. talentis, infra festum Pentecostes nunc venturi fieri debet ipsa solucio per Chunradum sepe dictum sine detrimento Ecclesie Ranshouensis, quam solucionem quocumque modo infra illud tempus neglexerit, statim ipsum predium in Aichperg libere et integraliter erit Ecclesie Ranshouensis, et Chunradus predictus et priuatus iure suo hereditario, quod habuit in predio pretaxato. similiter etiam ipse Chunradus in ipso predio iure suo est priuatus, si quando temerarie neglexerit dare seruicium de ipso predio et duas mansiones annis singulis Ecclesie uel Preposito Ranshouensi, non obstantibus aliquibus causis siue dampnis, que possunt in ipso predio malo fortuito prouenire. Anno domini M°. CC°. LXXVII°. Acta

sunt hec IIII. Idus Januarii. Et ne hec a quoquam valeant inmutari, hanc cartam sigillo nostro et sigillo ciuitatis fecimus roborare Preposito Ranshouensi pro testimonio et cautela. Huius rei testes sunt *Richerus (de) edelspach*. *Wernhardus pauraiaer*, *Chunradus de alhalming*, *chunradus furtan*, *Geotfridus smerl*, *ortolfus Judex* et alii quam plures fide digni.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 115.

CDXCVII.

1277. 13. Jäner. Wien. — *König Rudolph bestätiget den Freiheitsbrief Herzog Friedrich's II. von Österreich für Wilhering vom 25. September 1241.*

Rudolfus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus Vniuersis Imperii. Romani fidelibus presentes litteras inspecturis in perpetuum. Regalis thronus extollitur et augustalis honoris titulus decoratur, cum ad loca religiosa consideracio benigna porrigitur et eorum status et commoditas liberali munificencia promouentur. Eapropter notum fieri volumus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod constituti in nostra presencia Religiosi viri Abbas et Conuentus de *Wilheringen* quoddam priuilegium ab Illustre *Friderico quondam Duce austrie* dicto Monasterio clementer indultum nostre Celsitudini presentarunt suppliciter postulantes, vt ipsum priuilegium de verbo ad uerbum transcriptum innouare et que continentur in eo, confirmare de nostra gratia dignaremur, Cuius tenor talis est: *Fridericus dei gracia Dux* etc. wie am 25. September 1241. Nos igitur predictorum abbatis et conuentus deuotis supplicationibus inclinati prescriptum priuilegium cum omnibus priuilegiis a quibuscunque principibus indultis, prout ipsis rite concessa noscuntur et prouide, eisdem abbati et conuentui de benignitate Regia confirmamus, innouamus et presentis scripti patrocinio communimus. Ex affluencia quoque plenioris gracie eisdem fratribus quondam graciam ipsis a *Rege Boemie* clementer indultam, videlicet quod in ducendis victualibus uel aliis rebus propriis ad usus ipsorum pertinentibus tam in terris quam in aquis, in ascensu et descensu ab eis nichil penitus exigatur, omnino seruari volumus inconcussam, Ipsam nichilominus tenore presencium confirmantes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis et innouacionis infringere uel eidem ausu temerario contraire. Quod qui

forsitan attemptare presumpserit, grauem nostre Maiestatis offensam se nouerit incursurum. In cuius rei robur et perhennem memoriam presens scriptum exinde conscribi et Maiestatis nostre Sigillo iussimus conmuniri. Datum *Wienne* Idus Januarii, Indictione V^ta^ anno ab Incarnacione domini Millesimo Ducentesimo Septuagesimo Septimo, Regni vero nostri anno quarto.

Orig. auf Perg. Das Siegel verloren. Stiftsarchiv Wilheringen. — Stülz, Wilhering 545.

CDXCVIII.

1277. 13. Jäner. Wels. — *Heinrich, Herzog in Baiern, Pfalzgraf am Rhein, bestätiget dem mit der Gastung sehr belasteten Spital am Pühru die Privilegien seiner Voreltern und jene der Herzoge von Österreich.*

Heinricus dei gratia Comes Palatinus Reni, Dux Bawarie omnibus presentia inspecturis inperpetuum. volentes indempnitatibus Ecclesiarum prouidere et profectibus consulere cum effectu, vt per concessionem temporalium opitulante diuina gratia possimus eterne beatitudinis brauium adipisci, Hinc est, quod *hospitale sancte Marie in Pirno Monte* cognoscentes grauibus hospitalitatis oneribus subiacere, ipsum inspecta prouidentia *Chunradi tunc prouisoris ibidem* in gratiam defensionis nostre recepimus spiritualem ratificantes et approbantes omnia priuilegia progenitorum nostrorum sev quorumcumque ducum Austrie, vt ipsa tempore nostro maneant inconuulsa ita, vt non detrimentum sed augmentum in suis iuribus et emunitatibus debeat experiri, vnde predicte domui nullus ex nobis attinentibus audeat nouercari. Vt igitur hec firma et rata permaneant et nullam calumpniam paciantur, presens instrumentum tradimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum in *Wels* Idibus Jan. Anno domini M° ducentesimo Septuagesimo septimo. Testes: *Wernhardus de Schowenberch, Vlricus de Abensperch, Albertus de Hals, Grimoldus et Chunradus fratres de Prising, Wichardus de Pollenheim, Alhardus de Frowenhoven, Heinricus de Rorbach, Wernhardus Capellanus de Maurchirchen, Fridericus Ratisponensis Ecclesie Canonicus, Wintherus, Waltherus* et *Otto Notarii.*

Orig. auf Perg. mit Siegel. K. k. geheimes Hausarchiv.

CDXCIX.

1277. 29. Jäner. Burghausen. — *Heinrich, Herzog von Baiern, leistet dem Kloster Ranshofen Bürgschaft wegen des Seelgeräthes, welches Otto von Ror am Begräbnisstage seines Vaters Heinrich daselbst gestiftet hat.*

Nos *Heinricus dei gratia Comes Palatinus Reni, Dux Bawarie* presentibus protestamur, quod in sepultura fidelis nostri pie memorie *Heinrici de Ror* filius suus *Otto* promisit ob remedium patris sui et etiam patrui sui dare in *Ranshoven* redditus vnius libre Salzburgensis in predio vel prediis suis iuxta dictam Ecclesiam ac *Burchusam* et istud faciet ante festum Pasche proxime nunc venturum, et si infra dictum terminum non fecerit, heredes predicti *Heinrici* soluent dampnum et interesse, quod ex non assignatis sibi redditibus vnius libre incurrerit Ecclesia memorata, et nos pro premissis fideiussisse presentibus profitemur. Item promisit predictus *Otto filius Heinrici* pie memorie pro sumptibus factis in funerando patre suo, quanquam nos pro hiis non sumus cautione fideiussoria obligati, sed tamen ad id eum debet honestas et filialis pietas inuitare. Datum *in Burchusa* anno domini Millesimo ducentesimo Septuagesimo septimo, IIII. Kalendas februarii.

Orig. auf Perg. Halb zerbröckeltes Reitersiegel. K. baier. Reichsarchiv.

D.

1277. 30. Jäner. Burghausen. — *Heinrich, Herzog von Baiern bezeugt, dass Otto von Ror versprochen habe, das Kloster Ranshofen gegen alle Behelligungen wegen des Begräbnisses seines Vaters Heinrich schadlos zu halten.*

Nos *Heinricus Dei Gratia Comes Palatinus Reni, Dux Bawarie* presentibus profitemur, Quod fidelis noster *Otto de Ror* in morte *Heinrici* Patris sui cavit fideiussoria cautione per *Henslinum de Ror Patruum suum*, *Heinricum Wolfspergium*, *Meingotum de Apfental* et *Suantnerium*, quod *Ecclesiam in Ranshoven* reddet indempnem ab omnibus impetitionibus, molestiis, dampnis, laboribus et expensis, quas sustinebit a quocunque, quod dicti *Heinrici* Corpus recepit et tradidit Ecclesiast ice sepulture. Datum in *Burchusen* Anno Domini Millesimo CC. septuagesimo septimo, III. Kalend. Februarii.

Mon. boic. III. 340.

DI.

1277. 14. Februar. Gleink. — *Chunrat, Abbt von Gleink, verleiht an Wernhart von Strasse den Zehent auf Gütern in der Pfarre Hadershofen etc.*

Nos *Chvnradus dei gratia Abbas et Conuentus Ecclesie Glvnicensis* Omnibus presens scriptum intuentibus cupimus fore Notum, quod de bona voluntate et pari consilio *Wernhardo de Strazze et uxori sue Eufemie filioque ipsorum Wvlfingo* omnibus aliis liberis ac heredibvs eorundem exclusis contulimus jure Hominij Novem Domos Decimales in *Hedershouensi Parrochia* sitas, duas super *wirtschansperge*, vnam in *Půche*, vnam *super Lerchenperge*, Item vnam *in dem Hage* cum aliis quinque super *Půchperge*, vt singulis annis in festo beati Georii nostre Ecclesie Triginta denarios sine omni contradiccione soluant de eisdem. Insuper Decimam in *Gogelhof* cum prato et horto apud *fluuium Erle* sito, quod idem *Wernhardus de Strazze* ab *Ecclesia Glunicense* ad dies tantum suos pro censu quinque denariorum tenuit ab antiquo, confirmamus etiam vxori sue et filio suo *Wolfingo* jure Hominij ad censum Octo denariorum cum censu superius notato nobis et Ecclesie nostre soluendorum, quos si eodem die non persoluerint, semper ad dies quatuordecim supercrescant Sexaginta denarij pro Emenda. In cuius rei testimonium presentem Literam nostri sigilli robore munitam ipsis damus cum testibus subnotatis: *Poppo de Grvnenburch*, *Gundakerus et Ditmarus fratres de Losenstein*, *Dvringus piber*, *Lvdwicus de Zavcha*, *Fridericus Chresselinch*, *Marquardus Metze*, *Heinricus Spitz*, *Hvgo et Heinricus fratres dicti Ponhalm* cum aliis multis. Acta sunt hec Anno domini M° CC° LXXVII. Datum in *Glunicensi* Ecclesia XVI. kalendas Marcii.

Aus einem Vidimus des Abbtes Otto von Gleink vom 7. September 1296. Stiftsarchiv Gleink.

DII.

1277. 3. März. Fürstenfeld. — *Gottschalk von Neytperch übergibt dem Ulrich von Capellen seine Güter zu Königswiesen.*

Vniuersa negotia, que fiunt in tempore, ne sequantur naturam temporis, solent ęternari memoria litterarum. Ego igitur *Gotschalcus de Neytperch* omnibus presentem litteram inspecturis notum facio et profiteor per presentes, quod voluntate vxoris mee *Mehthyldis*

accedente pariter et consensu bona mea jn *chvnegswisen* sita dicta tercia pars domino *vlrico chappellario* et vxori sue domine *Elysabeth* omni iure detento a me actenus liberaliter dedi perpetuo possidenda illud adiciens, quod iam dicta bona ab omni inpetitionis articulo siue infestacionibus contra *vlricum* predictum ratione eorundem bonorum exortis quoquo modo absoluere teneor et tueri sev per vim vel potentiam occupata supradictus *vlricus* debet pretaxata bona, prout melius voluerit vel potuerit, defensare. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi feci mei sigilli caractere roboratas cum nominibus testium huic facto assistentium annotatis, quorum nomina sunt: *dominus Erchengerus de Landsere, dominus Stephanus de Myhsowe, dominus Chunradus de Svmerowe, dominus Heynricus de Hawenvelde, dominus Heynricus dictus canis, dominus Chunradus, dominus Syboto videlicet fratres omnes tres de Potendorf, Heynricus pryse* et alij quam plures. Datum in *fürstenvelde* anno domini M° CC° LXXVII. quinto nonas martij.

Orig. auf Perg. mit Siegel. K. k. geheimes Hausarchiv.

DIII.

1277. 3. April. Wien. — *König Rudolph bestätiget und erneuert die durch Herzog Friedrich II. dem Kloster Lambach ertheilte Vogtfreiheit.*

Rudolfus dei gratia Romanorum Rex semper augustus Vniuersis Imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis imperpetuum. Venientes ad nostre Magestatis presenciam Honorabiles et Religiosi uiri . . *abbas et Conuentus Monasterii de Lambach* nobis humiliter supplicarunt, ut Priuilegium *Friderici clare memorie austrie et Stirie Ducis* ipsis indultum confirmare de benignitate Regia dignaremur, Cuius Priuilegii talis est tenor. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Fridericus dei gratia Dux austrie et stirie* imperpetuum. Quoniam nobis cedit, etc. (Folgt die Urkunde vom 26. September 1232.) Nos itaque predictorum *abbatis et Conuentus de Lambach* humilibus precibus inclinati predicta omnia et singula, prout ipsis rite et rationabiliter sunt concessa, de benignitate Regia confirmamus, innouamus et presentis scripti patrocinio conmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmationis paginam infringere aut ei in aliquo contraire. Quod qui fecerit, grauem nostre Magestatis offensam se nouerit incurrisse. Testes sunt hii: venerabilis

F. salzburgensis Archiepiscopus, P. Pattauiensis, Leo Ratisponensis, W. Seccouiensis, C. Frisingensis, Th. Gurcensis, G. Lauentinus et J. Kymensis Episcopi et alii quam plures. In cuius testimonium presens scriptum magestatis nostre Sigillo iussimus conmuniri. Datum *wienne* III. Nonas Aprilis, Indictione quinta, Anno domini M° CC° L° XXVII° Regni uero nostri Anno Quarto.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Lambach.

DIV.

1277. 8. April. Straubing. — *Heinrich, Herzog von Baiern, bestätiget dem Kloster Metten die Mauthfreiheit in seinem Gebiete im Lande ob der Ens.*

Heinricus Dei Gratia Comes Palatinus Reñi, Dux Bavarie omnibus presentia inspecturis in perpetuum. Volentes Ecclesiarum profectibus insistere et earum divine remunerationis intuitu, que nos dignata est decorare pre ceteris, indemnitatibus precavere, recognoscimus nos instrumenta *Leopoldi et Friderici Ducum Austrie* non cancellata nec abolita nec in ulla sui parte viciata vidisse et propriis manibus contrectasse, in quibus expresse continebatur, quod solutis triginta duobus denariis a Procuratoribus *metmensis Ecclesie* dicta Ecclesia sine exactione Theloneorum uel mutarum debet esse libera et immunis et in transitu victualium suorum pacifica et quieta. Ne igitur favor pro dicta Ecclesia inductus in ullo videatur tempore minui, sed augeri, volumus et districte mandamus, ut *in districtu nostro super Auasum* dicta Ecclesia salva et illibata pristinorum Principum gratia conservetur, quemadmodum tenor ipsorum instrumentorum Principum expressius innuit et declarat. Datum in *Stroubinc* anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo VI. Idus Aprilis.

Mon. boic. XI. 446.

DV.

1277. 22. April. Wien. — *König Rudolph bestätiget einen Schiedspruch Wernhard's von Schaunberg zwischen dem Kloster Wilhering und den Brüdern von Ruspach, das Dorf Ekendorf betreffend.*

Rŭdolfus dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus vniuersis presentes literas inspecturis cupimus esse notum, quod, cum dilecti fideles nostri *Wernhardus, Otto, Pilgrimus et Wúlfingus fratres dicti de Rustpach* in nostre maiestatis presentia mouissent questionem

religiosis viris *Abbati et Conuentui Monasterii in Wilhering* super villa in *Ekendorf sita iuxta Wachrein*, tandem accedente auctoritate et consensu nostre Regie maiestatis in Nobilem virum *Wernhardum de Schavmberch* tanquam in arbitrum seu arbitratorem aut amicabilem conpositorem questionem huiusmodi partes conpromittere curauerunt, qui assumpto sibi huiusmodi arbitrio prehabita deliberatione prouida tale arbitrium promulgauit, quod videlicet predicti fideles nostri fratres de *Rustpach* cederent seu renuntiarent omni iuri et actioni, que sibi conpetebant vel conpetere videbantur in predicta villa *Ekendorf* et in omnibus suis attinenciis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis seu distractis et infeudatis per eosdem fratres de *Rustpach* post tempus illud, quo supradicti Abbas et conuentus fuerunt in possessione ville superius iam expresse, sicut constat eos longo tempore iam fuisse, nec eos, quos de bonis eidem ville attinentibus infeudauerunt contra iusticiam, defensabunt nec se auctores bonorum constituent eorundem; promiserunt etiam sepedicti fratres videlicet *Otto, Wernhardus et Pilgrimus* fide data in manus dilecti principis nostri *L. venerabilis Ratisponensis Episcopi* ad hoc a nobis specialiter deputati et abbatis predicti nec non prefati Nobilis *Wernhardi de Schavmberch* corporali insuper prestito iuramento, quod *Vlricus, Otto et Hedwigis liberi Ottonis*, qui solus inter ipsos fratres liberos habet, postquam ad annos legitimos peruenerint, renuntient similiter omni iuri et actioni, que sibi ex successione paterna in predicta villa et in omnibus suis attinenciis conpeterent vel conpetere uiderentur. Quod si non fecerint, extunc iidem fratres *Wernhardus* videlicet, *Otto* et *Pilgrimus* moniti per abbatem uel conuentum superius nominatos intrabunt *Ciuitatem Wiennensem* non exituri abinde, donec prefati liberi *Ottonis* renuntiauerint, ut est dictum. Si vero predictorum fratrum unus uel plures medio tempore ante factam renunciationem decedere contingeret, superstes uel superstites loco decedentis uel decedencium alium uel alios eque ydoneum uel ydoneos tenebuntur subrogare sub prestito iuramento. Quod si forte omnes tres decedere contingeret, bona eorum prope *Weichardsdorf* erunt in predictorum Abbatis et Conuentus tamdiu potestate, quousque renunciatio per predictos liberos Ottonis facienda perducta fuerit ad effectum. In reconpensationem quoque eiusdem renunciationis facte et adhuc faciende et ut memorati abbas et conuentus de *Wilhering* in posterum pacifica possessione in predicta

villa et suis attinenciis gaudeat (sic) et quieta, nec in ea per predictos fratres aliquatenus perturbentur, iidem abbas et conuentus L. libras denariorum Wiennensium sepedictis fratribus ex huiusmodi arbitrio persoluerunt. Et ut presens arbitrium a predictis fidelibus nostris fratribus de *Rustpach* inuiolabiliter obseruetur, ipsum auctoritate nostre maiestatis Regie confirmamus et sigilli nostri appensione roboramus. Huius rei testes sunt dilectus princeps noster *Leo Ratisponensis Episcopus, Wernhardus et Heinricus fratres Nobiles de Schavmberch, Wichardus de Pollnhaim, Vlricus de Lobenstein, Hertnidus de Travn, Otto de Voltkensdorf, Albero Pvechhaimer, Wernhardus Dachspergær, Ludwicus Schiuer, Vlricus iudex de Lintz, Vlricus Mvtarius de Lintz, Heinricus Notarius de Schaumberch.* Acta sunt hec *Wienne* Anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, X. kalendas Maii, Indictione Quinta, Regni nostri Anno quarto.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Wilhering. — Hoheneck III. 631. Stülz, Wilhering 547.

DVI.

1277. 26. April. Wien. — *Poppo von Richenstein und Reichza seine Hausfrau verkaufen dem Dietrich von Rorau eilf Pfund Einkünfte zu Wang, für welche sich Chunrat von Sumerau und Ulrich von Capellen verbürgen.*

Ego *Poppo de Richenstuein* scire desidero quoslibet presencium inspectores, quod Ego et domina *Reihza* dilecta vxor mea de voluntate et consensu heredum nostrorum singulorum et omnium domino *dyetrico de Rorowe* vendidimus vndecim talentorum redditus in *wanch*, vnum videlicet molendinum et quedam alia bona sita ibidem pro septuaginta talentis denariorum et pro vna libra, quam dedit predicte vxori mee pro lecupio, presentibus profiteor et solutam confirmans siue autorizans sibj redditus memoratos, tutores nichilominus vnå nobiscum sibi prestantes dominum videlicet *Chunradum de Sumerowe* et dominum *vlricum Capellarium*, qui super dicta emcione tamquam legitime tutores omnium dampnorum refusionem, que in posterum ex actione sev questione qualibet dicto domino *Dyetrico* possent euenire, prestiterunt legitime firmitudinis sponsionem. vt autem predicta empcio rata maneat atque firma, presentem sibi tradidi paginam sigillo proprio ac dictorum dominorum *de Svmerowe* et *de Chappelle* evidentius roboratam. Datum *wienne* anno dominj M° CC° LXXVII. sexto kalendas Maij. (Eine andere grössere Schrift

und andere Tinte) *Dominus Otto de Steten et filius suus wlfingus, Dominus Levpoldus De Saxengange, Dominus Albertus Sthuhso, Dominus Albertus Rinderschinche, Dominus Chvnradus de Pilhiltdorf, Dominus Marquardus De Pilhiltdorf, Dominus Reinbertus De Ebersdorf, Dominus kalhohus frater suus de Ebersdorf, Dominus Chvnradus De Botendorf, Dominus Siboto de Botendorf, Dominus pilgrimvs hônlaer, Dominus herbordus porel, Dominus Andreas, vlricus frater domini hachslini, Ůlricus de Engelschachsdorf, Levpoldus dictus polz, hartnidus de Orte, Heinricus ponhalm, Otto de Scherransdorf.* Isti subscripti domini et viri testes sunt Domini *Dietricj de Rorawe et Domini Poponis de Richenstein* emptionis inter se facte et confirmate.

Orig. auf Perg. mit nur noch zwei angehängten Siegeln. Gräflich Harrachsches Archiv in Wien.

DVII.

1277. 31. Mai. Wien. — *Peter, Bischof von Passau, bestätigt die durch den früheren Pfarrer zu Hadershofen, Ulrich von Steyr, dem Abbte Chunrat von Gleink gemachte Anheimsagung seiner Pfarre abermals dem Abbte Otto.*

Nos *Petrus* Dei gratia Ecclesiæ *Patauiensis* Episcopus Notum facimus vniuersis præsentes litteras inspecturis, quod commissionem Ecclesiæ in *Hedershofen* per dilectum in Christo fratrem Dominum *Vlricum de styria* Ecclesiæ nostræ Canonicum, prædictæ Ecclesiæ plebanum dudum factam Domino *Conrado* quondam Abbati Ecclesiæ *Glunicensis* bonæ memoriæ de nostro beneplacito et consensu dilecto in Christo fratri Domino *Ottoni* nunc Abbati eiusdem Ecclesiæ Glunicensis Suisque Successoribus innouamus et ipsam tenore præsentium confirmamus ita, vt conditiones et præmissa quælibet Domino Vlrico prædicto Super huiusmodi prius facta persoluantur statutis temporibus integraliter et seruentur. In cuius rei testimonium præsentes damus litteras Sigilli nostri robore communitas. Datum *Wiennæ* Anno Domini Millesimo Ducentesimo septuagesimo septimo, Calendas Junij.

Aus einem Copialbuche des XVII. Jahrhunderts zu Gleink.

DVIII.

1277. 8. Juni. — *Statuten des Klosters Ranshofen in Betreff der Gedächtnissfeier für dessen verstorbene Mitglieder.*

Nos *Chunradus Dei gratia Prepositus Ecclesie Ranshovensis* totumque Collegium fratrum ibidem universis nostris successoribus

volumus esse notum, Quod unanimi voluntate et concordi fraternitate statuimus in nostro Capitulo salubri consilio deliberato pro nobis et nostris confratribus, cum decesserint ab hac vita, devotius in perpetuum sic orandum videlicet, cum sacerdos nostri ordinis et confrater mortuus fuerit, fratres ceteri pro humanitatis officio compassibiliter exequendo hora capituli flagellum accipiant a Preposito vel decano et pro eo in communi dicent XXX. missas non diebus vel festivitatibus obstantibus aliquibus, nisi in quibus iura canonica pro defunctis prohibuerint celebrandum. has missas procurabit ebedomatarius, cuius sequens fuerit septimana. Sepulchrum vero fratris defuncti cum processione tam Dominorum quam scolarium cum duobus luminibus visitabitur XXX. noctibus cantatis vesperis cum responsorio pro mortuis et placebo. Insuper quilibet confrater nostri ordinis, qui est Sacerdos, pro satisfactione sui fratris et etiam pro salute propria obtinenda dicet infra anni spacium sine negligencia qualibet XXX. missas singulariter pro defunctis, ad excommunicationem et inobedientiam evitandam nullus fratrum tam negociis impeditus quam otio irretitus debet esse negligens in hiis missis et quod in hiis in una die neglexerit, die altera supleat fideliter et devote, nisi forsitan egritudinem validam patiatur. Dyaconi et Subdyaconi nostri Confratres, qui non sunt virgarii, iam in Scolis dicant cottidie specialiter semel vigilias usque ad tricesimum confratris mortui et defuncti. Converse vero Sorores nostre idem facient et si non sint literate, dicant LX. Pater noster et totidem Ave Maria. Similiter barbati conversi debent pro confratre mortuo facere usque ad eius tricesimum omni die. Talis vero memoria, que habetur pro nostris confratribus Sacerdotibus regularibus huius loci, debet etiam haberi pro Prespiteris secularibus, qui apud nos et locum nostrum sibi procuraverint suis gratuitis beneficiis fraternitatem. Dyacono nostro confratri eadem commemoratio inpendatur. Obeunte autem Subdiacono nostre professionis et barbato confratre nostro seu conversa sorore nostra missa pro defunctis per VII. dies cum choro communiter decantetur: has missas provideat, cuius sit sequens ebdomata, ut superius est espressum. Eorum etiam sepulchrum visitabitur usque ad diem septimum sue mortis cum processione communi et responsorio pro mortuis et placebo, nisi propter nivem et pluviam ad eorum cimiterium non possit fieri processio Dominorum, tunc in choro placebo dicatur et duo Scolares mittantur ipsum sepulchrum

aspergere et thurificare. Non est preterea pretereundum, quod quandocunque sepulchrum alicuius nostri confratris visitabitur cum placebo, ipsa vice fiat trina compulsatio omnium campanarum, ut etiam populus exterior audiens oret pro anima iam defuncti. Hanc consuetudinem pro mortuis, quamvis non invenerimus apud nostros fieri antecessores, nihilominus perspeximus esse bonam iuxta Apostolum: orate pro invicem, ut salvatio nobis fiat et onera alter alterius pro lege Christi adimplenda imo pro Religionis piissimo amminiculo, debet gestare, ut impleatur nostra in Deo fraternitas et a Deo nobis et ipsis perveniat eterna iucunditas; qui sic voluit pro mortuis affabiliter exorari, ut etiam orantes cum mortuis se sentiant liberari. Si quis vero nostrorum huius Ecclesie successorum tam prepositus quam persona alia qualiscunque propter temeritatem libertatis vel negligencie accidiam seu quocunque modo hec nostri Capituli instituta presumpserit obmittere vel postponere aliquando, huius memoria coram Deo et hominibus eternaliter sit dampnata et sit anathema, qui neglexerit hec nostra salubria instituta, nec non anime defunctorum clament contra eos coram Dei omnipotentia, ne unquam celesti lumine eorum anime illustrentur, qui nostra violaverint hec statuta, sed maneant in tenebris umbre mortis et sint maledictionibus omnium innodati. Qui Salvatori nostro suis laudibus et oracionibus benedicunt, illorum benedictio fiat eis maledictio inremissa, qui consoluerint vel consenserint nostra statuta decrescere quodam modo. Ut autem hec rata permaneant in eternum, presentem literam sigillis nostri Capituli et venerandi *Chunradi Prepositi* nostri roboramus nobis et nostris Successoribus in huius nostre institutionis testimonium et cautelam. Huius rei testes sunt *Chunradus Prepositus*, *Albero*, *Siboto*, *Albertus*, *Heinricus de Chrainnoch*, *Heinricus*, *Perngerus*, *Fridericus Sacerdotes* nostre Ecclesie professi, *Wolframus plebanus de Haiming*, *Chunradus Dyaconus*, *Siboto Subdyaconus*, *Wernhardus acolitus* etiam fratres professi in hoc loco et alii quam plures, quibus placuit hoc statutum. Acta sunt hec Anno Domini M. CC. LXXVII. VI. Idus Junii incipientis.

Mon. boic. III. 341.

DIX.

1277. 13. Juni. Wien. — *König Rudolph stellt dem Bischofe Leo von Regensburg die seinem Bisthume durch König Otackar entzogenen Güter, namentlich in der Riedmark, zurück.*

Rudolfus dei gratia Romanorum Rex semper augustus omnibus in perpetuum. Licet ex Officii nostri debito, cui Regalis munificentia est annexa, sacri Imperii Principibus et Ecclesiis teneamur ad promotionis gratiam et conservationem jurium, que eisdem competere dinoscuntur, illis tamen, qui se suaque studia sic disponunt, ut nobis et Imperio gratis obsequiis se exhibeant, benivolos et paratos recognoscimus, nos teneri munificentia largiori. Cum itaque dilectus Princeps noster, *Leo uenerabilis Ratisponensis Episcopus* intentionis sue aciem ad hoc tendat, ut nobis et Imperio se reddat utilem et obsequiosum, ipsum et Ecclesiam suam non tantum in suis juribus sed specialis gratie incremento prosequi volumus et favore et quia predicti Episcopi predecessores et Ecclesia Ratisponensis possedisse dicuntur diutius Villam *Horgensee in Marchvelt* et jus patronatus *Ecclesie in Michelhusen juxta Rust* et *forum Celle* cum possessionibus in *Honichperch* (?) et curiam dictam *Agsthoven in Riedmarchia* cum suis pertinentiis, quousque per Illustrem *Regem Boemie Otakarum* preter justitiam sunt privati, licet quidam asserant, quod non de jure, sed per negligentiam dicti Regis Boemie ad possessionem Ratisponensis Ecclesie prescripte possessiones fuerant devolute, Nos tamen favorem et gratiam per Regiam munificentiam negligentie, si qua fuit, preferentes recognoscimus dictas possessiones pro 120 Pfd. (CXX librarum) redditibus Wiennensis monete deinceps ad Ratisponensem Ecclesiam et Episcopum, qui pro tempore fuerit, liberaliter pertinere et ipsis liberas et absolutas sine impedimento quolibet assignamus, tradimus et donamus et Imperialis majestatis robore confirmamus, immo tanquam Ratisponensis Ecclesie proprietatis titulo attinentes relinquimus difficultate qualibet relegata. Et ut predicta nostra liberalitas per dictum Episcopum recipiat repensivam (?), idem Episcopus karissimus liberis nostris *Alberto, Hartmanno et Rudolfo* et ipsorum heredibus masculini sexus legitimis feoda contulis, que principes Austrie, Styrie, Karinthie, Carniole, Marchie, Egre et Portusnaonis a Ratisponensi Ecclesia hactenus tenuerunt. Nos quoque, quamdiu vixerimus, conservatores erimus et defensores

in eisdem feodis nostrorum liberorum superius expressorum et discedentium ex eisdem legitimorum videlicet nec non masculorum, quibus deficientibus dicta feoda ad Ratisponensem Ecclesiam libere revertentur. Adjectum est etiam, quod quecunque feuda Ratisponensi Ecclesie vacaverunt ex morte Comitum, Nobilium, Ministerialium et quorumcunque aliorum hominum, remaneant Ratisponensi Ecclesie et ad ipsam integraliter devolvantur, ad hec enim Episcopo Ratisponensis Ecclesie nos et liberi nostri prestabimus auxilium et favorem et faciemus exhiberi de occupantibus justicie complementum et in predictis bonis nos et nostri liberi dictum Episcopum et suam Ecclesiam tanquam bona propria nichilominus defendemus nec permittemus offendi vel inferri injuriam in eisdem. In cujus rei testimonium Sigillum nostre Majestatis presentibus est appensum. Huius rei testes sunt venerabiles in Christo patres *Petrus Pataviensis et Johannes Chymensis Ecclesiarum Episcopi, Magister Gotfridus prepositus Soliensis, Magister Andreas de Rode prepositus Werdensis notarii nostri, Fridericus Burcgravius de Nüremberch, Otto de Haslawe, Otto de Perhtoldstorf, Ulricus et Chunradus fratres de Pilichdorf* et plures alii fide digni. Datum *Wienne* anno dominice Incarnationis 1277, Idus Junii, Indictione quinta, Regni vero nostri anno quarto.

Ried, Cod. Ratisbon. I. 546.

DX.

1277. 25. Juni. Wien. — *König Rudolph bestätiget dem Kloster Traunkirchen die von seinen Vorfahren ertheilten Rechte und Freiheiten.*

Rudolfus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus Vniuersis sacri Romani Imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum. Regalis excellencia tunc sui nominis titulos ampliat et extollit, cum loca diuino cultui mancipata ac personas inibi domino famulantes benigno fauore prosequitur et earumdem iustis peticionibus fauorabiliter se inclinat. Nouerit igitur presens etas et futuri temporis successura posteritas, quod nos deuocionem sinceram, qua dilecte in christo . . . *Abbatissa et Conuentus de Travnchirchen* Patauiensis diocesis circa diuini cultus obsequia iugite rei feruenter inuigilant, generosius attendentes, considerantes, quo benignius integre fidei puritatem, qua erga nos et Romanum Imperium coruscare dicuntur, propter quod cupimus earumdem

Monasterium et in spiritualibus esse floridum et in temporalibus opulentum, deuotis ipsarum Abbatisse et Conuentus supplicacionibus inclinati omnia priuilegia, gracias, libertates, concessiones et Jura a diuis Imperatoribus et Regibus Romanorum nec non Ducibus Austrie et Styrie predecessoribus nostris Monasterio prenotato concessa, prout rite concessa noscuntur et prouide, sepedicto Monasterio ac personis in eo diuino obsequio mancipatis de liberalitate regia confirmamus, innouamus et presentis scripti patrocinio conmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis et innouacionis infringere vel eidem in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui forsitan attemptare presumpserit, grauem nostre maiestatis offensam se nouerit incursurum. In quorum omnium testimonium et perpetuum roboris firmamentum presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus conmuniri. Datum *Wienne* VII. kalendas Julij, Indictione V^ta^ Anno domini M° CC° Septuagesimo Septimo, Regni vero nostri Anno quarto.

Aus einem Vidimus des Herzogs Albrecht von Österreich vom 8. Juni 1347 im Schlossarchive zu Ort im Traunsee. Abgedruckt (sehr fehlerhaft) in: Kirchliche Topographie XIV. 244.

DXI.

1277. 12. Juli. Schloss Steir. — *Heinrich, Pfalzgraf am Rhein und Herzog in Baiern, bestätiget einen in seinem Namen von seinen Amtsleuten mit dem Kloster Garsten eingegangenen Gütertausch.*

Nos *Heinricus dei gratia Comes Palatinus Reni, Dux Bawarie* presentibus litteris declaramus, quod, cum venerabilis in christo *Fr. Gerstensis Ecclesie abbas* ex privilegiis sibi proponat competere antiqua predia forestaria sita in *Gaflentze prouincia* sui monasterij, ne silua nostra sine custodibus remaneret, de prediis dicti Monasterij mediantibus nostris Officialibus recepimus sex virorum residencias, in *Freithofowe* duas et in *Levbnerperge* et *Rotenstein* alias nemori magis contiguas et habiles pro custodia facienda, et nos dedimus vice versa Curiam unam in *Pvsenwanch* cum suis attinenciis Monasterio prelibato, sicut rite et rationabiliter actum est, ratum habentes et presentis scripti patrocinio confirmantes, quod in huiusmodi concambio per dictos Officiales nostros taliter est patratrum. In cuius rei testimonium presentes litteras nostri sigilli mvnimine consignitas sepedicto Monasterio dedimus ad cautelam et perpetuam memoriam

futurorum. Datum in Castro *Steir* Anno domini Millesimo, Ducentesimo, Septuagesimo septimo jn festo beate Magarete.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Garsten. Kurz, Beiträge II. 561.

DXII.

1277. 15. Juli. Wels. — *Heinrich, Pfalzgraf am Rhein, Herzog von Baiern, beurkundet als Schiedsrichter, dass Gundakar von Starhemberg gegen eine gewisse Summe Geldes der Vogtei über das Kloster Lambach entsagt hat.*

Nos *Heinricus dei gratia Comes Palatinus Reni, Dux Bawarie* omnibus presencia inspecturis imperpetuum. Considerantes opus diuine clementie, quo nos dignitatem et nomen principis obtinentes ceteris antetulit, vt nostra regeremus et corrigeremus auctoritate minores et subiectos, in quibus videbatur vel poterat ab equitatis semitis declinari et in hiis possemus nostro mediante testimonio et arbitrio interponere partes nostras, que tam dubii quam dissensionis possunt et poterant materiam complanare. Ecce vt tam diu habita controuersia inter *Ecclesiam Lambacensem* ex vna parte et *Gvndakarum de Storchenberch* ex altera super aduocacia sev iure aduocatico dicte Ecclesie in hominibus et possessionibus verteretur, recepta in nos amicabili compositione et a partibus voluntarie approbata finem liti imposuimus memorate videlicet, quod *Gvndakarus de Storchenberch* accepta quadam summa pecunie, cuius partem sibi dedimus et partem *Ecclesia Lambacensis*, renunciauit omni iuri, quod sibi competebat vel competere poterat tam in genere quam in specie, in hominibus et possessionibus monasterij supradicti, et pronunciauit ab omni impetitione aduocacie quo ad se et heredes suos dictum deinceps Monasterium pacificum et quietum ita, quod, si ipse vel sua posteritas erronea intentione moti ratione predicti juris dictam Ecclesiam molestarent, ad interesse et dampna quelibet tenerentur, vtpote qui in dicto Cenobio ratione aduocacie, vt pretactum est, vna cum heredibus suis quo ad ius aduocaticum nichil sibi poterit iuris vel consuetudinis vsurpare, firmauit etiam sponsione publica, quod numquam super premissis instrumento vel gracia vtetur, et irritum est, si quid proferet in futurum, immo carebit omni auxilio iuris canonici et ciuilis, quod quicumque a dicta Ecclesia sub nomine aduocati posset exigere aut venire contra cessionem voluntarie et liberaliter promulgatam. Vt igitur in supratacta litis decisione dis-

sensio locum non habeat, presens Instrumentum non solum nostro nec non Nobilis viri *wernhardi de Schowenberch* ac etiam proprio ipsius *Gvndakari*, vt contra eum sua confessio sufficiens sit probatio, sigillis placuit conmuniri Cum testibus subnotatis, Qui sunt: *Grimoldus de Prising, Heinricus senior de Rorbach, wichardus de Pollenheim junior*, jtem *wichardus de Pollenheim senior, Ortolfus de Pollenheim, Heinricus de Pollenheim, Sighardus de Lobenstein, Heinricus de volchenstorf, Otto de wolfsekke, Ortolfus de wolfsekke, Christanus de wolfsekke, wernhardus de Slierbach, Hænslinus de Ror, Magister Fridericus Canonicus Ecclesie Ratisponensis, Otto Notarius, Merchlinus de Sneitpach Camerarius.* Datum in *welsa* anno domini Millesimo Ducentesimo septuagesimo septimo, Idus Julii. Acta sunt hec per *Heinricum abbatem Cenobii supradicti.*

Orig. auf Perg. mit drei Siegeln. Stiftsarchiv Lambach Kurz, Beiträge II. 462.

DXIII.

1277. 26. Juli. Wien. — *König Rudolph verleihet den Bürgern von Freistadt das Stapelrecht und bestätigt ihre Freiheiten.*

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus Vniuersis Sacri Romani Imperii fidelibus praesentes literas inspecturis in perpetuum. Nostrorum fidelium volentes intendere profectibus gratiose, huius scripti Testimonio patefacimus universis, quod dilectis civibus nostris de *Freynstatt*, quorum erga nos est devotio manifesta, hanc gratiam concedimus, ut singuli Mercatores undecunque venientes ibidem debeant deponere merces suas, volentes simul ipsis imposterum tam in aqua quam in terra conservare universas conditiones, libertates et jura, quae praeclarae memoriae ab Illustribus *Leopoldo et Friderico Ducibus Austriae* tenuerunt. Nulli ergo omnino hominum liceat Hanc nostrae concessionis et confirmationis paginam infringere vel eidem in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, nostrae Maiestatis offensam se noverit incursurum. In cuius Testimonium Ipsis dedimus praesentes literas Sigilli nostri munimine roboratas. Datae *Wiennae* VII. Calend. Augusti, Indictione quinta, Anno Millesimo Ducentesimo Septuagesimo Septimo, Regni vero nostri Anno quarto.

Kurz, Ottokar und Albrecht I. II. 262.

DXIV.

1277. 13. September. Ranshofen. — *Chunrat, Propst von Ranshofen, verleihet dem um das Kloster sehr verdienten Pfarrer Wernhart zu Puchkirchen Zehente in der Pfarre Hartberg auf Lebenszeit.*

Nos *Chunradus dei gracia prepositus Totusque conuentus ecclesie Ranshouensis* uniuersis presencium inspecturis declaramus, quod nos de conmuni consensu nostri Capituli et fauore dilecto in christo confratri nostro domino *wernhardo Plebano in Puchchirchen Illustris ducis wawarie capellano* contulimus, donauimus et concessimus tantummodo pro diebus et temporibus sue uite nec alteri cuiquam persone quam sibi quasdam domos nostras Decimales circa *Hærtperch* in perrochia (sic) nostra sitas, quas propriis suis uocabulum (sic) in hunc modum duximus exprimendas: in *lachen* dimidiam hubam Curiam *Gerungi*, In *Sewen* dimidiam hubam, Ibidem dimidium quartale, *Supra ualle* dimidiam hubam, *Curiam Vulpis*, in qua duo coloni resident, Curiam in *Linten*, In *Leiten* dimidiam hubam, In *Hartperg* quatuor feoda, In *Prunne* duo feoda, In *Ůde* duo feoda, In *forstorn* duas domos decimales superiores, que simul collecte in numero decem et nouem domos decimales faciunt. In hiis idem dominus *wernhardus* accipiet annuatim tantum maiorem decimam, triticum scilicet et siliginem, ordeum et auenam, fabas quoque et pisas accipiet, ubicunque uel in campis aut in ortis per easdem decimas excolentur. Minorem autem decimam cum alterius materiei (sic) rerum, que de seminibus uel altilibus, pecoribus aut apibus siue plantis euenire poterit in decimis memoratis, non recipiet, sed relinquet nobis et ecclesie nostre annis singulis, ut libere possessionis nostre titulum in ipsis domibus decimalibus per eandem minorem decimam, que est nostra, tucius obseruemus. Debet quoque decima pretaxata singulis annis duci et reponi in predio nostro dicto *prunne* propter maiorem et securioriorem (sic) nostre libere possessionis cautelam. Post obitum uero memorati domini *wernhardi* prefata decima sine contradictione cuiusquam integraliter ad nostram ecclesiam reuertetur sic, ut nec dyocesanus noster nec aliquis successorum in Ecclesiis *puchirchen et Mauwerchirchen* sibi presumat predictam nostram decimam uendicare propterea, quod antecessor suus sepedictus *wernhardus* habuerit eam pro subsidio sue domus per nostrum gratum fauorem, quem suis meritis aput nos et

ecclesiam nostram promeruit multis modis. Insuper in huiusmodi fauoris nostri euidencius argumentum supradictum dominum wernhardum de conmuni consensu et unanimi uoluntate in confratrem nostrum recepimus dantes sibi plenam participacionem bonorum omnium, que per nos et succesores nostros fieri poterunt in Ecclesia *Ranshouen.* Ne autem hec nostra donacio siue concessio per nos siue successores nostros fraude uel dolo seu quocumque modo per auctoritatem dyocesani uel alterius superioris cuiusquam ualeat immutari, presentem litteram sigillo uenerabilis *abbatis in povwern* et nostrorum sigillorum munimine roboratam sepefato domino *wernhardo* dedimus in testimonium et cautelam omnium premissorum. Huius rei testes sunt confratres in Ranshouen *Albero celararius, Albertus plebanus in Geroltzperg, Siboto custos, Hainricus dictus de Chramnok, Hainricus plebanus in Pravnaw, Perngerus plebanus in Hœrtenperg, Fridericus plebanus in Noua ecclesia sacerdotes, Chunradus de Planchenpach dyaconus, Magister iohannes canonicus in Ótinga, dominus ch. uiceplebanus in Puchchirchen, wolchunus notarius ipsius domini wernhardi, dominus alramus de vttendorf, dominus Otto de planchenpach, dominus Vlricus miles de Seifritstorf, Hainricus zolnerius de Purchusa, anwicus gener suus, Hainricus Harderius, Fridricus sueuus, ciues de praunaw, wernhardus caupo, otto pellifex* et alii quam plures. Acta sunt hec in capitulo nostro *Ranshouensi* Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, Idibus septembris.

Aus einem Perg.-Codex Sæc. XIV. in der k. baierischen Staatsbibliothek.

DXV.

1277. 8. December. Griezpach. — *Heinrich, Herzog von Baiern, bestätigt die der Kirche und dem Hause des heiligen Ägid zu Passau verliehene Mautfreiheit zu Linz.*

Heinricus dei gratia Palatinus Comes Rheni, Dux Bawarie Judici ac aliis Mutenariis in *Lintze* presentibus et successuris gratiam suam et omne bonum. Perspectis priuilegiis, que habuit et habet *domus ecclesie sancti Egidii Patauiensis* Ab illustri principe bone memorie *Liupoldo Duce Austrie* super libertate mute in *Lintze* pro victualibus vini et frumenti ac aliis necessariis eiusdem domus in aqua descendentibus et ascendentibus recognouimus eandem gra-

tiam libertatis ipsi Ecclesie et procuratori suo domino *Chunrado Plebano ibidem* ob salutem nostram et liberorum nostrorum et remedium animarum nostrarum et liberorum nostrorum et pie recordationis karissime vxoris nostre inuiolabiliter conseruandam. Precipimus igitur vobis districtissime iniungentes, ut ipsam ecclesiam et procuratores suos in subducendis et adducendis predictis necessariis non debeatis aliqualiter inpedire, sed ea sine qualibet exactione Mute transduci in ascensu et descensu dicti libere permittatis. Datum in *Griezpach* anno domini M. CC. LXXVII. In Crastino Octave beati Andree apostoli.

Mon. boic. XXIX. II. 294.

DXVI.

1277. — *Mehrere Edle Österreichs bezeugen dem König Rudolph, dass Ulrich von Lobenstein den Flecken Ottenschlag vom Herzoge Friedrich zu Lehen erhalten und ihn seit mehr als 30 Jahren innegehabt, König Ottakar aber demselben dieses Lehen widerrechtlich entzogen habe.*

Gloriosissimo ac Semper inuictissimo Principi Domino *Rudolpho Dej gratia Romanorum Regi* et Semper Augusto Dominus *Hadmarus miles de Sůnberch*, Dominus *Heinricus de Travvn*, Dominus *Vlricus de Cappella*, Dominus *Wichardus de Polnhæim*, Dominus *Otto de Volchenstorf*, Dominus *Arnoldus de helfenberch albus Castor*, Dominus *Poppo de Reichenstain*, *Poppo de grúnburch* et *Hæinricus de lonstorf* tam et prompte quam debite reuerentie famulatum. Cum ex uestra regali maiestate per gratiam specialem super iure nobilis virj Dominj *vlricj de lobenstain*, quod habet in villa *Ottenslage*, que *Ridmarchie* adiacet, in pascuis et in Siluis, in nos sit tamquam in arbitros compromissum, Excellentie vestre laudabili caucione iuratoria intimamus, quod Dominus *Vlricus* prenotatus a viridi nemore fundauit (sic) et in feodo a Principe *friderico* pie recordationis scilicet jllustrissimo duce *Austrie* ad triginta annos et amplius villam cum omni iure habuit prenotatam, quoad vsque Serenissimus *Rex Bohemie* eandem villam sibi potenter non suis meritis exigentibus vsurpauit. Ne igitur huiusmodi processus possit in dubium reuocarj, presentem litteram nostrorum Sigillorum munimine Consignatam conscribi fecimus vobis et vestris posteris in testimonium predictorum. Datum Anno Dominj M? CC. LXX? septimo.

Strein, genealogische Handschriften im ober-ensisch ständischen Archive zu Linz.

DXVII.

1277. Lambach. — *Heinrich, Abbt von Lambach, schenkt mit Einwilligung seines Conventes Herrn Alber von Puchheim ein Gut zu Plankenfeld.*

Nos *Henricus Dei gratia Ecclesie Lambacensis Abbas* protestamur praesentibus literis vniuersis praesentibus et futuris hanc nostram literam inspecturis, Quod nos de communi consensu et favore conventus nostri praedium Ecclesie nostre situm in *Planchenuêl D. Alberoni de Puchheim* simulque omni posteritati eiusdem libere et absolute perpetuo condonauimus pro sua videlicet pecunia X. talentis. Ut autem haec donatio nostra incommutabilius perpetualiter perseveret, praesentem litteram sigilli conuentus et nostri appensione sub testibus subnotatis pro testimonio duximus consignandum. Testes sunt Dominus *Gerungus de Pucheim, Dominus Heinricus de Stylle, Otto de Otenage, Chunradus Hartmvcel, Chunradus de Perental, Henricus Fuesmatel, Wilhalmus et Werenherus dicti Puschz, Chunradus et Otto et Wernherus fratres von dem Puch, Ditmarus de Puerawe, Siboto et Otto de Samaringo, Hugo in foro, Vlricus Officialis de Hatenperige, Witigo scriba* et alii quam plures. Datum in *Lambach* anno Domini M° CC° LXXVII.

Orig. auf Perg. mit Siegel im k. k. geheimen Hausarchive. — Ludewig, Reliqq. IV. 263.

DXVIII.

1277. — *Friedrich, Abbt zu Garsten, verleihet dem Heinrich Rausch den Zehent der Neugereute und zwei Zehenthäuser zu Langstein und Eibenperg als Leibgeding.*

Nos *fridericus dei gratia Gerstensis ecclesie Abbas* et conuentus presentibus litteris protestamur, quod decimam noualium, quam *Trautmannus* diebus suis habuerat, et duas domos decimales In *langstain* vnam et In *Eibenperg* alteram ad nullam decimam pertinentes locauimus *Heinrico dicto Rausch* et vxori sue *Methildi* et *Elysabeth* nate sue ad solos dies ipsorum ita, quod post eorum trium obitum ad ecclesiam libere revertantur Ac Interim Triginta denarios In Natiuitate beate virginis omni anno persoluant ecclesie In signum locacionis predicte. In cuius rei etc. Testibus Subnotatis. Datum anno domini M° CC. LXX. septimo.

Aus einem gleichzeitigen Pergament-Codex des Stiftsarchives Garsten.

DXIX.

Circa 1277. — *Friedrich, Abbt von Garsten, verleiht Herrn Otto von Fransen fünf Häuser um Traun zu Leibgeding.*

Nos *fridericus dei gratia Gerstensis ecclesie Abbas* et conuentus presentibus litteris protestamur, quod instante nobis necessitate penurie temporalis per desolacionem a bohemis peractam quinque virorum residencias In *viting* tres et *super haida* vnam et *althamarij* quintam circa *castrum Trunam*, que soluerunt nobis septem solidos annuatim, Domno *ottoni de fransen* et vxori sue domne *Elysabeth* et *Dietmaro* suo genero nec non et sue coniugi *Offemye* locauimus pro frumento ad dies ipsorum quatuor tali iure, quod ipsi, qui pro tempore fuerint, In Natiuitate beate virginis triginta denarios nobis singulis annis persoluere teneantur ad manus officialis nostri de *perbind* in signum iuris antea nominati, et post mortem quatuor personarum ipsarum dicta bona redeant ad monasterium pleno iure ita, quod ad nullum heredem ipsorum uel personam extraneam transeat Jvs premissum omni occasione remota. In cuius rei etc. Testibus subnotatis.

Aus einem gleichzeitigen Pergament-Codex des Stiftsarchives Garsten.

DXX.

1278. 26. Jäner. Ror. — *Revers des Leo von Aichberg an das Kloster Ranshofen, das Gut zu der Linden bis Maria Geburt in baulichen Stand zu setzen.*

Ego *Leo filius Leonis de Aichperch* Notum facio universis, quod ex nunc festo Nativitatis beate Marie debeo predium *datz der Linten* in plenam culturam reducere in edificiis seu in agro, Alioquin iure meo in ipso predio sum privatus ab *Ecclesia Ranshovensi* et a preposito eiusdem loci. Debeo etiam singulis annis a dicto predio, sive sit cultum vel incultum, dare in nativitate S. Marie LX. denarios Wiennensis monete Ecclesie pretaxate et quatuor Caseos et interesse placito in *Ror* sicut ceteri, qui sunt a preposito prenotate Ecclesie infeodati feodis quibuscunque. Hec predicta cum neglexero, nisi legitima obstante causa, similiter sum privatus eo iure, quod habeo in predio sepe dicto, et erit integraliter ipsum predium *Ecclesie Ranshovensis:* sed cum servitium videlicet LX. denariorum, ut est dictum, persolvero dicte Ecclesie, ipsum predium erit uxoris mee et filiorum

meorum. Tamen hereditatem recipiant, ut est solitum, a preposito Ranshovensi et tunc tenentur omnia facere de ipso predio, que feci, alioquin eandem penam privationis eiusdem debent incurrere predii pro negligentia sicut ego. Ne autem hec per me vel meos successores valeant vel debeant immutari quoquam modo in gravamen vel iniuriam *Ecclesie Ranshovensis,* presentem literam sigillis Domini *Gundachri de Storichenwerch* et Domini *Jænslini de Ror* firmiter roboratam predicte Ecclesie dedi in testimonium et cautelam. Huius rei testes sunt Dominus *Chunradus de Osterna, Fridericus Suevus de Braunau, Gundachrus officialis in Ror, Hainricus de Ranshoven filius Magistri curie ibidem, Wachunus in Ror* et alii quam plures. Acta sunt hec Anno Domini M. CC. LXXVIII. in *Ror* jn die Policarpi coram Domino *Chunrado preposito in Ranshoven* et Domino *Friderico Capellano suo dicto de Chigilbuch.*

Mon. boic. III. 343.

DXXI.

1278. 30. Jäner. — *Otto und Albert, die Söhne Albert's von Jahendorf, beurkunden, dass sie Wernharten von Muring alles das Recht an dem Hofe genannt an dem Felde abgetreten haben, welches Ulrich im Felde von ihrem Vater besessen.*

Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod nos *Otto et Albertus filii domini Alberti de Jahendorf* habito consilio nostrorum amicorum omne ius, quod *Vlricus dictus in Campo* a patre nostro possidebat in Curia dicta *an dem Velde, Wernhardo de Múringe* libere dedimus et donamus. Et ut hoc ratum et inconuulsum permaneat, presentem litteram conscribi fecimus Sigillorum patrini nostri *Ottonis de Jahenstorf* et auunculi nostri *Vlrici de Leubolfinge* et *Alberti Chlosnarii* munimine roboratam cum testibus subnotatis, qui sunt hii: *Albero dictus Waller, Perichtoldus de Haidendorf, Altmannus de Leubolfinge* auunculus noster et alii quam plures. Datum anno domini M° CC° LXXVIII° III° Kalendas Februarii.

Aus einem Pergament-Codex Sæc. XV. im Stiftsarchive zu St. Florian.

DXXII.

1278. 24. Februar. — *Berthold von Tannberg schenkt dem Kloster Wilhering die Güter Opretsberg und Bircheh für die Seelenruhe seiner Eltern.*

Ne gestarum rerum obliuio aut longa temporis decursio tollat memoriam, solent facta hominum perpetuo duratura voce testium et

scripturarum apicibus perennari. InNotescat ergo presentibus et futuris, quod ego *Berhtoldus de Tanneberch* nullius adhuc heredis possessionis, immo vxore carens contuli et delegaui *ecclesie Sancte Marie virginis in Wilhering* pro remedio anime patris mei domini *Pilgrimi* et matris mee ibidem sepulte possessionem meam in *Oprehtsperg* videlicet Curiam et feodum, que possessio me contingebat ex parte predicte matris mee et ex parte domini *Manigoldi de Wesenberch* aui mei titulo proprietatis liberaliter perpetuo possidendam. Cum igitur memorata possessio a predicto auo meo domino *Leutoldo prvschinchoni* pro quatuordecim talentis fuerit obligata, dedi et contuli predicte ecclesie et fratribus ibidem aliud feodum iuxta *Wolfstein*, quod dicitur *in dem Bircheih*, similiter possidendum liberaliter cum pleno consensu fratris mei *Chunradi*, ad quem idem feodum pertinuit, sicut et ad me, ut predicti fratres supradictam possessionem cum propria pecunia de prefato *prvschinchone* redimant et resoluant. In Cuiūs rei testimonium et certam euidentiam predictis fratribus dedi presentem cedulam voce testium et sigilli mei munimine roboratam. Sunt ergo huius donationis testes dominus *Wernhardus et Heinricus de Schōnberch germani fratres, Hærtnidus et furtarius* (sic) *Chunradus, Otachorus milites predictorum dominorum, Heinricus de Etzleinperge, Rugerus et Vlricus filii sui, Otto de Emling, Chunradus de Justingen, Chunradus de Chrencing, Rugerus de Stein, Albero Chreiner, Weicherus et Wernhardus fratres de Hegling, Christanus* et alii quam plures. Datum et Actum Anno domini M. CC. LXXVIII. Mathye apostoli.

Orig. auf Perg. mit den Siegeln beider Brüder. Stiftsarchiv Wilhering. Stülz, Wilhering 546.

DXXIII.

1278. 17. März. Passau. — *Wernhart Graf von Löwenberg urkundet, dass er aller Feindschaft gegen den Bischof von Passau, der seine Vesten Katzberg und das untere Morspach gebrochen, entsagt habe.*

Nos *Wernhardus Comes de Lewenberch* presentis scripti testimonio notum facimus vniuersis, quod, licet contra Reuerendum in Christo patrem et dominum nostrum *Petrum venerabilem Pataniensem Episcopum* et Ecclesiam Pataniensem rancorem quendam et discordandj materiam habere videremur pro eo, quod idem dominus noster Episcopus Castra, videlicet *Morspach Inferius* et *Chatzperch* nobis

attinencia feudj ratione, dinoscitur confregisse; quia tamen idem dominus Episcopus generosum semper se nobis exhibet et benignum, omnem rancorem et actionem, si quam habuimus uel uidebamur habere super premissis et aliis quibuscunque contra ipsum et Pataniensem Ecclesiam supradictam, remisimus simpliciter et in totum ita, quod nos ac heredes nostri nunquam de cetero sibi aut Ecclesie Patauiensi mouebimus de huiusmodi questionem. In cujus rei testimonium presentes damus litteras sigillj nostri robore communitas cum testibus subnotatis, qui sunt hij: *Dominus Wichardus Tumprepositus, Dominus Otto Decanus Ecclesie Patauiensis, Hainricus de Radek, Hainricus de Hoholtinge* Milites, *Pergerus filius noster* et alij quam plures. Actum et Datum *Patauie* Anno domini M. CC. LXXVIII. XVI. Kalendas Aprilis.

Mon. boic. XXIX. II. 528.

DXXIV.

1278. 18. April. Ranshofen. — *Tauschvertrag zwischen dem Propste Chunrat von Ranshofen und Heinrich Sträler von Merental um Güter in den Pfarren Hadershofen und Halsbach.*

Nos *Chunradus* dej gratia Prepositus Totusque Conuentus Ecclesie *Ranshouensis* omnibus christi fidelibus cupimus esse notum, quod predium nostrum dictum *daz den Humbeln* situm aput flumen *zauchach* in Ecclesia *Hædershouen* integraliter ius nostre possessionis et proprietatis dedimus in predio prenotato de conmunj consensv nostrj Capituli sev fauore *Hainrico Strælerio dicto de Merhental* eo pacto, quod de ipsa donatione ipso Strælario uere possessionis titulum perhibemus. nostre Ecclesie dictus Strælerius dedit pro concambio dictj nostri predij dimidiam curiam in *perhaim* dictam in Ecclesia *halspach Bavarie* sitam. Ne autem hec nostra donatio per nos uel nostros successores possit aliqualiter permutarj, presentem litteram sigillis nostris Capituli et Prelatj firmiter roboratam pretaxato strælerio dedimus in testimonium ac cautelam. Acta sunt hec anno dominj M°. C°. C°. LXX°. VIII°. XIIII. k. maj. in Ecclesia *Ranshouensi*. Huius rej testes sunt *dominus Otto miles in Strazz, chunradus judex in purchusa, Fridericus sweuus de praunauwe, Ainwicus frater prepositj Ranshouensis, Richerus de Stedeln, in wilhardo Richerus, wernherus de pirchperch, Gerhardus de prato,*

chunRadus de haselrevt, hainricus de arnstet et duo Friderici ibidem et alij quam plures fide digni.

Orig. auf Perg. mit zwei Siegeln im Stiftsarchive Garsten.

DXXV.

1278. 19. Mai. Garsten. — *Friedrich, Abbt von Garsten, verleihet dem Herrn Wernhart von Lerpühel das Gut an der Öd bei Cherpach.*

Nos *fridericus dei gratia Gerstensis Ecclesie Abbas* et Conuentus presentibus litteris protestamur, quod domno *wernhardo de Lerpúhel*, vxori sue ac omnibus heredibus suis eorundem predium nostrum *an der Oed iuxta Cherpach* locauimus iure perpetuo possidendum. Qui dictus *wernhardus* vel quicunque suus heres dictum iam predium pro tempore habuerit, LX. denarios conswete monete in Natiuitate beate virginis Monasterio nostro per manus officialis nostri de *perbind* inde persoluat, sed XXX. denarii de premissis proueniunt de quodam alio predio, quod idem prefatus *W.* et progenitores ipsius ab Ecclesia diu antea possiderunt (sic). Quod si pretaxatum censum uidelicet denariorum XXX. prescripto termino persoluere neglexerint, tunc semper ad XIIII. dies, donec sex perficiantur ebdomade, ad penam LX^{a} denariorum supercrescant, sed si vltra in persoluendo fuerint negligentes, quod tunc iuris sententia dictauerit, subsequatur, nec ad manus alienas extra hereditatem ipsorum sine nostris manibus nullatenus transeant predia memorata. In cuius rei testimonium presentes litteras sibi damus nostrorum sigillorum munimine roboratas. Datum in *Gersten* Anno domini M^{o} CC^{o} LXX° VIII° XIIII° kalendas Junij.

Aus einem gleichzeitigen Pergament-Codex des Stiftsarchives Garsten.

DXXVI.

1278. 14. Juni. Regensburg. — *Heinrich, Bischof von Regensburg, verkauft alle um Mondsee gelegenen Besitzungen an den Erzbischof von Salzburg.*

Nos *Heinricus dei gratia Ratisponensis Ecclesie Episcopus* omnibus in perpetuum. Veterum prudentia, quicquid memoria dignum censuit, posteris relinquendum, ne successive labentis etatis absorberet oblivio, Scripturarum testimonio veluti mentis et memorie Sigillo fideli et stabili perhennavit, ut contractus, gesta et negotia mortuorum, dum per superstites releguntur in scriptis, quasi facta

noviter reviviscant et vetustas antiquorum actuum recentem induat novitatem. Sane cum ad onuste sarcine gravitatem, qua Ratisponensis Ecclesia ex difficili et immenso debitorum pondere per dominum *Leonem predecessorem nostrum* felicis recordationis olim Ratisponensem Episcopum pro sua et Ecclesie sue stricta et evidenti necessitate rationabiliter contractorum premebatur, insustentabiliter onerata, juste considerationis intuitum verteremus et videremus aperte, quod ex novis usurarum et obstagiorum dampnis occasione dictorum debitorum cottidie accrescentibus Ecclesia Ratisponensis incurvata ad Casum, si celeri ei non consuleretur auxilio, lapsum irrecuperabilem minaretur, Vigili et deliberato consilio decrevimus pro redemptione Ecclesie nostre ac exoneratione debitorum premissorum universos Redditus Ecclesie Ratisponensis sitos circa *Maense* vendere et in numeratam pecuniam venditos commutare. De communi itaque et concordi voluntate, permissione et consilio et consensu totius nostri Capituli nec non Consiliariorum nostrorum specialiter juratorum Reverendo in Christo patri domino *Friderico sancte Salzburgensis Ecclesie Archiepiscopo*, apostolice Sedis Legato et Ecclesie sue universas et singulas possessiones nostras et Ecclesie nostre simul cum hominibus circa Maense situatas tam in foro quam extra in pratis, in hortis, areis, agris, pascuis, nemoribus, silvis, venationibus, piscariis, exitibus et redditibus, in purchstallis et generaliter cum omnibus juribus et pertinentiis cultis et incultis, quesitis et inquirendis, que vel quas usque ad hec tempora Ratisponensis Ecclesia de jure possedisse dinoscitur ab antiquo, quarum quidem possessionum omnium ex partibus particularibus summa universalis elicita crevit in numerum denariorum monete Salzburgensis tringinta duarum librarum et quadraginta trium denariorum reddituum, quemadmodum coram dicto venerabii patre Salzburgensi Archiepiscopo suoque consilio nec non fidelibus nostris *Magistro Chunrado Curie nostre notario* et *Ulrico milite de Pünchoven Vicedomino nostro* procuratoribus nostris legitimis *Salzburgam* ad taxandum et inquirendum sepefatos redditus tunc cum pleno mandato a nobis missis sub protestatione et religione iurisjurandi eorum, quibus tamquam fide dignis erant dicte possessiones plene cognite, exacte ac diligenter inventa exquisita extitit et taxata et sicut alias libellus prediorum continet sigillatim, ex qua quidem summa duarum librarum redditibus venerabili Salzburgensi Capitulo gratis a nostra liberalitate donatis sibi

per ipsum dominum Archiepiscopum assignandis partem residuam vendidimus, dedimus et tradidimus pro boni et puri argenti ad pondus Salzburgense marcis ducentis et undecim certis et pollicitis terminis nobis integraliter persolutis videlicet cujuslibet libre redditibus pro argenti marcis septem Salzburgensis ponderis comparatis, modio siliginis pro sexaginta et avene pro triginta denariis, piscibus et aliis victualibus omnibus secundum suum valorem rationabiliter estimatis adjuncto, quod omnes et singulos redditus, quos subsequenter per scrutinii et inquisitionis future indaginem invenire quiverimus, sub ejusdem fori tenore eidem domino nostro Archiepiscopo et Ecclesie sue vendere tenebimur et presentibus pollicemur salvis nobis juribus infra scriptis, que in contractu emptionis transire nolumus ullo modo videlicet jure presentandi abbatem in Maense, homagiis et infeudationibus antiquis et perpetuis, quas Ratisponensis Ecclesia a priscis temporibus facere consuevit, salvisque nobis hominibus nostris nobilibus, hoc est militibus et personis militaribus, quos popularibus et inferioribus omnibus et singulis in Contractus Venditionem transeuntibus Ecclesie nostre propter honestatem publicam reservamus. Ne autem hujus venditionis seu emptionis seu solutionis pecunie, quin immo pagationis nobis facte dubium apud quospiam presentes vel posteros oriatur et ut res gesta perpetuo robore perseveret, presentem conscribi paginam et Sigillis sepedicti domini Salzburgensis Archiepiscopi, Capituli ipsius Salzburgensis Ecclesie, nostri et Capituli nostri placuit roborari pro evidenti testimonio et cautela et sunt testes *dominus Dietmarus venerabilis abbas sancti Petri Salzburgensis, dominus Hainricus abbas Monasterii ad montem, Magister Wülvingus de Stubenberch doctor decretorum, dominus Chunradus plebanus de Müldorf, dominus Gebolfus Canonicus Salzburgensis, frater Andreas Vicedominus Salzburgensis et fideles Salzburgensis Ecclesie Chuno de Gutrat dapifer Curie Salzburgensis, Chunradus de Aichheim marscalcus, Ulricus de Radek, Hainricus de Harschirchen, Gotschalcus de novo Castro, Ulricus de Wispach, Johannes, Ulricus et Hainricus Curie Salzburgensis notarii, item dicti confratres nostri Chunradus de Lupurch venerabilis prepositus Spaldensis, Magister Gundacarus Scolasticus Ecclesie nostre, Ulschalcus Comes de Eschenloh, Chunradus et Philippus nostri notarii, Ulricus de Pünchoven Vicedominus noster et Rudigerus de Isninge milites nostri* cum

aliis quam pluribus fide dignis. Datum *Ratispone* anno domini 1278, XVIII. Kalendas Julii.

Ried, Cod. Ratispon. I. 551.

DXXVII.

1278. 22. Juni. Spital. — *Berhtold, Bischof von Bamberg, schenkt dem Spital am Pyhrn alle ihm zustehenden Güter und Rechte vom Einfluss der Mutnich in den Tanbach und vom Einflusse der Mosernich in den Tanbach.*

Nos *Berchtoldus dei gratia Babenbergensis episcopus* protestantes profitemur presencium per tenorem et scire volumus vniuersos, quod nos ob diuine remuneracionis meritum et propter fidelia seruicia a dilecto fideli nostro *Chunrado hospitalario Pirnumontis* nobis et nostre ecclesie exhibita et in posterum exhibenda super aram sancte Marie virginis *hospitalis ecclesie* omnia bona cum suis iuribus nobis conpetentibus in eisdem bonis cultis et incultis, quesitis et inquirendis cum nemoribus et foresta a loco illo, vbi fluit *fluuius Muetnich* in *fluvium Tanpach* ex una parte, ex alia vero, vbi *fluvius Mosernich* defluit in eundem *fluuium Tanpach*, secundum descensum pluvialis aque ex utraque parte moncium a terminis nostre ecclesie concurrentibus ad terminos *Admuntensis ecclesie* donauimus et legauimus pleno iure. In cuius rei testimonium et stabilem firmitatem presentes litteras scribi iussimus et nostri sigilli robore insigniri. Huius rei testes sunt *Chunradus et wernhardus nostre curie cappellani et notarii, vlricus dapifer de Neuuensdorf, Luduuicus de chlamstein, Berchtoldus vochenperger, Chunradus de algersdorf, Chunradus filius Brunwardi* et alii quam plures. Datum et actum *in hospitali Pirnimontis* anno domini millesimo, ducentesimo, septuagesimo octauo, decimo kalendas julij.

Orig. auf Perg. mit Siegel. K. k. geheimes Hausarchiv.

DXXVIII.

1278. 24. Juni. Atersee. — *Berthold, Bischof von Bamberg, bestätigt die Freiheiten des Klosters Aspach, namentlich, dass dessen Unterthanen in den bambergischen Wäldern im Atergau und am Hönhart Holz schlagen, Ehen mit den bambergischen Hintersassen schliessen können etc.*

Berhtoldus dei gratia Babenbergensis Ecclesie Episcopus Vniuersis christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem et sinceram in domino karitatem. Cum auctoritate canonis,

que infirmari possunt, precaueri debeant, Cautum est, ut ad modernorum memoriam et noticiam futurorum, que fideliter inter bonos aguntur, scripture testimonio conmendentur. Notum igitur esse uolumus uniuersis, ad quos tenor peruenerit huius scripti, quod dilectus nobis in christo *Wernhardus honorabilis Abbas Monasterii Sancti Mathei in Aspach* a predecessoribus nostris fundati dyocesis Patauiensis ex parte sui eiusque conuentus efficaciter proposuit coram nobis, quod Monasterium ipsius tam in hominibus suis quam in bonis infra districtus nostros uel prope existentibus per officiales nostros nec non aduocatorum iudices libertatum et iuris, quibus a predecessoribus nostris fundatoribus loci eiusdem priuilegiatum fuerat ab antiquo, sit fere solatio destituta. Proposuit etiam, quod priuilegia super hoc edita et conscripta in exustione ipsius Monasterii essent per incendium consumata (sic) et hoc se exhibuit cercius probaturum, petens humiliter et deuote, quatenus cum propter deum tum propter iusticiam, tum etiam quod dictum Monasterium in *Aspach* ab *ecclesia Babenbergensi* per nostros est predecessores fundatum, sibi dignaremur super propositis consulere et auxilium impertiri. Cum igitur ex iniuncto a deo officio omnibus piis locis et maxime illis, que a predecessoribus nostris sunt fundata, subuenire et paterna sollicitudine eorum indempnitati consulere, ut in statu bono et debito conseruentur, cercius teneamur neve ad dissolutionem suarum libertatum uergant sumopere precauendo. Cognito de ueritate, quod priuilegia predecessorum nostrorum, libertates, iura et beneficia collata continentia sunt exusta, habita insuper inquisitione studiosa per multos ydoneos, honestos, fide dignos, maxime ecclesie nostre homines de infra scriptis iuribus Monasterii similiter sufficienter instructi legitimis documentis dignum estimauimus atque iustum nos debere predecessorum nostrorum uestigia imitari, dict o loco iura et libertates ab ipsis collata diligentius conseruando. Propositum itaque existit coram nobis iusticia mediante, Quod homines in bonis Monasterii *Aspacensis* residentes tam in *Atergev* quam circa *Hönhart* quam etiam circa Hofmarchiam in *Ering* in siluis nostris et in nemoribus sev in foresta omni usu et iure gaudere debent, quo et nostri et sub eadem annalis seruicii pensione. Preterea si homines ecclesie nostre in possessionibus dicti Monasterii fuerint instituti, quamdiu ibi residere uoluerint, officiales nostri eos inde non debent reposcere nec in eis medio tempore ius aliquod aut seruitium usur-

pare, sed idem ius circa homines ipsius in bonis ecclesie nostre institutos nobis est per omnia reseruandum. Ceterum homines de familia ecclesie nostre licite possunt cum familia Monasterii matrimonia contrahere et econuerso nec ex hoc incurrere debent penam aliquam siue bannum nec etiam ob hoc debent ab officialibus utrinque aliquatenus prohiberi. Insuper si ex parte Monasterii possessiones alique, quarum proprietatis titulus nostram respicit ecclesiam et uulgariter dicitur *Inwertaigen*, fuerint conparate uel per modum donationis sev ex testamento alicuius ad ipsam deuenerint, auctoritate nostra et ecclesie nostre ad ius et proprietatem ipsius Monasterii transient ipso facto. Uerum si dictus Abbas in bonis sui Monasterii uel hominibus per aduocatum suum aut iudicem ipsius seu alium quemcunque contra deum et iusticiam fecerit quocunque modo grauatus, iniuriam et offensam ipsius reputare debemus quasi nobis et ecclesie nostre illatam sibique satisfactionem petere, dummodo nos duxerit requirendos. Volentes igitur thesaurum inestimabilem per fundationem et promotionem piorum locorum, in quibus cultus diuinus deuocius frequentatur, per nostros predecessores sollicite comparatum, quantum deus dederit, conseruare, omnes libertates et iura sev beneficia prescripta dicto Monasterio in *Aspach* auctoritate nostra et ecclesie nostre renouamus, conferimus et plene concessionis robore confirmamus, promittentes pro nobis et ecclesia nostra omnia et singula supradicta perpetuo firma et rata habere et tenere et non contrafacere uel uenire per nos uel per alios aliqua ratione uel causa, arte uel ingenio, de iure uel de facto jpsumque monasterium predicta iura auctoritate nostra ex nunc constituimus possidere. Et licet huiusmodi concessionem et confirmationem fecerimus propter deum et iusticiam, ad hoc tamen plurimum nos induxit, quod idem Abbas suique antecessores nobis et ecclesie nostre multa grata seruicia exhibuit et semper poterit exhibere. Vt autem omnia et singula supradicta perpetuum robur firmitatis consequantur, presentem cartam super editam et conscriptam sibi suoque Monasterio dedimus nostro Sigillo munitam. Huius autem facti nostri Testes sunt *Chunradus decanus ecclesie Sancti Stephani in Babenberg*, *Chunradus decanus in Schyrolving*, *Chunradus et Wernhardus capellani et notarii curie nostre*, *Chunradus de veltpach plebanus in Ering*, *Alramus de Aterse*, *Chunradus hatzmvzel*, *Chunradus de Alkerstorf*, *Berhtoldus de vokkenberg*, *Tyrolfus de Osterhoven*, *Vlricus*

dapifer noster dictus de Newenstorf Milites, Chunradus Cizeman officialis noster in Aterse, Gebhardus de veltpach, Fridericus de Frankenburch, Fridericus phnurto, Fridericus de Alkerstorf. Engelscalcus de Hag et alii quam plures fide digni. Datum in *Aterse* anno domini M. CC. LXXVIII. VIII. Kalendas julij.

Orig. auf Perg. mit Siegel im k. baierischen Reichsarchive. — Hund-Gewolt (edit. Monac.) II. 115. Mon. boic. V. 168.

DXXIX.

1278. 25. August. — *Chunrat, Propst zu Ranshofen bezeugt, dass er die Urkunden über Rechte und Besitzungen seines Klosters in ein eigenes Buch habe zusammenschreiben lassen.*

Anno domini millesimo CC°. LXXVII. Sequente die post festum beati Bartholomei apostoli, quod fuit in secunda feria, Ego *chunradus* miseracione diuina eligebar canonice et conmuniter in prepositum huius loci uidelicet *ecclesie ranshovensis.* Feci diligenter in anno sequenti scribere hunc libellum, in quo continentur omnia priuilegia huius ecclesie, que per singulos rubrice titulos poterunt a legente plenius inuenirj. Continentur etiam in ipso libello omnia predia huius ecclesie de omnibus nostris officinis positis longe siue prope siue per emptionem sev per remedia a quacunque persona eadem predia habeamus. Ecclesie, in quibus ipsa nostra predia diuersimode sunt locata, per rubricam in margine sunt expresse, ut per ecclesias breui inquisicione quodlibet predium in illa uel in ista ecclesia collocatum a legente poterit citius inueniri. Spacia igitur in lineis sunt obmissa, ut, si qua predia in eisdem ecclesiis uel alias prouenerint huic loco, quod ea predia habeant amplum spacium inscribendi. Sunt et ibi uinee, quas habemus in *Austria* et quibus sumptibus annuatim ipse vinee excolantur necnon quibuscunque de ipsis uineis sit soluendum et a quibus nobis ipsum ius ciuile debeat nobis (sic) soluj. Volens, consulens atque rogans meos sequentes, ut et ipsi eo modo sua gesta, (sic) ne eorum negotiatio detur in obliuionem posterorum.

Aus einem Pergament-Codex Sæc. XIV. in der k. baier. Staatsbibliothek.

DXXX.

1278. 5. November. — *Heinrich von Hage bezeugt, dass er mit Gunst des römischen Königes als Lehensherrn an Ulrich von Lobenstein das Haus Würtenstein etc. verkauft hat.*

In dem Namen des fron Gottes Amen. Wür *Hainrich von Hage* verjehen Ann dissen brieff, das wür vnsser Hauss zu *Württenstein* Herrn *Vlrichen von lobenstein* Vnd was darzue gehört aufgegeben Haben vor dem gewaltigen *Khönnige von Romwe* Vnd ers jm vnd seinen Erben gelihen Hat nach vnsser bette vnd nach vnsserm willen. Sit aber das vnsser geberst nit allein vmb dasselbe Haus, Sonder vmb mer guetes wass, So vergeh wür in auch an dissen brief, das wür jhm vnser *Aigen das Elss* vnd *das dem Crekhengers* Haben gegeben williglich vnd bedachtlich vnd alss darzue gehört versuecht vnd vnuersuecht, ze holczs vnd ze uelde vnd wellen vnd sollen wir Vnsser brueder der *Chonradt von Hage* jm es schermb Herrn *Vlrichen von lobenstein* Vnd seinen gerben, als Aigens rechte ist. Vnd dass dise (rede) Stett beleibe vnd vnuerkhert, So gebe wür jhm dissen brief mit vnserm jnsigl vnd vnssers brueders jnsigel Herren *Chvnraden von Hage* vnd ander Vnsser freund Vnd vnser gnosse disen auch gezeugen seind, das seidt die Herr *Chonradt von Harthaim*, Herrn *Bernhardt von troun*, Herr *Hainrich von lonstorff*, Herr *Marquardt von Prettehoven*, Herr *Eberhardt von Tobel*, Herr *Hainrich von Ode*, Herr *Ott von Stainbach*, Herr *Otto von Vronssen Ritter, durinch von Altenhouen, Marquardt Streittwys, Vlrich der Richter von lincze, Vlrich der Richter von ottenshaimb, Vlrich der Amman von lobenstein knechte.* Anno dominj 1270 octauo Nonas Septembris.

Strein, genealogische Handschriften im obderensisch ständischen Archive zu Linz.

DXXXI.

1278. 29. November. Linz. — *Heinrich, Herzog von Baiern, bestätiget die Immunität des Klosters Wilhering, dessen Mautfreiheit und die Erlaubniss ein Talent Salzes über das Bedürfniss einführen zu dürfen.*

H. dei gratia Comes palatinus Reni, Dux Bawarie Omnibus Mutariis et Jvdicibus suis iuxta Danubium constitutis gratiam suam et omne bonum. Noueritis nos priuilegia Fratrum in *Wilheringen*

a *Friderico quondam duce austrie* pie memorie nostro antecessore donata perspexisse et tenorem subnotatum in eis invenisse. *Fr. dei gratia Dux Avstrie et Stirie et dominus Carniole* Omnibus Mutariis et Jvdicibus suis ivxta Danubium constitutis Graciam suam et omne bonum. Cum iuxta solitam progenitorum nostrorum pietatem honorare debeamus ecclesias et ecclesiasticas personas, in quarum honore deus honoratur, specialiter tamen dilectorum nostrorum abbatis et conuentus in Wilheringen inmunitatem et libertatem ipsis a progenitoribus nostris et a nobis indultam minuere nolumus, sed augere; Qva re fidelitati vestre mandamus sub optentu gratie nostre precipientes, quatenus gratiam, quam ex nostra concessione cum inmunitate hactenus habuerunt, conseruetis predictis Fratribus inconcussam Ita, quod in ducendis victualibus uel aliis rebus propriis ad vsus ipsorum pertinentibus tam in terris quam in aquis, in ascensu et descensu ab eis nichil penitus exigatis. Preterea talentum Salis maioris ligaminis sev ponderis transducendi semel in anno sine omni muta eisdem liberam concessimus facultatem, provisuri diligentius, ut illa ecclesia nunc et in posterum sic gaudeat de indulta sibi gratia, vt nos propter hoc aput deum digna recipere possimus premia meritorum. Nos vero proprie saluti providentes et meritorum dei seruos promouentium participes effici cupientes, predictam gratiam eisdem indulgemus et sigilli nostri robore confirmamus mandantes uobis ac districte precipientes, vt premissam eis gratiam et donationem inviolabiliter obseruetis. Datum in *Lintz* Anno Domini M°. CC°. LXXVIII° Tercio Kalendas Decembris.

Orig. auf Perg. Das noch vorhandene Siegel abgefallen. Stiftsarchiv Wilhering. Stülz, Wilhering 549.

DXXXII.

1278. 11. December. Linz. — *Heinrich, Herzog von Baiern, befiehlt seinen Mautnern zu Linz, das Kloster Wilhering in mautfreier Durchführung eines Talentes Salz über die Nothdurft nicht zu hindern.*

Nos *Heinricus dei gratia Comes Palatinus Reni, Dux babarie* tenore presentium profitemur, quod nos considerata et inspecta pia deuotione et religiosa conuersatione ecclesie et Conuentus de *Wilhering* ordinis Cysterciensis Conuentui et fratribus eiusdem ecclesie de nostre liberalitatis gratia concessimus et indulsimus, quod unum talentum salis ampli ligaminis apud *Lintz* sine omni exactione mute

annuatim licentiam habeant libere transducendi super quantitatem illius salis, quo singulis annis pro necessitate ad prebendam indigeat domus ecclesie supradicte. Mandantes vniuersis et singulis officiatis mvte nostre in *Lintz*, vt eandem gratiam et libertatem ipsi ecclesie et conuentui inperpetuum sine contradictione qualibet debeant inviolabiliter obseruare, maxime etiam, quia eadem gratia ab antecessoribus nostris freti sunt hactenus et gauisi, sicut in literis instrumentorum suorum obtentis a principibus Austrie didicimus euidenter. In cuius rei testimonium presens scriptum ipsis tradidimus et donauimus nostri sigilli robore conmunitum. Datum in *Lintz* anno domini M° Ducentesimo LXXVIII° Tercio Idus Decembris.

Aus einem Copialbuche des Stiftsarchives zu Wilhering. — Stülz, Wilhering 550.

DXXXIII.

1278. — *Die Brüder Berthold und Chunrat von Tannberg geben dem Kloster Wilhering das Gut Bircheich.*

Evanescere solent more fluentis aque facta hominum, nisi voce testium uel scripti memorie recipiant firmamentum. Ad Noticiam presentium et futurorum peruenire cupimus ego *Bertholdus et ego Chunradus germani fratres dicti de Tannberch*, quod ratum et gratum habere uolumus et presenti scripto confirmamus testamentum, quod bone memorie dominus *Pilgrimus* dedit et delegauit *Sancte Marie virgini in Wilhering* videlicet curiam et feodum in *Oprehtsperg* sita pro remedio anime sue et vxoris sue et liberorum suorum eternaliter possidenda. Cum igitur dicte due possessiones a domino *Manigoldo de Wesenberch* domino *Levtoldo prvschinkoni* pro quatuordecim talentis sint obligate, addidimus predicte domui et fratribus ibidem dando liberaliter possessionem nostram, quod (sic) dicitur *in dem Bircheich*, ut per hoc predium prefatam possessionem commodius redimant et resoluant. In Cuius rei testimonium presentem cedulam predictis fratribus dedimus voce testium et sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno domini M. CC. LXXVIII. Sunt autem testes *Heinricus de Etzleinsperg*, *Bilgerus et Vlricus filii sui*, *Otto de Emelingen*, *Chunradus de Justing*, *Chunradus de Chrencigen*, *Rugerus de stein*, *Albero Chreiner*, *Wernhardus de Hvn* . . . . et alii quam plures.

Orig. auf Perg. mit Siegel im Stiftsarchive zu Wilhering.

DXXXIV.

1279. 24. Februar. Ranshofen. — *Rupert von Wipping bekennt, dem Kloster Ranshofen den Hof Baumgarten an der Matich verpfändet zu haben.*

Ego *Rudpertus de Wipping* notum facio universis, quod cum bono consensu matris mee domine *Eue* et uxoris mee *Stephnei* et filie sororis mee *Chunegundis* obligavi predium meum in *Baumgarten* apud flumen *Maticham* situm *Ecclesie Ranshovensi* pro sex talentis ratisponensium antiquorum denariorum et proprietatem ipsius predii nemini vendere debeo nisi *Ecclesie Ranshovensi*, si mihi tantum dabit pro ipso predio sicut alter. Servitium ex Steura, que de dicto predio possunt medio tempore provenire, in solutione debiti non abnumerabo, quoniam eadem dedi pro remedio anime mee et parentum meorum prefate Ecclesie et fratribus ibidem Deo servientibus, ut eorum orationibus fiam particeps et mei antecessores. Ne autem dicti predii obligatio et ipsius Steure et servitii donatio per Ranshovenses vel per me et meos amicos et quoscunque successorum aliquo litigio, violentia sive dolo valeat immutari, presentem literam cum sigillis *capituli Ranshovensis* et Domini *Rafoldi de Blanchenpach* residentis nunc in *Praunawe* fideliter roboratam tradidi *Ecclesie Ranshovensi* in testimonium et cautelam. Acta sunt hec Anno Domini M. CC. LXXIX. in die beati Mathie Apostoli *in domo Ranshovensi*. Huius rei testes sunt *Wernhardus de Puvenhoven*, *Heinwicus de Otendorf* etc. Facta est hec obligatio per manum meam et uxoris et filie sororis mee.

Mon. boic. III. 344.

DXXXV.

1279. 15. März. Wien. — *König Rudolph bestätiget die von Kaiser Friedrich II. und Herzog Friedrich dem Streitbaren von Österreich dem Kloster Garsten verliehenen Privilegien in Hinsicht der Vogtei über dasselbe.*

Rudolfus dei gracia Romanorum Rex semper augustus Omnibus Imperpetuum. Accedens presenciam Regie Maiestatis honorabilis . . Abbas *Gerstensis* Monasterij quoddam priuilegium a diuo quondam *Friderico Romanorum Imperatore* predecessore nostro Monasterio suo concessum non abolitum, non cancellatum nec in aliqua sui parte uiciatum nobis exhibuit petens humiliter et devote, vt ipsum et ea, que continebantur in eo, de uerbo ad uerbum inclusa presentibus

confirmare de gracia Regia dignaremur. Cuius tenor talis est: In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. *Fridericus secundus* diuina fauente clemencia *Romanorum Imperator* semper augustus (wie 1248 im Monate Juni).

Nos igitur, quibus proprium est subiectorum fidelium emolimenta dirigere ac remediabiliter eorundem prouidere quieti, zelum deuocionis et fidei illibate, qua prefatus Abbas nomine *fridericus* honoris et glorie nostre Culmina studiosus amplectitur, graciosius intuentes deuotis suis supplicacionibus inclinati prefatam aduocaciam nobis et Imperio attinentem nobis et eidem Imperio more predicti *Friderici Imperatoris* nostri predecessoris attrahimus nostreque immediate subicimus potestati, Inhibentes omnibus, qui nominatim in scripto Illustris *friderici Ducis austrie* incluso presentibus sunt expressi, ne ipsi aut heredes eorum quicumque in aduocacia dicte *Gerstensis Ecclesie* jus aliquod inantea sibi vendicent aut usurpent, Quod si temere attemptare presumpserint, grauem nostre Maiestatis offensam se nouerint incursuros pena superius memorata nichilominus puniendi. Nulli igitur hominum, cuiuscumque condicionis aut status existat, liceat predictorum priuilegiorum tenores, quos huic nostro priuilegio insertos dicto *Gerstensi Monasterio* imperpetuum confirmamus, infringere uel eisdem in aliquo sub pena expressa superius ausu temerario contraire, Sicut indignacionem culminis nostri voluerit euitare. In quorum omnium robur et perennem memoriam presens scriptum Maiestatis nostre sigillo duximus roborandum. Huius rei testes sunt venerabiles *Fridericus archiepiscopus salzburgensis, P. Patauiensis, Jo. Chiemensis et wernhardus secouiensis Ecclesiarum Episcopi.* Illustres *Ludowicus Comes Palatinus Reni princeps noster, albertus et Johannes Duces Saxonie principes nostri karissimi, Fridericus Burchgrauius de Nurenberch* et alii quam plures. Signum domini *Rudolfi Romanorum Regis* Inuictissimi.

Actum et Datum *wienne* per manus *Magistri Gotfridi prothonotarij nostri* Idus Marcii, Indiccione VII^a^ anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo nono, Regni vero nostri anno sexto.

Orig. auf Perg. mit Siegel im Stiftsarchive zu Garsten.

DXXXVI.

1279. 1. April. Rom. — *Papst Nikolaus III. trägt dem Abbte von St. Peter und dem Dechant zu Salzburg auf, den Streit zwischen dem Kloster Reichersberg und Engelschalk von Lanzenkirchen wegen der Capelle zu Wolfgerstorf zu untersuchen und zu enden.*

Nicolaus episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis . . *abbati Monasterij sancti Petri* et . . *Decano Salzeburgensi* Salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis dilecti filij . . Prepositus et Conuentus *Monasterij sancti Michaelis de Richesperge* per Prepositum soliti gubernari ordinis sancti Augustini, quod *Englescalcus de Lancenkirchen* et *Heinricus* gener eius laici Patauiensis et Salzeburgensis diocesis super capella de *Volfgerstorf* quam ijdem Prepositus et Conuentus in proprios usus canonice se obtinere proponunt, quibusdam redditibus et rebus alijs injuriantur eisdem. Ideoque discretioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus conuocatis audiatis causam et appellatione remota fine debito decidatis facientes, quod decreueritis, per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante cogatis ueritati testimonium perhibere. Datum *Rome* apud sanctum Petrum Kalendis Aprilis, Pontificatus nostri Anno Tercio.

Orig. auf Perg. mit Blei-Bulle. Stiftsarchiv Reichersberg.

DXXXVII.

1279. 2. April. — *Hadamar von Wesen bezeugt, dem deutschen Hause in Wien einen Weingarten zu Neuburg verkauft zu haben.*

Nos *Hadmarus de wesen* profitemur vniuersis presentem paginam inspecturis, quod nos conuentuj fratrum *Domus Theutonice in winna*, vineam quandam in *Neuenburga* iuxta colonos eorum sitam vendidimus iure proprietario perpetuo sine omnj inpulsacione possidendam. In cuius rej Testimonium et tutelam et defensionem secundum terre et vinearum consuetudinem ipsius Nos et fratrem nostrum *Albertum et Wichardum, Philipum, Wichardum iuvenem dictos de Pollenhaim* et *juvenem Stadekkarium* firmiter obligauimus nec non litteras nostras tradidimus sigillj nostri appensione communitas. Acta sunt hec anno domini M°. CC°. LXX°. IX. in festo pasce.

Orig. auf Perg. mit Siegel, im Archive des deutschen Ordens zu Wien.

DXXXVIII.

1279. 29. Mai. — *Bernhard, Wichard und Wernhard von Polheim überlassen dem Kloster Wilhering ihr Eigenthumsrecht an dem Hofe zu Clendorf.*

Facta legitime et consumata nec non transmittenda noticie succedentium ne molimine iniquorum hominum aut sompnolenti obliuionis inhertia deprauata memorie subtrahantur, solent scripturarum ac ydoneorum testium sollerti custodia perhennari. Ea propter nos *Wernhardus, Wichardus senior et Wichardus iunior patrueles de Polnhaim* vniuersis christi . . . (fidelibus) presentium inspectoribus volumus esse notum, quod premissa deliberatione prouida et de voluntate vnanimi fratrum nostrorum videlicet *Ortolfi et Hainrici, Philippi Alberonis fratrum* ex una linea, ex altera vero *Chunradi, Alberonis et Raymberti,* insuper aliorum amicorum nostrorum, quocunque nomine vocentur, accedente consensu spontaneo ob honorem gloriose virginis Marie ac remedium progenitorum nostrorum et nostram salutem *ecclesie sancte Marie in Wilhering* et fratribus ibidem deo famulantibus ius totius proprietatis nobis ab antecessoribus nostris attinens in curia et adiacenti area in *Clendorf,* quam videlicet curiam cum dicta area olim dominus *Leo miles de Warperch* a nobis iure feodali tenuit, qui nichilominus ius suum in predictis scilicet curia et area eisdem fratribus de *Wilhering* cum omnibus attinentiis suis, quocunque vocabulo censeantur, pro XL. talentis denariorum Winnensis monete per manus nostras facta resignatione debita vendidit, dedimus et contulimus iusto proprietatis titulo cum abrenuntiatione et abdicatione plenaria, que wlgariter *fûrcicht* dicitur, in perpetuum libere possidendum exhibentes nos memorate curie et aree in *Clendorf* auctores, qui wlgo *Gwer* dicuntur, ac defensores perpetuos contra inpetitiones et querimoniarum insultus heredum siue amicorum nostrorum aut aliorum quorumlibet sibi ius proprietatis sev ius feodale in eisdem videlicet curia et area vsurpancium, dum requisiti per supradictos fratres de *Wilhering* uerimus in conmuni placito vel priuato, Hac maiori cautione adhibita et firmata, quod, cum vnus nostrum aut predictorum fratrum nostrorum vnus vel plures decesserit uel decesserint, superstes uel superstites loco decedentis uel decedentium auctores uel defensores sepedicte curie et aree in *Clendorf* forma prenotata eius se constituere tenebuntur. In cuius rei testimonium euidens et cautelam prelibate

ecclesie in *Wilhering* et fratribus ibidem presentem paginam tradidimus sigillorum nostrorum caractere roboratam cum testibus subnotatis et sunt hii: dominus *Gotfridus de Pernawe . . . Tewrwanger, Meinhardus de Ybsa, Hainricus Pruntner, Vlricus mutarius, Hainricus frater suus, ciues in Lintz* et alii quam plures. Datum anno domini M°. CC°. LXXIX, quarto Kalendas Junii.

Aus einem Copialbuche des Stiftsarchives zu Wilhering.

DXXXIX.

1279. 5. Juni. Wien. — *König Rudolph bestätiget dem Kloster Gleink die demselben vom Herzoge Friedrich dem Streitbaren ertheilten Privilegien.*

Rudolfus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus Vniuersis sacri Romani Imperij fidelibus presentibus et futuris Gratiam suam et omne bonum. Tociens Regie Celsitudinis sceptrum extollitur altius et ipsius status a domino, a quo datur omnis potestas, felicius gubernatur, quotiens loca diuino cultui debita benigna consideratione reguntur et ad ipsorum libertates seruandas et facultates augendas graciosa protectio principis inuenitur. Cum enim omnis gloria siue potencia principatus in subditorum consistat solidata fortunis, expediens arbitramur et condecens, ut simus subiectis ac deuotis et in justicia faciles et in gracia liberales. Nouerit igitur presens etas et futuri temporis successura posteritas, quod accedentes Regie Maiestatis presenciam venerabilis . . Abbas et pars Conuentus Monasterij *Gleunicensis* quoddam priuilegium sibi a pie memorie quondam *Friderico Duce Austrie et Stirie* traditum in nulla sui parte viciatum nostro Culmini demonstrarunt supplicantes humiliter et deuote, ut idem priuilegium et contenta in eo approbare, confirmare et innouare de benignitate Regia dignaremur. Cuius priuilegii series talis est: In nomine sancte et indiuidue Trinitatis patris et filii et spiritus sancti Amen. *Fridericus dei gracia Dux Austrie et Stirie et dominus Carniole* etc. (wie am 6. September 1239).

Nos itaque predicti Abbatis et suorum confratrum humilibus precibus propter deuocionem sinceram, qua circa diuini cultus obsequia iugiter et feruenter vigilant, ac ob anime nostre remedium graciosius annuentes, prescriptum priuilegium cum omnibus et singulis in eo contentis articulis approbamus, innouamus et tenore presentium

auctoritate Regia confirmamus, Inhibentes vniuersis et singulis sub Imperii Romani dicione degentibus sub obtentu gracie nostre firmiter et districte, nequis contra prenotati priuilegij per nos approbati, jnnouati et confirmati tenorem prenominatos Abbatem et Conuentum *Glevnicensem* audeat molestare, vel ipsum priuilegium in aliqua sui parte infringere aut ei ausu temerario presumat aliqualiter contraire. Quod qui forte fecerit, Centum libras auri puri conponat medietate fisco nostro, reliqua dicte Ecclesie persoluenda. In cuius testimonium presentes litteras exinde conscribi et Maiestatis nostre Sigilli munimine mandauimus roborari. Testes: Venerabiles . . *Archiepiscopus Salzburgensis et Jo. Chymensis Episcopus*, Illustres *Jo. et Al. fratres Duces Saxonie*, *Otto Marchio Brandenburgensis*, Spectabiles viri . . *Marchio de Hohberg*, *H. Comes de Vurstenberg* et *F. Burgrauius de Nůrenberg* aliique quam plures. Actum et Datum *Wienne* Nonis Junij, Indictione VII. Anno domini Millesimo Ducentesimo Septuagesimo Nono, Regni vero nostri Anno Sexto. Signum Domini *Růdolfi Romanorum Regis Inuictissimi*.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Gleink. — Kurz, Beiträge III. 359.

DXL.

1279. 6. Juni. Wien. — *König Rudolph bestätiget und erneuert den Freiheitsbrief Kaiser Friedrich's II. für das Kloster St. Florian.*

Rvdolfvs Dei gracia Romanorum Rex semper augustus Omnibus in perpetuum. Equitas racionis expostulat et requirit, vt in eum, qui nos licet indignos ad Regalis throni fastigia sublimauit, nostre consideracionis intuitum deflectentes Ecclesias et ecclesiasticas personas suo sancto seruicio deputatas benigni fauoris gracia iugiter prosequentes, ad libertates eorum seruandas et facultates augendas graciose proteccionis nostre presidium impendamus, Nos offerentes eisdem et in iusticia faciles et in gracia liberales. Nouerit igitur presens etas et futuri temporis successura posteritas, quod accedens ad Regie Maiestatis presenciam Honorabilis *Vlschalcus Prepositus Ecclesie sancti Floriani* quoddam priuilegium sibi et Ecclesie sue a diuo quondam *Friderico Romanorum Imperatore* predecessore nostro concessum, non cancellatum, non abolitum nec in aliqua sui parte uiciatum nobis exhibuit petens humiliter et deuote, vt ipsum Priuilegium de uerbo ad uerbum presentibus annotatum confirmare

de nostra gracia dignaremur, Cuius priuilegii tenor talis est: (folgt die Urkunde Kaiser Friedrich's II. dat. Wien im Februar 1237).

Nos igitur, quibus ex assumpte dignitatis officio conuenit, subiectorum fidelium et maxime Religiosarum personarum inuigilare profectibus et saluti, Prefati Prepositi nobis deuoti deuotis precibus inclinati ipsum et Ecclesiam suam cum hominibus et bonis suis omnibus sub proteccionis nostre presidium fauorabiliter colligentes priuilegium suprascriptum, a prefato Friderico Romanorum Imperatore primum tempore Regni sui ipsi Ecclesie traditum et postmodum per eundem de Imperiali beniuolencia confirmatum cum omnibus suis articulis dictis Preposito et Ecclesie de Regali clemencia liberaliter Imperpetuum confirmamus, innouamus et presentis decreti munimine communimus. Nulli ergo hominum, cuiuscumque status aut condicionis existat, liceat hanc paginam nostre confirmacionis et innouacionis infringere uel eidem in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, grauem nostre Maiestatis offensam se nouerit incursurum, Pena Centum librarum auri expressa superius nihilominus puniendum. In testimonium premissorum et robur perpetuo valiturum presens priuilegium Maiestatis nostre Sigillo duximus roborandum Testibus, qui aderant, nichilominus subnotatis: Venerabiles *F. archiepiscopus Salzburgensis et Jo. Chiemensis Episcopus*, Honorabilis *R. Cancellarius*, Illustres *Jo. et Al. fratres duces Saxonie, Ot. Marchio Brandenburgensis*, Spectabiles viri H. *Marchio de Hahperch et H. Comes de Wurstinberch, F. Burchgrauius de Nurenberch* et alii quam plures. Signum domini *Rudolfi Romanorum Regis Inuictissimi.*

Datum *Wienne* per manum *Magistri Gotfridi prothonotarii nostri*, VIII° Idus Junii, Indiccione VII° anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo nono, Regni vero nostri anno sexto.

Orig. auf Perg. mit Siegel im Stiftsarchive zu St. Florian.

DXLI.

1279. 17. Juni. Wien. — *König Rudolph bestätiget dem Spitale am Pyhrn seine Privilegien.*

Rvdolfus dei gracia Romanorum rex semper Augustus Omnibus tam presentibus quam futuris hanc litteram inspecturis salutem. Quoniam diuine largitatis gracia omnium ecclesiarum christi defen-

sores constituti sumus, precipue tamen earum curam gerere debemus, quas karitas piissimorum hominum necessitati pauperum instituit prouenturas, Notum sit igitur omnibus christi fidelibus, quod nos *hospitali sancte Marie in pirno monte vallis gerstensis* Patauiensis diocesis a quondam *Ottone secundo Babenbergensi episcopo* et *Liupoldo duce Austrie et Styrie* ordinato siue fundato omnia priuilegia, libertates et iura ipsi hospitalj a dictis fundatoribus et eorum successoribus seu alijs ducibus et principibus quibuscumque concessa seu tradita confirmamus, innouamus et ex liberalitate regie mansuetudinis approbamus, expresse vero ad instar pie memorie *f. ducis Austrie et Styrie* aduocaciam eiusdem hospitalis pro anime nostre remedio taliter nobis assumimus, vt omnia bona ipsius infra terminos regiminis nostri constituta omni jure judicum, theloneorum seu mutariorum tam *in ducatu Austrie quam Styrie* postposito, sola spe diuine retribucionis nostre proteccionis viribus tueamur. Si quis etiam ministerialis noster superna inspiratione commonitus prefato hospitali aliquid prediorum suorum conferre voluerit, hoc faciendi liberam permittimus opcionem. Et ne quis in posterum hec statuta nostra infringere valeat, ipsa sigilli nostri appensione iussimus roborari. Datum *Wienne* XV. kalendas Julij, jndiccione VII. anno domini M° CC° LXXIX. regni uero nostri anno sexto.

Orig. auf Perg. mit Siegel im k. k. geheimen Hausarchive.

DXLII.

1279. 30. Juni. Atersee. — *Ablassbrief des Bischofes Berthold von Bamberg für Gleink.*

Bertholdus Dei gratia Babenbergensis Episcopus omnibus Christi Fidelibus Salutem in Domino sempiternam. Quomodo, vt ait Apostolus, omnes stabimus ante Tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus, siue bonum fuit siue malum, oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus præuenire ac æternorum intuitu seminare in terris, vt fructu multiplici recolligere valeamus in coelis, Firmam Spem fiduciamque tenentes, quomodo qui parce seminat, parce et metet et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam æternam. Sane cum nos Monasterium *Glunicense* a nostris prædecessoribus fundatum fouere merito et honorare debeamus et in quantum poterimus, promouere et cum

istum (sic) Monasterium Subsidijs fabricæ et aliarum promotionum multum indigeat adiuuari, omnibus Christi Fidelibus, qui deuotionis causa ad dictum Monasterium peruenerint in dedicatione et qui ad opus ipsius manum porrexerint adiutricem, vere poenitentibus et confessis quadraginta dies de iniuncta sibi poenitentia Authoritate nobis a Deo tradita misericorditer relaxamus. Datum apud *Attersee* Anno Domini millesimo Ducentesimo septuagesimo nono, Kalendas Julij præsentibus perpetuo duraturis.

Aus einem Copialbuche des 17. Jahrhunderts zu Gleink.

DXLIII.

1279. 18. Juli. Wien. — *König Rudolph verleiht dem Ulrich von Kapellen das Recht im Dorfe Königswiesen einen Wochenmarkt abzuhalten.*

Rvdolfus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus Vniuersis jmperij Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum. Regalis serenitas libenter intendit commoditatibus subditorum, vt ceteri ex eo suscipiant sincerioris deuocionis et fidei incentiuum. Sane cum ad hoc in locis oportunis forum septimanale consueuerit statui, vt in eis emencium atque vendencium communis procuretur vtilitas et alterna commoditas augeatur, Nos reipublice bono statui cupientes continuo incremento salubriter prouidere nec non strenui viri *vlrici de capella senioris* meritis et deuotis supplicacionibus inclinati *in villa Chunigeswise*, vtpote loco ad id habilj et apto ebdomadale forum feria secunda perpetuo duximus edicendum volentes et fauorabiliter concedentes, quod idem forum ac omnes ipsum pro huiusmodj emptionis et vendicionis exercendo commercio frequentantes libera securitate gaudeant ac eisdem iuribus et libertatibus perfruantur, quibus forum *ciuitatis Anasi* est dotatum. jn cuius rei testimonium presens scriptum magestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum *Wienne* XV. kalendas Augusti, jndiccione VII^a. anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono, regni uero nostri anno sexto.

Orig. auf Perg. mit Siegel. K. k. geheimes Hausarchiv.

DXLIV.

1279. 17. September. Bamberg. — *Berthold, Bischof von Bamberg, verleiht den Söhnen des Königes Rudolph alle, seiner Kirche durch das Aussterben der Herzoge von Österreich erledigten Lehen, wogegen dieser im Namen der künftigen Herzoge auf die Vogtreehte von Hag, Kirchdorf und des Garstenthales verzichtet.*

Bertholdus Dei gratia Babenbergensis ecclesiæ episcopus omnibus in perpetuum. Equitas rationis et censura iusticie nos inducunt, ut memoriter recolentes et deuotione laudabili attendentes illa largiflua munera gratiarum, que serenissimus dominus noster *Rudolfus Romanorum rex* inclitus suique predecessores diui imperatores et reges Romanorum illustres nobis et venerande Babenbergensi ecclesie liberaliter impenderunt, ad reddendam sibi et suis condigne uicissitudinis repensiuam propriis affectibus et propriis effectibus inclinationem ut, dum per eorundem principum munificentiam nos et ecclesiam nostram dotatos pariter et ditatos esse cognoscimus, digne ipsis gratitudinis debitum laudabiliter exolvamus.

Eapropter nosse volumus uniuersos tam posteros quam presentes, quod nos tantorum beneficiorum, que nos et ecclesia nostra de manibus principum Romanorum et specialiter domini nostri Rudolfi Romanorum Regis predicti recepimus, non immemores nec ingrati, ut nostre fidei claritas, quam ad ipsum et Romanum imperium gerimus, sibi plene claresceret, ipsum in liberis suis specialiter duximus honorandum. Nam feuda illa uniuersa et singula, que nobis et ecclesie nostre per mortem clare memorie principum ***Austrie, Styrie, Karinthie, Carnyole*** et ***Marchie*** in eisdem terris vacare ceperunt, et specialiter ***castrum Mutenberch*** cum muta et omnibus suis pertinenciis illustribus viris filiis suis ***Alberto, Hartmanno*** et ***Rudolfo*** ac eorum liberis heredibus masculis tantum contulimus ipsumque ad instar et formam dictorum principum infeudavimus de eisdem ita tamen, quod feudorum huiusmodi dictis suis filiis concessorum ordinatio et conservatio in ipsius domini nostri regis manibus remanebit tantum pro tempore vite sue. Si vero dicti liberi sui decederent sine filiis heredibus, dicta feuda vacantia et absoluta ad Babenbergensem ecclesiam libere reuertentur.

Hanc nostre fidei claritatem, quam ipsi domino nostro regi in liberis suis ostendimus, et obsequiose deuotionis promptitudinem,

qua suum et imperii honorem et gloriam, sicut tenebamur, ex debito hactenus indefesse coluimus, idem dominus noster rex gracioso vultu respiciens et propter hec et alia, que sibi et imperio tempore, quo imminebat necessitas, constanter impendimus nostre devotionis obsequia, nolens nos et ecclesiam nostram digna retributionis vicissitudine defraudari, hiis nos libertatibus et gratiis, que inferius annotantur, de regia pietate decrevit liberaliter honorandos. Primo videlicet, quod ab aduocatia in *Velkirchen* suo et filiorum suorum nomine vel cuiuscunque terre principis aut domini futuri in *Karinthia* nihil aliud exigatur, recipiatur aut requiratur nisi tantum ius illud, quod in litteris super collatione dicte advocatie confectis venerabilis quondam *Hermanni Babenbergensis episcopi* et illustris quondam *Hermanni ducis Karinthie* sigillorum munimine roboratis evidentius est expressum, iniustis iudiciis, exactionibus et steuris indebitis et aliis vexationibus, que a dicta aduocatia ultra ius in dictis instrumentis expressum hactenus sunt extorte, sublatis penitus et deletis.

Preterea renunciauit et cessit idem dominus noster rex pro se et filiis suis ac omnibus futuris Austrie et Styrie ducibus et dominis omni iuri, quod sibi competiit in advocatiis de *Hage*, de *Chirchdorf* et *valle Gerstental, quod quondam principes Austrie et Styrie ab ecclesia Babenbergensi in feudum tenuerunt*; ipsas advocatias cum redditibus, prouentibus, iudiciis, siluis, pratis, pascuis, nemoribus et generaliter omnibus iuribus et bonis quesitis et inquirendis ad dictas advocatias pertinentibus nobis et ecclesie nostre libere et absolute relinquens ac volens nos et successores in sepe dictarum advocaciarum ac ipsis attinentium possessione pacifica illesos perpetuo conservari, ita tamen, quod nos et quilibet episcoporum Babenbergensium successorum nostrorum, qui pro tempore fuerit, de predictis advocatiis singulis annis in festo sancti Georii viginti talenta Wiennensium denariorum nostre et successorum nostrorum in eisdem principatibus camere solvere teneatur. Item renunciauit et cessit dominus noster rex predictus omni actioni seu iuri, quod sibi in quadam area in *castro Strazfride* compeciit siue competere videbatur, que per quendam Babenbergensem episcopum *duci Karinthie* data fuit. Insuper quia nos tempore, quo filiis domini nostri predictis feuda terrarum prenotata contulimus, *castrum Werdenberch* cum quadraginta marcarum denariorum redditibus de feudis antedictis deduximus, nobis et ecclesie nostre de beneplacito

domini regis predicti perpetuo retinendum, idem dominus noster rex pro se, filiis suis predictis et uniuersis successoribus suis ac principatu Karinthie deductioni, retentioni et reseruationi castri predicti cum omnibus iuribus et pertinentiis suis consensum suum perpetuum adhibuit et assensum promittens firmiter pro se et filiis suis ac principibus predictis nos et ecclesiam Babenbergensem pro dicto castro et suis attinentiis numquam de cetero impeti vel turbari, hoc tamen signanter adiecto, quod redditus castri predicti, qui redditus XL. marcarum denariorum excesserint, suis et successorum suorum usibus attinebunt prouinciali iudicio, quod eidem castro usque modo deseruire consueuit ipsis XL. marcarum denariorum redditibus nihilominus intercluso.

Promisit insuper dominus noster rex predictus pro se, filiis suis et successoribus suis nobis et ecclesie nostre predicte, quod iidem principes nobis et nostre ecclesie ac successoribus nostris aderunt consilio, auxilio et favore ad hoc, quod uniuersa feuda, quæ nobis et ecclesie nostre iam vacant et que deinceps in dictis terris per mortem cuiuscunque et in aliis terris per mortem principum, comitum, nobilium, ministerialium vel aliarum personarum, cuiuscunque condicionis aut status existant, vacare inceperint, et nos et ecclesia nostra plene et integraliter assequamur. Similiter in feudis illis, que nobis et ecclesie nostre per statuta siue tradiciones imperiales et regales aut per sententias iudiciarias vel per modum alium debitum et consuetum vacare ceperunt, vel ceperint in futurum, nobis et nostre ecclesie aquirendas dictum dominum nostrum regem, liberos suos ac successores suos predictos adiutores habebimus et utiles promotores. In quorum feudorum iuribus et libertatibus conservandis ipse dominus rex, filii et successores sui in terris predictis prefate ecclesie nostre defensores esse tenebuntur pariter et tutores.

Acta sunt hec presentibus viris et dominis venerabilibus *Petro Pataviensi episcopo*, *Johanne Gurcensi episcopo*, *Rudolfo imperialis aule cancellario*, *magistro Gotfrido domini regis protonotario;* viris quoque illustribus et spectabilibus *domino Alberto duce Saxonie*, *Friderico burgrauio de Nurenberch*, *Eberhardo comite de Catzenellpogen*, *Gerhardo comite de Rinek*, *Ulrico de Trouers* et aliis quam pluribus. In predictorum omnium testimonium et perpetui roboris firmitatem presentes litteras sigilli nostri muni-

mine roboramus. Nos quoque *Heinricus prepositus, Emicho decanus* totumque capitulum Babenbergensis ecclesie in signum ratihabitionis omnium premissorum et pleni consensus nostri, qui ad predicta accessit, sigillum capituli nostri presentibus duximus appendendum. Datum apud *Babenberch* anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono XV. kl. Octobr.

Ussermann, Episcop. Bamberg. Cod. diplom. 177.

DXLV.

1279. 25. October. Rotenmann. — *König Rudolph entsagt im Namen der künftigen Herzoge von Österreich allen Vogtrechten zu Hag, Kirchdorf und im Garstenthale, nachdem Bischof Berthold von Bamberg seinen Söhnen die Lehen des Hochstiftes ertheilt hat.*

Rudolphus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus Universis Imperii Romani Fidelibus in perpetuum. Regiæ congruit Majestati, ut memoriter recolamus ac favorabiliter attendamus, quanta fidei puritate quantoque devotionis studio et affectu consanguineus et Princeps noster Charissimus *Bertholdus Bambergensis Episcopus* Reipublicæ venetur honorem nostraque privata commoda diligat et sequatur, ut, dum grata servitia, quæ Imperio Romano et nobis impendit, advertimus, ad hoc etiam nostræ considerationis intuitum convertamus, quas grates et gratias referamus eidem. Dictus siquidem Princeps post diversa pericula et labores plurimum sumptuosos, quibus se suamque Ecclesiam pro salvanda republica infatigabiliter oneravit non contentus obsequio, quod Romano Imperio in persona nostra devotus exhibuit, nos in liberis nostris charissimis honoravit, nam feuda illa omnia et singula, quæ sibi et Ecclesiæ suæ per mortem divæ memoriæ *Principum Austriæ, Styriæ et Carinthiæ, Carniolæ et Marchiæ* in eisdem terris vacare cœperunt et specialiter *Castrum Mautenberg* cum Muta et omnibus suis pertinentiis charissimis filiis nostris *Alberto, Hartmanno et Rudolpho* ac eorum liberis et hæredibus tantum masculis contulit ipsosque ad instar et formam dictorum Principum de iisdem feudis investivit ita tamen, quod feudorum hujusmodi dictis nostris filiis concessorum ordinatio et conservatio in nostris manibus remanebit tantum pro tempore vitæ nostræ; si vero libri nostri decederent sine filiis hæredibus, dicta feuda vacantia et absoluta ad Bamber-

gensem Ecclesiam libere revertentur. Verum cum honori nostro conveniat pariter et saluti, ut damna, quæ pertulit, labores, quos sustinuit, sumptus, quos fecit pro honore Imperii dictus Princeps, eamque fidei charitatem, quam in liberis nostris nobis exhibuit, digna retributionis vicissitudine compensemus, his ipsum gratiis, quæ inferius annotantur, de Regia pietate digne ac liberaliter duximus honorandum. Primo videlicet, quod ab *Advocatia in Veldkirchen* nostro et filiorum nostrorum nomine vel cujuscunque terræ *Carinthiæ* Principis aut Domini futuri nihil aliud exigatur, recipiatur aut etiam requiratur, nisi tantum jus illud, quod in literis super collatione dictæ Advocatiæ confectis Venerabilis quondam *Hermanni Ducis Carinthiæ* Sigillorum munimine roboratis evidentius est expressum, injustis judiciis, exactionibus et steuris indebitis et aliis vexationibus, quæ a dicta Advocatia ultra jus in dictis Instrumentis expressum hactenus sunt extorta, sublatis penitus et deletis. Præterea renunciamus et cedimus pro nobis et filiis nostris ac omnibus futuris *Austriæ* et *Styriæ* Ducibus et Dominis omni juri, quod nobis competiit in *Advocatiis de Haag, de Kirchdorff et Valle Gerstenthal,* quas quondam *Principes Austriæ et Styriæ* ab *Ecclesia Bambergensi* in feudum tenuerunt, ipsas Advocatias cum redditibus, proventibus, judiciis, silvis, pratis, pascuis, nemoribus et generaliter omnibus juribus et bonis quæsitis et inquirendis ad dictas Advocatias pertinentibus memorato Episcopo et Bambergensi Ecclesite libere relinquentes ac volentes ipsum Episcopum et Successores ejus in sæpe dictarum Advocatiarum ac eisdem attinentium possessione pacifica illæsos perpetuo conseruari ita tamen, quod quilibet Episcoporum Bambergensium, qui pro tempore fuerit, de prædictis Advocatiis singulis annis in festo St. Georgii viginti talenta Viennensium denariorum nostræ et Succesorum nostrorum in eisdem Principatibus Cameræ solvere teneatur. Item renunciamus et cedimus omni actioni seu juri, quod nobis in quadam Area in *Castro Strasfrid* competiit sive competere videbatur, quæ per quondam *Henricum Babenbergensem Episcopum* Duci *Carinthiæ* collata fuit. Præterea quia tempore collationis feudorum nostris filiis concessorum memoratus Babenbergensis Episcopus *Castrum Werdenburg* cum quadraginta Marcarum Denariorum redditibus de feudis ante dictis deduxit sibi et Ecclesiæ suæ de beneplacito nostro perpetuo retinendum, nos pro nobis, filiis nostris prædictis et universis Successoribus nostris

in Principatu *Carinthiæ* deductioni, retentioni et reservationi castri prædicti cum omnibus juribus et pertinentiis suis consensum nostrum perpetuum dedimus et donamus promittentes firmiter pro eisdem præfatum Episcopum et Ecclesiam Babenbergensem pro dicto Castro et suis attinentiis nunquam de cætero impeti vel turbari, hoc tamen signanter adjecto, quod redditus Castri prædicti, qui redditus quadraginta Marcarum denariorum excesserint, nostris et Successorum nostrorum usibus attinebunt, Provinciali judicio quoad ipsum Castrum usque modo deservire consuevit, ipsis quadraginta Marcarum denariorum redditibus nihilominus intercluso. Promittimus insuper pro nobis et filiis nostris Principi supra dicto et Ecclesiæ suæ, quod nos et iidem filii nostri ac alii Successores nostri in dictis terris eidem Ecclesiæ suæ et Successoribus suis aderimus auxilio, consilio et favore ad hoc, ut universa feuda, quæ sibi et Ecclesiæ suæ vacant et quæ deinceps in dictis terris per mortem cujuscunque et in aliis terris per mortem Principum, Comitum, Nobilium, Ministerialium vel aliarum personarum cujuscunque conditionis aut status existant, vacare inceperint, plene et integraliter assequantur; similiter in feudis illis, quæ ipsi Ecclesiæ et Episcopo per statuta sive traditiones Imperiales seu regales aut per sententias judiciarias vel per modum alium debitum et consuetum vacare cæperunt vel incipient in futurum, sibi et suæ Ecclesiæ acquirendis nos et liberos nostros et prædictos nostros successores habebit et sentiet promotores. In quorum feudorum juribus et libertatibus conservandis nos, filii nostri et Successores nostri in dictis terris præfatæ Ecclesiæ defensores esse tenebimur pariter et Tutores. Testes hujus rei sunt Venerabilis *Joannes Gurcensis Episcopus*, honorabiles viri *Rudolphus noster Cancellarius, Henricus Abbas Admontensis, Scriba Styriæ et Magister Godefridus aulæ nostræ Protonotarius*, illustris *Albertus Dux Saxoniæ*, Nobiles viri *Fridericus Burggravius de Nürnberg, Burchardus de Hohenberg, Bertholdus de Henneberg, Eberhardus de Kazenelebogen, Hugo de Wertemberg, Ulricus de Montefourti, N. de Ryenegge, Comites, Ulricus de Tuvers, Reinhardus de Hagenova*, strenui viri *Otto de Lichtenstein, Fridericus de Lengeberg dapifer, Ulricus de Capella, Albertus de Bucheim, Magister Conradus Scriba Austriæ* et quam plures alii. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostram infringere aut ei in aliquo ausu temerario contraire, quod

qui fecerit, gravem nostræ Majestatis offensam se noverit incursurum. In cujus rei testimonium et robur perpetuo valiturum præsens scriptum Majestatis nostræ Sigillo duximus roborandum.

Signum Domini Rudolphi Regis invictissimi Romanorum.

Datum apud *Rotenman* octavo Calendas Novembris, Indict. VIII. Anno Domini Millesimo, ducentesimo septuagesimo nono, Regni vero nostri Anno VII.

Lambacher, Interregnum, Anhang 128. — Ludewig Scrpptt. rer. Bamberg 1148.

DXLVI.

1279. 2. November. Linz. — *Bernhart und Heinrich von Schaunberg bestätigen dem Stifte Spital am Pyhrn einen Brief über ein Gut zu Synol im Garstenthal.*

Nos *Wernhardus et Heinricus fratres de Schovnberch* profitemur presentibus, nos uidisse et intellexisse quoddam priuilegium datum a patre nostro et patruo *Hospitali in Pirno monte*, in quo se profitebantur dedisse assensum super eo, quod *Ernestus de Vttstorf* eidem hospitali in remedium anime sue donauit, tradidit et assignauit quoddam prediolum soluens annuatim denarios LX. situm *in Gerstental* in loco dicto *Synol*, quod ab ipsis in feudum et iure feudj tenebat, ipsi vero pater noster et patruus ab ecclesia *Babenbergensi* in feudo habuerunt, et quum sigillum ex uetustate fere consumptum fuerat, dominus *Ch. magister hospitalis* petiuit a nobis, quatinus predecessorum nostrorum pia facta habentes placita atque grata, dictum priuilegium nostrum etiam inserendo consensum curaremus in carta et sigillo dej intuitu et ad ipsius instantiam renouare. Nos itaque bonam intencionem predecessorum nostrorum commendantes, quod per ipsos factum est in hac parte, ratum habentes, immo confirmantes presentibus renouamus nostri sigillj munimine roborantes. Datum in *Lintza* anno dominj M°. CC°. LXX°. IX. IIII^to^. nonas Nouembris.

Orig. auf Perg. mit Siegel. K. k. geheimes Hausarchiv.

DXLVII.

1279. 4. November. Linz. — *König Rudolph erneuert und bestätigt dem Kloster Kremsmünster die vom Herzoge Friedrich II. ausgefertigten Instrumente bezüglich der Verzichtleistungen Hertnid's von Ort und Heinrich's von Grafenstein und sichert dem Kloster Kremsmünster die hergebrachte Mautfreiheit neuerdings zu.*

Rudolfus dei gratia Romanorum Rex semper augustus Omnibus Inperpetuum. Liberalitatis opus nobile Regalem magnificentiam, a qua egreditur, sic decorat, quod, dum ad Religiosas personas extenditur, temporalem adauget honorem et futuram salutem promittit. Nouerit igitur presens etas et successio futurorum, quod honorabilis abbas de *Chremsmunster* et Conuentus ibidem nostram accesserint presentiam, humiliter supplicantes, vt sibi duo priuilegia, a quondam *Friderico austrie et Stirie duce ac domino Carniole* ipsis tradita et concessa confirmare de benignitate Regia dignaremur. Cuius primi priuilegii tenor est talis: (hier folgt die Urkunde vom 18. Februar 1241. Urkundenbuch II. Nr. XCIII) secundi uero Priuilegii talis est tenor: (Urkundenbuch II. Nr. LXX). Nos autem predictorum abbatis et Conuentus Monasterii Chremsmunsteriensis piis Supplicationibus fauorabiliter inclinati, predicta priuilegia in singulis suis articulis, prout superius exprimuntur, rata habentes et grata, ea ex plenitudine Regalis clementie innouamus et liberaliter confirmamus. Et ut abbas et fratres prefati a nostra munificentia aliqua speciali gratia gaudeant se munitos, ipsis beniuole indulgemus, quod vbique per terram et aquas sua victualia deduci valeant sine qualibet exactione thelonii siue Mute, iuxta consuetudinem ipsis et suo Monasterio temporibus Illustrium quondam terrarum istarum principum obseruatam. Testes omnium premissorum sunt Venerabiles *Petrus pattauiensis et Johannes Gurcensis Episcopi*, Illustris *Albertus dux Saxonie*, Nobiles viri *Fridericus Burgrauius de Nurenberg*, *Meinhardus Tirolensis*, *Burchardus de hochenberch*, *hermanus de hennenberch*, *hugo de Werdenberch et Euerardus de Catzenellenboge Comites*, *Wernhardus de Scowenberch*, *Otto de Lichtenstein* et alii quam plures. In cuius confirmationis et gratie nostre testimonium et robur perpetuo valiturum presentem paginam exinde conscribi et maiestatis nostre Sigillo fecimus communiri. Datum in *Linza* pridie nonas Nouembris, Indictione VIII.

Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo nono, Regni vero nostri Anno Septimo.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 117.

DXLVIII.

1279. 4. November. Linz. — *König Rudolph bestätigt und erneuert dem Kloster Kremsmünster den Freiheitsbrief seines Vorgängers Friedrich II. vom 14. Juni 1217, und confirmirt die Verzichte Hertnid's von Ort und Heinrich's von Grafenstein.*

Rudolfus Dei gracia Romanorum Rex semper augustus Omnibus Imperpetuum. Ad soliditatem throni Regalis conferre dinoscitur, si ad religiosas personas et loca diuino cultui deputata consideracio benigna porigitur, et ad ipsorum libertates et gracias conseruandas graciosa proteccio principis inuenitur. Nouerint igitur vniuersi tam posteri quam presentes, quod accedens ad nostram presenciam honorabilis *Fridericus abbas de Chremsmunster* quoddam priuilegium inclite Recordacionis *Friderici quondam Romanorum Imperatoris augusti* predecessoris nostri nobis exhibuit, petens humiliter ac deuote, ut ipsum priuilegium et quicquid continetur in ipso, confirmare de nostra gracia dignaremur. Cuius tenor est talis: (folgt die Urkunde dat. Passau am 14. Juni 1217. Cf. Urkundenbuch II. Nr. CCCXCVIII). Nos igitur, qui ex assumpti Regiminis debito ecclesiarum precipue et regularium personarum tranquilitati et comodo volumus et tenemur prospicere et libertates ipsis indultas fauorabiliter conseruare, deuotis abbatis predicti precibus inclinati, supra scriptum priuilegium et omnia in ipso contenta auctoritate presentis decreti liberaliter confirmamus, innouamus et Sibi ac suo monasterio huius scripti patrocinio imperpetuum comunimus. Et quia quondam *heinricus de Grauenstayn* et *hernidus de Ort* in Illustris quondam *Friderici, ducis austrie et Styrie* presencia constituti, aduocaciis, exaccionibus et aliis Juribus quibuscunque, que ipsis in possessionibus antedicti Monasterii competebant uel competere uidebantur, renunciauerunt libere et cesserunt, sicut in prefati ducis Instrumentis uidimus contineri: Nos cessionem et renunciacionem huiusmodi approbantes, ipsam memorato abbati et suo monasterio de beneficentia Regia Imperpetuum confirmamus. Sub interminacione igitur gracie nostre districcius inhibemus, ne quis

Imperii fidelium, cuiuscunque status aut condicionis existat, contra premissa omnia aut aliqua premissorum in aliquo venire audeat uel presumat, Quod qui fecerit, grauem nostre Maiestatis offensam se nouerit incursurum. In quorum omnium testimonium et perpetui roboris firmitatem, presentem paginam exinde conscribi et Maiestatis nostre Sigillo iussimus comuniri. Testes huius rei sunt venerabiles *Petrus Patauiensis et Johannes Gurcensis Ecclesiarum Episcopi*, Illustris *albertus dux Saxonie*, *Meinhardus tyrolensis*, *Fridericus Burchgrauius de Nurenberch*, *hermannus de hennenberch*, *Burcardus de hohenberch*, *hugo de Werdenberch et Eberhardus de Catzenelnbogen Comites*, *Wernhardus de Schowenberch*, *Otto de Lichtinstein* aliique quam plures. Signum domini Rudolfi Romanorum Regis Inuictissimi. Datum per manum *Magistri Gotfridi Regalis aule prothonotarii* anno domini Millesimo ducentesimo Septuagesimo Nono, Indiccione VIII. Regni vero nostri anno Septimo. Actum apud *Linzam* II. Nonas Nouembris anno et Indiccione prescriptis.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 118.

DXLIX.

1279. 5. November. Linz. — *König Rudolph sichert der Abbtei zu Kremsmünster die altherkömmliche Mautfreiheit für ihre Lebensmittel neuerdings zu.*

Rudolfus dei gratia Romanorum Rex semper augustus Vniuersis Officiatis, Judicibus et Mutariis per *Austriam*, *Styriam* et *anasum* constitutis gratiam suam et omne bonum. Quia dilecti deuoti nostri . . abbas et fratres Monasterii de *Chremsmunster* hac apud predecessores nostros libertatis gracia usque ad hec tempora sunt gauisi, quod tam per terras quam per aquas ubique ab omni exaccione, thelonio siue muta quoad sua uictualia deducenda liberi esse debeant et immunes, vniuersis vobis et singulis districte precipimus et mandamus, quatenus iuxta consuetudinem dictis abbati et fratribus hactenus obseruatam nullas ab ipsis mutas siue thelonia requiratis, Quin pocius ipsos aut eorum familiam cum uictualibus suis ab exaccione, grauamine et impeticione qualibet transire libere permittatis. Datum apud *Linzam* Nonis Novembris, Indiccione VIII. Anno Domini M°. CC°. L. XXIX. Regni vero nostri anno Septimo.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 119.

DL.

1279. 25. December. Aschach. — *Chunrat von Hahinbach entsagt zu Gunsten des Klosters St. Florian seinen Ansprüchen an einige Zehente um Krems, welche das Kloster von seinem Vater Hadmar erkauft zu haben vorgibt, gegen acht Pfund Pfenninge.*

Quoniam humane nature fragilitas ad dissenciendum promptissima reperitur, ideo consuetudo laudabilis inoleuit antiquorum moribus approbata, ut res gestas scripti series ad eternam memoriam prosequatur. Qua propter ego *Chunradus de Hahinpach* scire cupio vniuersos presentem paginam inspecturos, quod lis, que inter me et coheredes meos ex vna et dominum prepositum et Conuentum *sancti Floriani* ex parte altera uertebatur super quibusdam decimis vinearum in *Chremsa,* ipsis asserentibus, quod easdem olim a patre meo *Hadmaro* pro quadam summa pecunie comparassent, tandem per discretorum virorum arbitrium taliter est decisa, quod dictus prepositus michi superadderet octo libras patauiensis monete, quod et fecit, et sic ego et coheredes mei omnes videlicet, ad quos predicte decime iure hereditario pertinere uidebantur, liti cessimus firmiter promittentes, quod dicta Ecclesia super eisdem decimis a nobis uel successoribus nostris de cetero inquietari non debeat uel grauari. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi feci sigillorum domini *Wernhardi de Schaumberch* et domini *Hadmari de Liebenstain* et *patrui mei Rudigeri* munimine roboratas testibus subnotatis, qui sunt hii: *Dominus Chunradus vuerter, Dominus Lvdwicus schiuer, Dominus Dietricus schiuer milites. Hugo Chertner, Pilgrimus de Asenhaim, Hertwicus de Aschach, Albertus et Heinricus de Aschach* et alii quam plures fide digni. Actum et Datum in *Aschach* Anno domini Millesimo Ducentesimo LXXVIIII°. VIII. kalendas Januarii.

Orig. auf Perg. mit zwei Siegeln im Stiftsarchive zu St. Florian.

DLI.

1279. — *Propst und Convent zu St. Florian verleihen den Söhnen Chunrad des Schneiders die Hube zu Breitenbruck zu Landsidelrecht.*

Nos dei gratia *vl(ricus)* prepositus totusque Conuentus *Domus sancti Floriani* notum facimus vniuersis presentes litteras inspec-

turis, quod vnanimi consensu *Witigoni et Vlrico filiis quondam Chunradi Sartoris* mansum vnum in *Pratenpruk*, qui communiter *Hûba* dicitur, contulimus tali iure, quod *Lantsidelrecht* uulgariter appellatur, de quo soluere tenentur annuatim octo metretas frumenti et tria scaphia auene et vnam metretam tritici et tres solidos denariorum. Hec omnia in Natiuitate beate virginis persoluentur. Alioquin post predictum tempus anno elapso et die, saluis etiam emendis a iure statutis predictus mansus ad iura Ecclesie nostre libere reuertatur. Acta sunt hec anno domini M°. CC°. LXXIX. cum testibus adnotatis, qui sunt dominus *vlricus iunior de Capella, Dominus Ditricus officialis in Ebilsperch, Ortolfus de Alharting, Rudolfus de Alharting, Otto de Emling, Heinricus de Dietreiching, Ortolfus de Chersperch, Sifridus de Lanzenperg, Otto de ůzing, Heinricus de Swainpach, Ditmarus Wolfstain, Hertwicus et Heinricus toblarii, Engelschalcus apud valuam.*

Orig. auf Perg. mit dem Siegel Ulrich's von Capellen. — Stiftsarchiv St. Florian.

DLII.

1279. — *Das Kloster Waldhausen vertauscht an Ulrich von Capellen Renten zu Königswiesen.*

Nos *Fridericus miseracione diuina prepositus et conuentus ecclesie sancti Johannis in Walthusen* vniuersis tam nunc existentibus quam futuris, ad quorum manus peruenerit presens scriptum, salutem in omnium saluatore. Quoniam, quod in tempore geritur, cum tempore simul a memoria hominum labitur, necessarium est, vt facta presencium per scripta memorie posterorum transmittantur. Hinc est, quod presentes litteras conscribi fecimus, vt per eas notum fiat tam presentibus quam futuris, quod nos cum communi consilio domino *vlrico seniorj de capella* in concambio dedimus redditus duodecim solidorum, quos habuimus in *chvnigeswisen*, tali condicione, vt ipse nobis alios redditus duodecim solidorum resignaret, quod volens perducere ad effectum dedit nobis mansum in *Ritenstein* talentum annuatim soluentem, quem apud *Herbordum militem de Hard* comparauit ita, vt iam *Herbordus* dictus infra annum quatuor talenta nobis pro reliquo assignaret, et vt istud concambium inter nos actum ratum in posterum permaneat et illesum, trium sigillorum appensione, hoc est sigillo domini *Chunradi abbatis in Pŏm-*

gartenperg, nostro quoque ac conuentus nostri sigillo presentem paginam fore decreuimus roborandam. Hvius eciam rei testes sunt dominus *chvnradus abbas in Pömgartenperg*. *dominus Hartmudus de Smida*, *vlricus filius suus*, *Heinricus judex in perge*, *Otto filius suus*, *Chvnradus gener suus*. Acta sunt hec anno dominj M° CC° LXXIX.

Orig. auf Perg. mit drei Siegeln. K. k. geheimes Hausarchiv.

DLIII.

1280. 15. Jäner. Wien. — *Gerichtsbrief Kaiser Rudolph's I., worin dem Bischofe Peter von Passau die Vogtei über Leute und Güter der Pfarren Kremsmünster, Herzogenhall, Ried, Wartberg, Kirchdorf etc. zugesprochen wird.*

Nos *Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus* tenore presentium profitemur et scire volumus vniversos presentium quoslibet inspectores, quod venerabilis *Petrus Pataviensis Episcopus* Princeps noster dilectus coram nobis, cum provinciali presideremus judicio, probavit sententionaliter et testibus fide dignis, quod advocatiam hominum et bonorum in infrascriptis parochiis a *Gotfrido et Vlrico fratribus de Truchsen* prius ordine judiciario obtinuit et evicit. Parochie vero sunt iste: *Chremsmunster*, *Herzogenhall*, *Ried*, *Wartperg*, *Chirichdorf*, *(Chirhdorf)*, *Rettenpach (Pettenpach)*, *Warihdorf (Vorchtdorf)*, *Rochirichen (Lohchirchen)*, *Ellensdorf (Olnstorf)*, *Stainchirchen (Staineinchirchen)*, *Witenspach (Witmspach)*, *Gersten*, *Viechtwanch* et *Talhaim*. Testes huius rei sunt *Nobiles viri Friedericus Burggravius de Nurnberg*, *Wernherus de Schawnburg*, *Vlricus de Touuers*, *Stephanus de Michsoue Marscalcus Austrie*, *Leutoldus et Heinricus fratres de Chunring*, *Otto de Perchtoldsdorf*, *Friedericus Dapifer de Lengpach*, *Chunradus de Sumeraw*. *Einbertus et Chalohus fratres de Hintperg*, *Hertnidus de Truna*, *Chunradus de Harthaim*, *Jo. de Merswanch* et alii quam plures. In cuius rei testimonium presentes literas inde conscribi et Majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Datum *Wienne* XVIII. Kalendas Februarij, Indictione VIII. Anno domini M. CC. LXXX. Regni vero nostri anno septimo.

Mon. boic. XXVIII. II. 415. coll. XXIX. II. 226.

DLIV.

1280. 20. Jäner. — *Der Minoriten - Guardian und Convent in Stein treten an das Kloster Kremsmünster einen halben Weingarten in der Frechau ab.*

Vt facta hominum firmior (sic) permaneant, necesse est ea litteris et testibus communiri. Hinc est, quod nos *frater wilhalmus Cardianus domus fratrum minorum in Stain* tam presentibus quam futuris harum noticiam habituris cupimus esse notum, quod de unanimi voluntate fratrum nostrorum dimidietatem vinee in *vrechow* Site, quam nobis *Jůta* pie recordationis quondam uxor *Swikeri Calcificis fratrum predicatorum in chrems* testabatur, ipso Swikero marito suo, qui dictam vineam tenebat ad dies suos, consentiente ob anime sue remedium in extremis, venerabili domino *Friderico abbati de Chremsmunster*, cuius Ecclesie Chremsmunster scilicet partem alteram ipsius vinee est testata presente dicto Swikero et annuente, duximus pro VIII talentis denariorum winnensium fratribus in alios usus redigendorum, cum possessiones et predia ordo noster prohibeat nos habere, vendere simpliciter et precise ita, ut, postquam dictus Swikerus viam Carnis ingressus fuerit universi. pretacta vinea ad Chremsmunstrensem Ecclesiam libere devolvatur. adiectum est etiam, ut pro iure civili *Domui Sancti Floriani* VIIII denarii et obulus in die Sancti Michahelis annis singulis offeratur. ut autem prenotata omnia Chremsmunstrensi Ecclesie sine cauillatione qualibet obseruentur, presentem Cedulam exinde conscriptam communitatis nostre Sigillo necnon sigillo Ciuium in *Stain* procurauimus Roborari, Annodatis testibus, qui sunt hii: *domnus Irnfridus uenerabilis Canonicus pataviensis, Archidiaconus Austrie et decanus in Chrems, domnus Sifridus plebanus in Stain, Marquardus Notarius, Chunradus Seuelder, Hainricus filius suus, hainricus Scriba, Otto aput Ecclesiam, chunradus filius hilperi, chunradus Sitis, Eberhardus decimator, Hilperus, christanus consubrinus suus, Ciues in Stain, vlricus Joringer, Richerus de Edenlinspach, Francho, Rapoto de Movtern, Jungricus frater suus, Chunradus panifex.* Acta sunt hec anno domini M. CC. LXXX. XIII. Kal. Februarii.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 120.

DLV.

1280. 2. Februar. — *Heinrich von Zirberg, genannt der Lonstorfer, beurkundet den Verkauf eines Gutes zu Pasching durch Chunrad den Salmansleiter an das Kloster Wilhering.*

Ne gestarum rerum obliuio tollat memoriam, solent facta hominum perpetuo duratura scripturarum apicibus et bono testimonio perhennari. Innotescat igitur presentibus et futuris, quod ego *Heinricus de Cirberch dictus Lonstorfær* quoddam feodum situm in *Pæsching*, quod *Chunradus dictus Salmansleiter* pleno cum consensu fratrum et heredum suorum michi assignauerat titulo proprietatis, recipiens a me in feodo idem predium, dedi et contuli ius meum, quod habui in eodem predio, *ecclesie sancte Marie virginis in Wilhering* ac predictus *Chunradus* dedit ac vendidit ius suum, quod habuit in prefato predio, cum bona voluntate mea predicte ecclesie pro decem et octo libris vsu fructuario et titulo proprietatis liberaliter et perpetualiter possidendum hoc adiecto, quod tenore presenti promisi et promitto, quod idem feodum defendere debeo ab omni vexatione et inpetitione omnium heredum et amicorum prefati *Chunradi* et quorumlibet aliorum ita, quod quidquid predicta ecclesia per inpeditionem predicti predii receperit (damni), debeo per omnia restaurare. Ne igitur presens donatio simul et venditio valeat aliqua in posterum calumpnia perturbari, presens scriptum dedi predicte ecclesie mei sigilli munimine cum subnotatis testibus roboratum. Sunt autem testes *dominus Hærtnidus et Bernhardus de Truna, dominus Otokarus de Chirchperch, dominus Otto Fronsenær, Heinricus de Wuldensdorf, Ditmarus de Holtz, Vlricus camerarius, Meinhardus et Vlricus de Chlingelprunn, Vlricus et Heinricus de Næntzing, Heinricus de V̊tzing, Gerungus de Asenheim.* Datum et actum Anno domini M. CC. LXXX. in purificatione gloriose virginis Marie.

Aus einem Copialbuche im Stiftsarchive Wilhering.

DLVI.

1280. 17. März. — *Mergart, Siefried's von Wien Witwe, gibt dem Kloster St. Florian einen Baumgarten zu Radendorf zurück, welcher demselben mit Unrecht vorenthalten worden war.*

Ego *Mergardis*, *Relicta Sifridi de Wienna* presentis Scripti protestacione vniuersis desidero notum esse, quod, cum me sentirem quoddam Pomarium (sic) in *Radendorf* Situm in anime mee penitus dispendium possidere, possessionem ipsius Pomerii, que *Ecclesiam domus Sancti Floriani* respicere uidebatur, Heredibus meis *Sifrido* videlicet et *Hainrico* nec non aliis meis consanguineis et amicis consencientibus et fauentibus ex nunc eidem Ecclesie offero libere simpliciter et precise renuntians omni iuri, quod michi forsitan conpetere uidebatur in ipso Pomerio, per presentes, immo manumittens possessionem eandem cauillatione qualibet procul mota. Itaque facta manumissione huiusmodi Sepedictum Pomerium aput venerabilem dominum *Vlshalcum prepositum* memorate Ecclesie consentiente Conuentu evici precibus affectiuis michi concedi iure precario per tempora uite mee huiusmodi pacto intercluso, vt videlicet de ipso pomerio in die beati Michahelis annis singulis VII. solidos denariorum vsualis monete ipsi domino meo preposito vel ipsius certo Nuntio offerre debeam casu quolibet contingente. Quod si facere neglexero, ex tunc a iure michi in ipso pomerio concesso pro propria sententia iudico me casuram. In cuius Rei testimonium ac etiam, ut post obitum meum sine contradictione qualibet heredum meorum, consanguineorum et amicorum antedictum pomerium ad prememoratam Ecclesiam libere reuertatur, presentem Cedulam exinde conscriptam appensione Sigillorum domini *Irnfridi venerabilis Canonici patauiensis Ecclesie, archidiaconi austrie, decani in Chrems*, *domini Gozzonis judicis ibidem* nec non *Ciuitatis Chremensis* Roborari ad maiorem efficatiam procuraui annotatis Testibus, qui Sunt hii: *Liupoldus frater domini Go (zzonis)*, *Hilperus de stain*, *Hainricus filius Pilgerini pauperis*, *Wolfkerus de Radendorf*, *Geroldus de Radendorf*, *Hainricus Sweinpech*, *Engelshalcus*, *Ditmarus Wolfstain*, *Hainricus Tobler*, *Hartlo frater suus* et alii quam plures. Acta sunt hec Anno domini M°. CC°. LXXX. XVI. kalendas Aprilis.

Orig. auf Perg. mit drei Siegeln. Stiftsarchiv St. Florian.

DLVII.

1280. (? 1290) 23. März. Rom. — *Papst Nicolaus (? III.) bestätiget die Freiheiten und Rechte des Klosters Garsten.*

Nicolaus episcopus seruus seruorum Dilectis filijs *Abbati et Conuentui Monasterij in Gersten* ordinis sancti Benedicti Patauiensis diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostrj ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filij uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus per priuilegia uel indulgentias Monasterio uestro concessas nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a Regibus seu principibus uel alijs christi fidelibus rationabiliter uobis indultas, sicut eas iuste ac pacifice obtinetis, uobis et per uos eidem Monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti (patrocinio) conmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmacionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Rome* apud sanctam Mariam Maiorem X. kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Orig. auf Perg., die Bulle abgerissen. Stiftsarchiv Garsten.

DLVIII.

Circa 1280. 13. April. Landau. — *Heinrich, Herzog von Baiern, ersucht das Domcapitel zu Passau, dem Kloster Ranshofen die Pfarre Haimingen zu schenken.*

H. dei gracia palatinus comes renj, dux bawarie viris venerabilibus et discretis domino *preposito dicto de chirchperch, wernhardo decano totique capitulo ecclesie pataniensis* salutem cum plenitudine omnis boni. Cum multa faciant pro *ecclesia in ranshouen,* propter que preces pro ipsius iuuamine sunt non inmerito admittende, tum quia non habundat redditibus et tamen valde consueuit hospitalitatis oneribus deseruire, tum quia sub regulari honestate viuit et ecclesiasticis officijs honestatur, Vniuersitatem uestram omni studio duximus exorandam, quatenus petitionem a nobis uobis pro ecclesia

eadem in releuacione paupertatis sue porrectam pro *ecclesia in haimingen* eidem monasterio donandam (sic) clementer audire velitis et clemencius exaudire. Datum in *londowe* XVIIII. kalendas maij.

Aus einem Pergament - Codex Sæc. XIV. in der k. baierischen Staatsbibliothek.

DLIX.

1280. 6. Mai. Waldhausen. — *Adelheit, Friedrich's von Wanberg Witwe, widmet für beider Seelenheil dem Kloster Waldhausen ein Gut zu Prantstat in Gutenbach und einen Grund in Chalnberg.*

Ne facta modernorum per obliuionis tineam aliquatenus corrodantur, scriptorum et testium assignatione solent et indigent roborarj. Hinc est, quod ego *Alhaidis relicta Fridericj de Wonberch* devocionem religiosorum virorum fratrum in *Walthusen,* quam marito meo et mihi largius exhibendo hactenus liberaliter inpenderunt, consideracionis oculo intuens et adtendens predium quoddam *in Gutenpach* in loco, qui dicitur *Prantstat,* et Aream in *Chalnperg* ad solucionem vnius libre annuatim dandam in festo Beati Michahelis pro salute prefati mariti mei et anime mee accedente assensu filiorum et propinquorum meorum sine contradicione qualibet liberaliter obtuli Ecclesie memorate. In cuius rei testimonium presentem paginam super hoc conscribi et Sigilli mei iussi munimine roborarj Testibus huic rei presentibus annotatis, qui sunt *Fridericus venerabilis Prepositus prefati locj, Rudigerus camerarius, Otto custos, Wolfkerus de Púsching, Chunradus de Wonberch, Vlricus de Chienberch, Dietricus de Gossperg.* Datum in *Walthusen* Anno Dominj M° CC° LXXX° Pridie Nonas Maij, Luna VII^a^

Orig. auf Perg. mit einem Siegel. Stiftsarchiv Waldhausen.

DLX.

1280. 27. Juni. Spital. — *Alber von Puchheim schenkt dem Spitale am Pyhrn einen Hof zu Pühel im Garstenthale.*

In nomine domini amen. Ne ea, que fiunt in tempore, simul cum processu temporis a memoria hominum sicut vmbra repente transeant et labantur, necesse est, vt scripture testimonio, quod obliuionis vicium non patitur, eternentur. Hinc est, quod ego *Albero de puchaim* ad noticiam vniuersorum presens scriptum intuentium

cupio peruenire, quod ob remedium progenitorum meorum et precipue, vt salus mea ex hoc apud dominum augeatur, *ecclesie hospitalis sancte Marie in pyrno monte* de bona et libera voluntate donauj curiam in *půhel* sitam *in valle Gerstensi* et vnum mansum in *Kirchdorf* perpetuo possidendum. vt autem hec mea donatio robur teneat perpetue firmitatis, presentem litteram scribi fecj et sigilli mej munimine in cautelam et euidens testimonium roborarj. Testes vero sunt *Heinricus nepos meus de Erenvels*, *Otto et Wuluingus fratres de Kamera*, *Cunradus dictus Holzmannus*, *Hoholdus et Gotefridus de kamera*, *Cunradus dictus Syppech* et alij quam plures fide dignj. Datum *jn domo Hospitalis* predicti Anno dominj M°. CC°. LX°X°X°. V°. kalendas Julij.

Orig. auf Perg. mit einem Siegel. K. k. geheimes Hausarchiv.

DLXI.

1280. 15. Juli. Linz. — *Heinrich, Markgraf von Hochperg, Hauptmann in Österreich ob der Ens, anerkennt auf dem Gerichtstage zu Linz das Gerichtsbarkeits-Recht der Äbbtissin Gertrude zu Traunkirchen über ihre Unterthanen.*

Hainricus dej gratia Marchio de hachperch, *capitaneus austrie superioris* vniuersis et singulis, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Ne ea, que geruntur in tempore, labantur simul cum tempore, necesse est, ut scripture testimonio perhennentur. Inde est, quod nos scire cupimus tam presentes quam posteros, quod nobis anno domini M°. CC°. LXX°X. secunda feria proxima post festum beate Margarete virginis *linze* pro tribunalj sedentibus venerabilis domina *Gertrudis abbatissa de Trvnkirchen* obtinuit coram nobis per conmunem sententiam omnibus, qui aderant, applaudentibus, quod ipsa habet de iure et de facto ius iudicandj siue iurisdictionem in omnibus curtibus nec non et hominibus monasterio suo pertinentibus in cunctis causis ipsos contingentibus, iudicijs sangvinis dumtaxat exceptis, in quibus est taliter procedendum. Si aliquis in bonis ipsius monasterij in furto, latrocinio seu quocunque maleficio deprehendatur, hunc iudex locj in iudicijs sanguinis exercitium iurisdictionis habens a procuratore domine abbatisse predicte requisitum et ab eo traditum, prout iustum fuerit, iudicabit. Si uero aliquis in iure et obediencia domine abbatisse iam dicte inuentus fuerit contumax et rebellis, aduocatus locj hunc ad ipsius

domine abbatisse obedienciam reuocabit. Ne autem aliquis pretaxatum ius in aliqua sui parte minuere seu infringere adeat (sic pro audeat), presentem paginam memorate domine abbatisse nomine suj monasterij tradidimus sigilli nostri munimine roboratam. Huius rej testes sunt dominj *hertnidus de truna, vlricus de capella. Wikardus de polnhaim, Heinricus et ch (unradus) fratres de volkenstorf, hainricus de volkenstorf. Gundakarus de losenstain. Chvnradus de harthaim et otto filius eius. ortolfus de chersperch. Wernhardus de lerbuhel. hainricus de stain et alramus filius eius. albero et alramus fratres dicti plicholben. Wernhardus de povrawe, Gotfridus de pernawe, Ditmarus de loh, herrandus de hiltprehtingen, Josep de stira, Gotfridus de talhaim, heinricus de pevzcheim* et quamplures alij fide dignj. Actum et datum loco et termino prenotatis.

Orig. auf Perg., das Siegel abgefallen. Schlossarchiv Ort am Traunsee. Kirchliche Topographie XIV. 250.

DLXII.

1280. 24. December. Wien. — *König Rudolph I. widerruft einen ungehörig gefällten Urtheilsspruch gegen den Erzbischof von Salzburg in Betreff der Vogtei und des Districtes um Mondsee.*

Rudolfus dei gratia &. vniuersis sacri imperii fidelibus presentes litteras inspecturis Gratiam suam et omne bonum. Quia venerabilis *Salzburgensis Archiepiscopus* princeps noster dilectus per honestum virum *magistrum Heinricum de Merein* procuratorem ad id legaliter constitutum legitime comprobauit, citationem nostram ad instantiam Nobilis uiri Comitis de *Ortenberch* super aduocatia et districtu de *Maense* a nostro culmine impetratam ad ipsum minime peruenisse, Nos sentenciam latam contra predictum Archiepiscopum ad instantiam comitis prenotati in irritum per nobilium et fidelium nostrorum sententiam reuocamus restituentes eundem Archiepiscopum plene et integre iuri suo ita, quod predicta sententia, quam idem comes optinuit, nullum sibi debeat preiudicium generare, presentium testimonio litterarum. Datum *Wienne* IX. Kalendas Januarii, Indictione IX. Anno domini M°. CC°. LXXX° regni vero nostri anno VIII°.

Wiener Jahrbücher CIX. 263.

DLXIII.

1280. — *Otto, Abbt zu Mondsee, verleiht an Chunrad des Klosters Hofmeister zu Krems, dann dessen Sohn Dietmar und Tochter Gertrud den Weingarten Vorholz zu Leibgeding.*

Nos *Otto dei gracia Abbas in Månnse* cum vniuersitate collegij omnibus presens scriptum intuentibus salutem in filio dei uiui. Mundanus actus suffocatur ex facili, nisi voce testium et scripturarum memoria perhennetur. Nos igitur ad noticiam peruenire volumus singulorum, quod nos ob dileccionem *Chunradi magistri Curie nostre in Chremsa* suis heredibus videlicet *dietmaro clerico* et *gedrudi ipsius Chunradi filie* nec non eius nepoti *Chunrado* vineam nostram *vorholcz* ad ipsorum vite terminum et non plurium (sic) contulimus libere possidendam interposita huius racionis forma, vt annis singulis quatuor vrnas vini de memorata vinea nobis soluatur (sic), quas si dare neglexerint, ipsa vinea in vsus nostre Ecclesie libere reuertetur. In cuius rei testimonium presentes literas ipsis damus sigillorum nostrorum munimine roboratas. acta sunt hec Anno domini M° CC° LXXX° testes uero sunt *Chunradus notarius noster podingarius*, *Heinricus incisor*, *Aeberwinus*, *Chunradus totan* et alij quam plures.

Aus dem Copialbuche Sæc. XV. des Klosters Mondsee.

DLXIV.

1280. — *Chunrat, Propst von Ranshofen, beurkundet einen Vergleich zwischen dem Abbte von Mondsee und dem Dimo in Betreff einer Hube zu Helpfau.*

Nos *Chunradus Dei gratia Præpositus Ecclesiæ Ranshofensis* scire volumos universos litterarum præsentium Inspectores, quod, cum super cujusdam hubæ in *Helpfovve* et possessionibus controversia inter venerabilem Abbatem in *Mænse* ex una parte et *Dimonem* et suos fratres ex altera versaretur ita, quod uterque ipsorum jus in prædicta huba habere se certissime est professus, tandem ad virorum idoneorum consilium hujusmodi lis taliter est sopita, quod prædictus venerabilis Abbas prædicto Dimoni processione exsolvit Salzburgenses duas libras. Ut autem talis tractatus in posterum retractari ab aliquo non valeat vel infringi, præsentes litteras ad petitionem partis utriusque sigillo Domini *Ottonis de Seifritstorf* et nostro coram

subnotatis testibus, qui interfuerunt, fecimus communiri. Hujus rei testes sunt *Chunradus Domini Abbatis in Mænse notarius. . . . ., istorterius, Wernhardus de Sulzbach, Otto de Otnang, Podingarius Rutherus . . . . incisor, Ebervvinus, Putolfus, Engelscalcus et Hainricus filii officialis* et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini 1280.

Chronic. Lunælac. 160.

DLXV.

1280. — *Hartneid von Traun gibt dem Kloster Wilhering das Gut in der Au an der Traun gegen ein anderes zu Näntzing, Otting genannt.*

Quia humana conditio semper mobilis uidetur ad instabilitatem ideo facta in perpetuum duratura, ne aut obliuione pereant, aut vitio instabilitatis hominum retractari valeant, perpetuis necessario debent confirmationibus conmuniri. Innotescat igitur presentibus et futuris, quod ego *Hærtnidus de Truna* pleno cum consensu liberorum meorum ac nepotum meorum de prima vxore mea et aliorum amicorum meorum concambium feci cum *ecclesia sancte Marie virginis in Wilhering* et fratribus ibidem deo seruientibus dando eis possessionem meam *in der Awe aput Trunam sitam iuxta zohensunsdorf*, quam quondam habuit a me iure feodali . . . cognomine *Althaimer*, sed vendito iure suo per manum meam *Heinrico dicto Wuldenstorfer*, cuius rogatu et consensu factum et celebratum est concambium dicti iam predii, pro quadam possessione predictorum fratrum sita iuxta *Naentzing* vocata *Otting* eternaliter permansuram (sic) conditione supposita mediante videlicet, vt si, quod absit, aliquis heredum uel amicorum meorum quacunque de causa conmutationem hanc retractare uel infirmare presumpserit asserens forte predictam possessionem hereditario iure ipsum contingere, ego et prefatus *Hainricus de Wuldenstorf* promisimus et promittimus ab eodem uel eisdem tanquam ueram et iustam proprietatem ab inpeticione qualibet defensare. Ad ampliorem autem huius confirmationis certitudinem presens scriptum sigilli mei et nobilium dominorum de *Schawnberg* feci munimine roborari. Huius autem conmutationis testes sunt dominus *Vlricus et Chunradus de Capella, Heinricus de Zirberg, Wernhardus de Duchsperg, Wichardus, Ortolfus, Philippus, Heinricus fratres de Polnheim, Hertnidus de Schawnberg, Chunradus Furter, Otokarus de Chirchperg, Otto von dem*

Frensen, *Ditmarus de Holtze*, *Vlricus de Naentzing*, *Vlricus Camerarius*, *Ortolfus officialis et frater suus Marquardus* et alii plures. Datum et actum anno domini M°. CC°. LXXX°.

Aus einem Copialbuche des Stiftes Wilhering.

DLXVI.

Circa 1280. Linz. — *Siboto, Domherr von Passau und Erzdiakon zu Lorch, verleiht dem Heinrich von Wildenstorf ein Gut zu Nenzing auf Lebenszeit.*

Ego *S. dei gracia canonicus pataviensis et arcydiaconus Laureacensis* Notum cupio fieri omnibus presentem litteram inspecturis, quod nos *Hainrico de Wldenstorf* dotem *in Nenzinge*, que spectat ad *ecclesiam linzensem*, precaliter non feodaliter commisimus taliter obseruandum, ut attinencia eiusdem predicte dotis, quecumque abstracta sint, requirat et sibi attrahat, post mortem vtriusque eandem dotem ecclesie pleno iure restituat antedicte, sic quieto modo, ut prediximus, sine contradiccione qualibet sepedictam dotem possideat omni iure. quicumque autem in huius nostre confirmacionis et indulte sibi libertatis nocumentum aliquid atemptare voluerit, vbi plena nostra voluntas affuit et consensus, ipsum defendere volumus omni vice. vt autem hoc nostrum comissum, vt prediximus, tali tempore perseueret stabile atque firmum, testes, qui preerant huiusmodi commissioni, nostro sigilli munimine roboramus. Huius autem testes sunt Dominus *Hertnidus de Traun*, *vlricus judex in Linz*, *vlricus mauter*, *wakrainer*, *Siboto faber*, *Hainricus de aschach*, *pranter*, *prvno* et ceteri plures. Datum *in Linz*.

Orig. auf Perg. mit Siegel. K. k. geheimes Hausarchiv.

DLXVII.

Circa 1280. — *Poppo von Grünburg belehnt den Siboto von Mauthausen mit einem Weingarten in Rädelbach und mit vier Lehen zu Ekmansöd.*

Notum sit omnibus tam presentibus quam et futuris hanc paginam inspecturis, Quot (sic) Ego *Poppo de Grv̊nenpurch* contuli *Sibotoni de Mauthausen* et sue legitime *Tv̊te* et duabus filiabus suis *Hailike et Getrudi* vineam circa *Spiz* in *Raedelpach* et quatuor feoda in *ekmansode*. Huius rei sunt testes *Dominus Vlricus longus de Capella*, *Dominus Poppo de Rihenstain*, *Dominus Marquardus Mezze*, *Dominus Wernhardus de straze*, *Dominus duringus*

pipero, Dominus hainricus Swainpecho, Dominus kalhohus de Citenarn, Dominus Marquardus de stetin, Dominus Chůnradus de Grvsenik, Dominus Otto de stetin, Wolfilo marscalh, hainricus comes, Dominus Chůnradus jvdex de Mauthausen et suus gener Dominus hainricus Rigelarius, Wernhardus pavsche, Wernhardus frater suus de Mauthausen, Herbordus kamerarius de sancto Georio, frater suus Chůnradus, Dominus Albertus Sidilo, Dominus Leo de Wartpech (sic), *ůlricus super monte, Chůnradus Hageno, Willehalmus pavsche, Otto de Hinterperge, Hainricus de Hinterperge, Herrandus seruus domini Rihenstain, Hainricus de Schavwenperge seruus domini de Rihenstain, Sifridus panifex de Mavthausen* et alii quam plures, et super isto scripto meo sigillo roboraui et Domini de *volchenstorf* Dominus *Otto* et Dominus *Chůnradus.*

Orig. auf Perg. mit Siegel. K. k. geheimes Hausarchiv.

DLXVIII.

Circa 1280. — *Gundaker von Starhemberg schlichtet einen Streit zwischen dem Kloster Seitenstetten und Kunigund der Witwe Otachers von Stille wegen einer Wiese.*

Ich *Gundaker von starchenberch* tuen chunt allen den, (die) disen brief ansehent, daz der herre *apt chvenrat von seiteinsteten* chriegt mit vron *chunegvnden Otachers havsvrawen von Stille* vmbe ein wis *in dem reintal*, der chriech ist also geendet, daz er der *apt von seitensteten* hat der der vorgnanten vron *chunegvnden* dieselben wis *in dem reintal* verliben ir vnd ir chinden, diu si pi *Otacheren* hat, ze ir tagen vnd der chind tagen ze einem zins, das si alle iar an sant Georientag von der vorgenanten wis svlen dienen zwainzich phenning wienner munzze. ob si den zins versezzen, des ich niht getrawen noch gelawben, so sol diu oft genant (wis) vnser vrawen *ze seitensteten* an allen chriech vnd an alle ansprach ledich sein. vber die red han ich den prief beziugt mit meinem insigel.

Orig. auf Perg. mit Siegel im Stiftsarchive zu Seitenstetten.

DLXIX.

Circa 1280. — *Hugo von Morsbach versetzt dem Ulrich von Weidenholz ein Gut zu Slatwisen.*

Ich *húg von morsbach* vnd sin swiger ver *agnes* tůn kunt allen den, die disen brief horent lesen, daz wir daz guet da ze *slatwisen*

sezzent mit vnserm gûten willen *kvnegunt* vnd mit ir tohther *berthen vnd diemut*. Wir veriehen vnd tuen kvnt allen den, die disen brief horen lesen oder lesen, daz wir haben gesezzen daz guet ze *slatwisen* fur nivn pfvnt pfenninne wienner hern *vlrich dem widenholzer* vnd hern *Otten sim geswien* vf die wihennahten vnd ob man daz guet niht loset ze wihenahten, so svlz aber sten vnz hin vmme hin ze wihennahten. Der rede ist gezûg der *voget kristan von welse, her Rudolf von liethenwinkel, vlrich in der ôde, her marquart bi der aschach, Otte von spehingen* vnd ander biderbe luthe.

Orig. auf Perg. mit zwei Siegeln. K. k. geheimes Hausarchiv.

DLXX.

Circa 1280. — *Ortolf von Waldeck versetzt dem Ulrich von Weidenholz seinen Hof zu Lind.*

Ich *Ortolf von waldekke* tuen chunt allen den, die diessen brief ansehent, daz ich hern *vlreichen von veidenholtz* meinen hof datz *linde* han gesatz vmb viertzehen phunt alter wienner also, ob ich im vor sant Jorgen tag widergib die vor genanten pfenning, so schol der hof wider ledich sein als ê; ist des nit, so schol er denselben vorgenanten hof in rehter satzung gewer haben vnd woz im daran abget, da lobt im mein veter vmb her *Meingoz von valdek der chorherre ze pazzaw* zů samt mir vnd geit im darvber sein jnsigel an disev hantvest zve samt dem meinen.

Orig. auf Perg. mit zwei Siegeln. K. k. geheimes Hausarchiv.

DLXXI.

Circa 1280. — *Chunrat von Lichtenwinkel leistet für Ottokar den Furter Bürgschaft bei Ulrich von Weidenholz.*

Ich *Chvnrad van lichtenwinchel* vergih offenbar an disem brief allen den, die disen brief sehent vnd hôrent lesen, daz ich porge bin vmb acht pfunt wiener alter pfenning fûr *Otachern den furtaer* hintz hern *vlreich von weidenholtz*, dem hat *Otacher der furtaer* ein gut fûr div acht pfunt gesatzt, leit ze *vreiling* vnd swaz dem vor genanten hern *vlreich von weidenholtz* an dem egenanten gut abget, daz sol er haben mit meiner hausfrowen gûtleihem willen vf allev dev vnd ich han vnd gib im mein insigel ůber die bescheiden red an disen brief zeinem vrchůnde.

Orig. auf Perg. mit Siegel. K. k. geheimes Hausarchiv.

DLXXII.

7. Jäner 1281. — *Tauschhandlung zwischen dem Kloster Wilhering und Albero von Hohenstein.*

Euanescere solent more fluentis aque facta hominum, nisi scripture testimonio roborentur. Uniuersis igitur hanc literam inspecturis ego *Albero de Hohenstein* notum esse cupio, quod, cum concambium quarundam possessionum in *Mævzling* et in *Veling* inter dominum Abbatem et conuentum de *Wilhering* ex parte vna et me et possessionum mearum circa *Schadlintz* ex parte altera debitum non posset habere finem vel certitudinem, tali est conpositione amicabili terminatum, quod eandem possessionem in Mævzling et in Veling predictis Abbati et conuentui reddidi et resignaui libere et absolute conditione supposita nichilominus mediante videlicet, ut, si infra festum Penthecostes proxime uenturum possessionem equiualentem vel saltem tredecim solidos nouorum denariorum soluentem liberam tradidero et absolutam, concambium stabit, sin autem fratres supradicti abbas et conuentus de Wilhering sepedictam possessionem in Mævzling et in Veling absque contradictione heredum vel amicorum meorum tenebunt in perpetuum absolute et liberrime sicut prius. In cuius rei testimonium presentem litteram dedi prefatis abbati et conuentui sigilli mei et nobilis uiri domini *Levtoldi de Chunring* robore conmunitam. Testes sunt dominus *Heinricus de Hage*, *Godeschalcus de flachenekke*, *Otto de Tirenstein*, *Otto de Cisteinsdorf*, *Vlricus notarius* et alii quam plures. Datum anno domini M. CC. LXXXI. Valentini martiris.

Aus einem Copialbuche des Stiftes Wilhering.

DLXXIII.

1281. 21. April. Kirchschlag. — *Vergleich zwischen Liutold und Heinrich von Chunring und dem Propste von Reichersberg in Betreff der Verleihung und der jährlichen Abgabe der Kirche zu Kirchschlag.*

Quoniam gestis mortalium presertim vtilibus nouercari solet obliuio, necesse est facta digna memoria roborari scripturarum et testium munimentis. Nos igitur *Livtoldus et Hainricus dicti de Chvnring* significamus tenore presencium vniuersis, quod, cum Ecclesia de *Chirhslag*, cuius defensores sumus et legittimi aduocati, de qua a longe retroactis temporibus Parrochiali ecclesie de *Pram-*

berch de oblacionibus altaris duorum talentorum annuatim certa pensio soluebatur, per quasdam exactiones insolitas et deformes esset ad alciociorem (sic) et eiusdem ecclesie vicariis intollerabilem pensionem annis singulis alteratam et ex eo multa sequeretur indecencia, uidelicet mutaciones continue sacerdotum, plebis desolacio, inportuna materia scandalorum, nos eiusdem ecclesie comodis et saluti proprie consulere cupientes cum uenerabili patre *Walthero preposito de Richersperig*, ad quem huius mali correctio pertinebat, post aliquos inter nos licium anfractus conuenimus in hunc modum, quod idem prepositus nomine suo et conuentus sui assumpsit prenotatam ecclesiam chirhslag in perpetuos temporum successus debere conferri ex nunc de nostro consilio omnisque posteritatis nostre alicui persone ydonee possidendam iure pastoris legittimi et rectoris tali cum conditione interposita, quod idem sacerdos de nostro consilio per ipsum prepositum successoresque suos constitutus duo talenta ab antiquo soluta preposito, conuentui uel ecclesie Prampergensi annis singulis soluere teneatur nec possit conpelli uel debeat ullo modo ad ampliorem de cetero pensionem cuiuscunque rei aut vtilitatis pretextu, nisi forsan ex mera liberalitate aliquid facere uoluerit spontanea uoluntate. Que si per predictos prepositum et Conuentum Richerspergensem rite non fuerint obseruata, cadent a jure suo ex presentis obligacionis debito et pacto nobis prestite sponsionis. Nos uero econtra propter futuras cauillaciones, que possent oriri, omni iuri, questioni, actioni, que nobis conpetebant contra predictos prepositum et Conuentum siue plebanos renunciamus ex nunc explicite et expresse. Volumus eciam et permittimus, ut defuncto ibidem sacerdote nullus officialium nostrorum de rebus suis siue mobilibus siue inmobilibus se intromittat, sed ad ecclesiam Richerspergensem pertineant uel quocumque ipse res suas testatus fuerit ob anime sue remedium et salutem. Nobis uero promisit antedictus prepositus cum conuentu, quod sacerdos, quem in Chirhslag constituerit, progenitorum nostrorum faciat memoriam in die sancti Georii martiris et anniuersarium sollempne ipsis debeat celebrare. Super omnibus itaque per nos premissis presentem litteram nostris sigillis in perpetuam rei geste memoriam fecimus conmuniri. Et predicti prepositus et Conuentus nobis e conuerso litteras sub presenti tenore dabunt super factis pactionibus sigillorum suorum munimine consignatas. Testes huius rei sunt *frater Sighardus uenerabilis Abbas montis sancte Marie*,

frater Fridericus ibidem cellerarius, Dominus Otto plebanus in pramperch, dominus, Sifridus plebanus in edlitz, item dominus Sifridus de Richersperig, Perihtoldus de chrvmpah, Chvnradus de Sitzendorf, Hermannus de Sturmberch, Fridericus povschinch, hanricus Herlaher et alii quam plures. Datum in *Chirhslag* Anno domini M°CC°LXXXI°. XI°. kalendas Maij.

Orig. auf Perg., die beiden Siegel abgefallen. Stiftsarchiv Reichersberg. Mon. boic. IV. 455.

DLXXIV.

1281. 2. Mai. Wien. — *König Rudolph I. verpfändet dem Ulrich von Capellen und seiner Hausfrau Elisabeth Güter bei St. Leonhart etc.*

Nos *Rudolfus dei gracia romanorum rex semper augustus* ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus peruenire, quod nos experte fidei puritatem, qua strenuus vir *vlricus de capella* dilectus fidelis noster erga nos semper viguit, benignius intuentes sibi et *Elyzabet* vxori sue ac suis heredibus vtriusque sexus procreatis uel procreandis ex ea aut aliis heredibus suis proximis octingenta talenta denariorum Wiennensium pro gratis suis obsequiis promittimus nos daturos, pro quibus sibi bona nostra apud *sanctum leonardum* inter *Stampham* et *Eistam* cum decimis et aliis pertinentiis, quecunque fuerint, decimam in *rotenstain*, houbas nostras spectantes ad dominium terre in *Blasenstein*, forum *Munspach* cum suis pertinentiis, curiam in *winkel*, bona seu houbas in *Sewarin* attinentes domino terre et *prouinciale judicium in machlande* liberaliter obligamus obtinenda cum omni fructu tam diu, quousque ipsi vlrico, vxori sue et heredibus prenotatis plene data fuerit pecunia memorata. et ut ipse vlricus propter fidem suam, quam semper erga nos immaculatam laudabiliter conseruauit, a nobis referat graciam ampliorem, sibi omnia et singula, que ipse vel heredes sui prefati de dictis bonis perceperunt siue percipient, ex mera liberalitate donamus sic, quod illesa conscientia cuncta percepta vel percipienda ante solutionem debiti principalis habere valeant nec conputare teneantur in sortem; si quis vero super premissis ipsum vel heredes suos dictos impetierit, contra illum nos vel quicumque dominus terre fuerit, ipsos tenebimur defensare et dampna quelibet resarcire. jn cuius rei testimonium presens scriptum exinde couscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri. Datum *Wienne* VI. nonas

maij jndictione IX. anno domini M° CC° LXXXI° regni vero nostri anno octauo.

Orig. auf Perg. mit Siegel im k. k. geheimen Hausarchive. — Kurz, Ottockar und Albrecht I. II. 184. Hormayr, Archiv 1828. 783.

DLXXV.

1281. 2. Mai. Wien. — *König Rudolph verpfändet dem Ulrich von Capellen und seiner Hausfrau Elisabeth das Schloss Rutenstein um vierhundert Pfunde.*

Nos *Rudolffus dei gracia Romanorum rex semper augustus* tenore presencium ad vniuersorum tam presencium quam etiam futurorum volumus peruenire (noticiam), quod nos multa fidelitatis opera, que cum deuocione laudabili strenuus vir *Vlricus de Capella* dilectus fidelis noster crebro nobis exhibuit, benignius intuentes sibi *montem et castrum Rutenstain* cum duorum et dimidij talentorum redditibus attinentibus eidem castro pro quadringentis talentis denariorum wiennensium, quos sibi pro gratis suis obsequijs nos daturos promittimus, liberaliter obligamus jta, quod ipse et *Elizabeth* vxor sua ac heredes vtriusque sexus, quos ex ea genuit vel in posterum generare contigerit, ipsum castrum et montem iusto obligacionis titulo tam libere et quiete debeant obtinere, quousque eis per nos aut verum dominum terre Austrie eadem quadringenta talenta et omnia et singula, que exposuerunt vel exponent in fossatis, muris et structuris circa castrum predictum, iuxta fidedignorum virorum consilium plene data fuerint et soluta. Qua vero solucione perfecta ipse vlricus, Elizabeth vxor sua et heredes vtriusque sexus procreati seu procreandi ex ea aut alij heredes sui proximi, si ex ipsa Elizabeth heredes superstites non habuerit, in predicto castro castellani castrensi jure perpetuo permanebunt. In hijs autem et in alijs quibuscumque, que eidem Vlrico et suis heredibus prenotatis obligauimus siue dedimus, nos vel quicumque dicte terre dominus fuerit, ipsos manu tenere tenebuntur et tueri. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum *Wienne* VI. nonas Maij, jndictione IX^a^ anno domini M. CC° LXXXI^mo^, regni vero nostri anno VIII°

Aus einem Codex des k. k. geheimen Hausarchives.

DLXXVI.

1281. 24. Mai. Grätz. — *Ortolf von Triwenstein überlässt dem Spital am Pührn einen Bauplatz mit Grundstücken zu Kirchbach, den During von Chrotendorf zu Lehen besass, als Eigenthum.*

In nomine domini Amen. Ego *Ortolfus de Triwenstein* presentibus litteris profiteor, quod, cum discretus vir dominus *Chunradus procurator hospitalis sancte Marie in pyrno monte* vnam Aream cum agris eidem attinentibus sitam in *Kirchpach* emiss . . . . d. *Duringum de Chrotendorf*, quam idem Duringus a me in feodo tenuit, Ego o . . . . . . proprietatem dicte Aree et agrorum iam dictorum hospitali memorato in remedium anime mee ob reuerentiam beate Marie virginis cum omni iure mihi conpetenti liberaliter delegaui. In cuius rei memoriam presentes litteras scribi feci et sigilli mei munimine roborari. Datum in *Grez* Ánno domini M°. CC°. LXXXI. in vigilia Annunciationis domini.

Orig. auf Perg., schlecht erhalten, mit Siegel. K. k. geheimes Hausarchiv.

DLXXVII.

1281. 17. Juni. Regensburg. — *Heinrich, Bischof von Regensburg, gibt dem Ulrich von Capellen einen Lehenbrief über das Dorf zu Küning.*

Nos *Heinricus dei gracia Ratisponensis episcopus* vniuersis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod inspectis deuotis et fidelibus obsequiis nobis et ecclesie nostre per dilectum fidelem nostrum *Vlricum de cappella* gratanter impensis et adhuc, ut speramus, imposterum inpendendis, vniuersa et singula feuda, que idem vl. ab ecclesia nostra tenet et specialiter villam in *chŏning*, de qua ipsum infeudauimus, *Sophye* filié sue de *Elysabet* nunc vxore sua progenite contulimus tytulo feudalj volentes, ut eadem filia et alij pueri de predicta vxore in futurum procreandj ipsis feudis gaudere debeant et eadem feudaliter possidere. Si autem dicta filia, quod absit, decesserit nec prefatus vlricus ex eadem vxore alios heredes genuerit, siue si geniti decesserint, supradicta feuda *Livkardj* filie *Gerdrudis* prioris vxoris sue debent postmodum nichilominus remanere. Insuper si affinis sepedicti vlrici videlicet *Otto de Schala* preter heredes decesserit, feuda, que idem O. ab ecclesia nostra tenet, volumus ipsi vlrico, si tunc superstes fuerit, nomine et iure

feudj attinere. In cuius rej testimonium presentes litteras eidem tradidimus nostri sigillj robore communitas. Datum *Ratispone* anno domini M° CC° LXXX° primo, XV. kalendas Julij.

Orig. auf Perg. mit Siegel im k. k. geheimen Hausarchive.

DLXXVIII.

1281. 10. September. Schaumburch. — *Wernhart und Heinrich, Brüder von Schaunberg, verleihen dem Kloster Fürstenzell Mautfreiheit zu Aschach.*

Nos *Wernhardus et Hainricus fratres de Schaumburch* notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod ob divine remunerationis meritum et reverentiam gloriosissime Dei genitricis Marie Virginis Monasterio in *Fürstencelle* in honore ipsius constructo Cisterc. Ordinis concedimus, damus et tribuimus liberam facultatem et potestatem omnimodam transducendi singulis annis omne vinum et victualia sua, que in *Austria* eidem Monasterio proveniunt vel provenire poterunt quomodolibet in futurum et vasa similiter sive ligna, qua pro eodem vino et victualibus colligendis transmiserint apud *Aschach* per omne nostrum Dominium sine exactione qualibet, telonio sive muta, a quibuscunque vel per quoscunque predictum vinum ipsius Monasterii, vasa sive victualia deducantur. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillis nostris fecimus communiri Adnotatis testibus, qui sunt hii: *Symon Capellanus,* Ex Militibus *Hertnidus, Chunradus de Furt* et alii quam plures. Actum et datum in *Schaumburch* anno Domini 1281. quarto Idus Septembris.

Mon. boic. V. 24.

DLXXIX.

1281. 14. September. Wien. — *Albrecht, Graf von Habsburg, Landesverweser von Österreich und Steiermark, bestätigt ein zu Passau geschlossenes Übereinkommen wegen gestörten Strassenfriedens zwischen Passau und Eferding.*

Wirr *Albreht von Gotes genanden Grave von Habspurch vnd kiburch, Lantgraue von Elsazze, des hohen vnd des werden Romischen kunig Rvdolfs ersgeborn Svn und ein verweser der lande ze Oesterrich vnd ze Styre* Tvon chunt allen den, di disen brief horen oder sehen, vnd veriehen des offenlich, das wir, vmbe den unvride, der zwischen *Pazzowe* vnd *Evriding* vf land vnd vf wazzer geschehen ist, ze bezzern vnd vrid vnd genade dem Lande ze machen, vnser getriwen vnd liben Ratkeben *wernharten von Schowenberch,*

Vlrichen von Tovuers, *Otten von Bertolstorf*, *Chvnraten von Svmerow vnd vlrich von Chappelle* vf hin gein *Pazzowe* mit vollem gewalt sanden ze teidingen mit des werden vursten *hertzogen Heinrichs von Beiern* ratgeben, di er vmb die sache vnd vf denselben tach dar sande, vnt do di Ratgeben hertzogen Heinrichs, der namen wir hi beschriben, *Vlrich von Abtsperig, Alber von Halse, Grimolt von Prising* vnt *Wimar Vrumesel* mit vnsern vorbenanten Ratgeben zvsammene gesazzen mit dem Bischof von Bazzow, do wurden si eintrehtichlich vnd einmvtichlich, vmb den vorgenanten vnvrid ze bezzern vnd vride ze machen, aller der settz enein, di hernach von worte ze worte geschriben stant. Dise saettze, di hernach geschriben stant an disem brieve, di sint bestaetigt von *bischof Wichart von Bazzow*, von Hertzog Heinrich von Beiern vnd von Graven Albreht dem verweser in Oesterreich vnt sint von ir Ratgeben betrahtet ze bezzern allen den schaden, der zwischen Pazzow vnd Evriding vf land, vf wazzer vnd vf strazzen geschehen ist sider pfingsten in dem dritten jar, vnd vmb vrid vnd genade ze behalten allen livten vf land, vf wazzer vnd vf strazzen biz ze wihnahten vnd von dann vber driv jar. Swer deheines schaden bezigen wirt, lovgent er, so sol er gerihten vnd sich des schaden bereden mit zwain zv im siner genozzen, er si dienstman, Chovfman oder gebovr, vnd svln di vmbesprochen sin vnd an archwan desselben schaden. Ist aber er schuldich, so sol er selb dritt, als vorgesprochen ist, berehten, daz der schad nicht tiwerr si gewesn, vnt sol in darnach gelten. Wil aber er in niht berehten, so sol in der berehten, der den schaden hat genommen, selb dritt siner genozze, di vnbesprochen sin, vnd sol man in dar nah gelten. Sprichet ein vurst den andern vursten an, der sol sich heizzen bereden oder den schaden heizzen berehten mit drein siner Dienstmannen oder wil er niht heizzen berehten, so sol in dirr vurst, der in anchlaget, heizzen berehten siner Dienstmannen dri. Sprichet ein ander man einen fvrsten an, der sol sinen schaden selb dritte berehten, als vor gesprochen ist. Daz selbe reht stet einem Graven oder einem vrien Herren Hintz siner manne drin, mit den sol er bereden oder berehten. So hat sich *Pilgrim von Raennahrigel* vnd *Chvnrat von Tannberch* besvnderlich in den satz gesetzet vnd gebunden, daz si bezzern, swaz si in der vrist, als vor bescheiden ist, schaden haben getan vnd swem si iht haben getan vf land, vf wazzer vnd vf strazzen mit dem satz, als vorbescheiden ist, vnd ouch

vnschadehaft sin allen livten vf land, vf wazzer vnd vf strazzen von in vnd von ir burigen *Raennahrigel* vnd *Tannenberch* vnd von ir livten, der si sich niht anent an gevaer vnt di si noch zv in nement. Ob si des niht leistent an der bezzerung oder vbervuren mit schaden, den si taeten, so svln si sin rehtlos vnd erlos und svln ir rehtiv lehen alliv sin ir Herren vnd sol man von ir eigen bezzern, swaz si habent schaden getan, Vnd svlen daz di tvon, in der geriht ir eigen liget. Swaz aber si dem bischof von pazzow habent getan vf sinem vrbor, des sint si niht gebunden ze bezzern nah dem satz, der vor bescheiden ist. Geschaeh aber vurbaz dehein schad von in oder von ir livten oder von ir burgen vf land, vf wazzer vnd vf strazzen dem bischof oder andern livten, swer die waeren, da sol man bezzervng von in vordern, di svln si leisten nah der vorderunge in Viertzehen tagen nah dem vorgesprochem sattze vnt swes si nah dem sattz schuldich belibent, da svln si ze pazzow vmb in varn vnd nimmer vz chomen, vntz si ez gebezzern. Swa si der einez vbervarnt, so gevallent si in di pen vnd in di schvld, div vor gesprochen ist. Sint aber si vzzer landes, swaz si da tvont, da mit svln si nih schuldich werden vnd swaz di wil von ir livten vnd von ir bvrgen schade geschaeh, den svln si bezzern in viertzehen tagen darnach vnd si wider ze lande chomen sint. Wirt ein vrlivg zwischen dem Hertzogen vnd dem bischof von Pazzow, so sol weder *Pilgrim von Valchenstein* noch *Chvnrat von Tannenberch* mit in selb noch mit ir Livten noch mit ir burgen ze Raennahrigel noch ze Tannenberch den Hertzogen deheinen dinst tvon noch dehein vurderung. Daz si di Saettz vnd die bvnde alle staete halten, als vor geshriben ist, des habent bede gesworn gegen den heiligen vnd habent des Bischofs huld von pazzow vmb allez daz, des si sich ze bezzervng habent erboten, Vnd habent des Lantherren hvld von Oesterrich vnd sol ir gvlt ze Oesterrich vnbechvmbert sin vnd ledich vf ir bezzervng, di si habent gelopt. Geschiht aber in dehein schad in den drin jaren, da svln si bezzerunge vordern von dem Rihter, in des geriht in der schad geschiht. Bezzert in der niht inner viertzehn tagen nah der vorderunge, so svln si ir schaden verpfenden an dem, der in hat getan, oder an dem, der in behaltet, vnd svln daz pfant vz geben vf reht vnd zitlich bezzervng ze viertzehen tagen. Wold man ez dann niht vz nemen, so möhten si ir vrvm da mit schaffen, da mit hetten si niht gebrochen. dar zv ist gelobt, daz man zwischen hinn vnd Sant Michels tach *Sprintzen-*

stein rovmen svl vnd alle di da von varn, die dar vffe sint, an gevaer vnd an hinderliste vnd sol sich des vnderwinden des Bischof bot oder des Graven Albrehts. Ovch ist ein vrid gemachet zwischen dem bischof vnd den *Morspechen Otten vnd Oertelins* bis hintz Wihnahten vnd von dann vber ein iar also, ob si dem Bischof in der vrist iht taeten an reht, daz svlt bedenthalp beredet vnd berehtet werden nah dem sattz, als vor bescheiden ist, inner viertzehen tagen, swenne daz gevordert wurde, vnd swes si nach dem sattz schvldich belibent, da svln si vmb in varn ze pazzow vnd nimmer vz chomen, biz ez gebezzert werd. Div beredung vnd berehtung sol vor dem Bischof von Pazzow geschehen vnd svln si sin geleitte haben vur alle di sache an vur di eine. man sol von allen den bvrgen, di da zwischen ligent zwischen Everding vnd Pazzow, daz reht tvon, swaz darvf geschehn ist, mit den vorgesprochen saetzen vnd sol ovch den vrid davon haben, der vor bescheiden ist. Vber di bezzerung, di man tvn sol aller der getat, div in drin Jaren sider pfingsten geschehen ist, als vor an disem brieve geschriben vnd bescheiden ist, hat man mit gemeinem rat einen gewegen tach genomen vf den nahsten tach nach Sant Martins tach. Daz die Saetz, als vor bescheiden ist, staet beliben vnd behalten werden an gevaer vnd an hinderlist mit steten vnd rehten triwen, daz habent di herren gelobt vnd bestetigt: Der Bischof Wichart von Pazzow, Hertzog Heinrich von Beiern, Grave Albreht der verweser in Oesterrich vnd swer in vbervart vnd niht behalt, daz si gemein vf den helfend sin vf sin lip vnd vf sin gvt, vf sin burg vnd vf sin livt vnd im deheinen Scherm noch deheine helfe tvn noch lazzen von ir livten geschehen vnd daz daz getrivlich behalden werd an gevaer. Dirr brief ist gegeben vnd geschriben von Christus gebvrt vber Tvsent Jar, zweihundert Jar, an den ein vnd Ahtzigestem Jar An vnser vrowen tach, als si geborn wart. Vnd wand vnser Ratgeben, die da vor benennet sint, aller der vorgeschriben Setz von der gewalt, di wir in darvber gaben, mit des Hertzogen rat vber ein Chomen sint, so erchenne wir vnd veriehen das an disem brive, daz wir alle di setz stet halten wellen mit allen ir Artikeln, als si hi mit worten vz geleit sint, vnd bestetigen si mit dirr hantfest. Dirr teiding vnd dirr setz sint gezivg di vorgenanten vnser vnd des Hertzogen Ratgeben vnd darzv der *heidendorfer der Techent von pazzow, Reinolt der vitztvm, Maister Engelschalch von pazzow, Der Radekker, Der Hartheimer, Der Talheimer, Der Chlosner,*

der Hvrter vnd ander manich biderb man. Vnd zv einem werhaften vrchvnd vnd einer ganzen steticheit aller dirr ding so han wir dise Hantfest verjnsigelt mit vnserm Insigel. Dirr brief wart geschriben vnd gegeben zv *winen*, do man het von Christs gebvrt Tvsent zwei hvndert vnd Einz vnd Ahtzich Jar An des hiligen Chruces tag in dem Herbest.

Mon. boic. XXIX. II. 537.

DLXXX.

1281. 25. October. St. Pölten. — *Ruger Pranter gibt den ihm um 250 Pfund verpfändeten Zehent zu Narn dem Bischofe von Passau um die Summe von 150 Pfund zurück.*

Ego *Rugerus dictus Pranter* presentis scripti testimonio publice profiteor et omnibus cupio esse notum, quod decimam in *Naerden* ad Ecclesiam Patauiensem de iure spectantem, quam dominus *Ortolfus de Volkenstorf* ab ipsa Patauiensi Ecclesia in pingnore, videlicet pro ducentis et quinquaginta talentis denariorum Wiennensis monete tenuit et possedit et eandem pecuniam, videlicet ducentas quinquaginta libras michi et uxori mee sue consanguinee dedit et pro ea ipsam decimam nobis obligauit et obligationis iure et titulo assignauit, a me per multa tempora, videlicet XXVII. annos habitam et possessam pacifice et quiete domino meo venerabilj *Wichardo Patauiensi Episcopo* dedimus absoluendam ita uidelicet, quod remisso nobis per ipsum et indulto, quicquid vltra debitum vsi fuimus, centum et quinquaginta libras nobis daret, residua parte principalis sortis per nos, me scilicet et uxorem meam voluntarie resecata, quam pecunie quantitatem nobis dedit et de ea plenarie michi et uxorj mee satisfecit in tantum, quod omni iuri et actionj, vsui et requisitionj nobis ex obligatione dicte decime conpetentj cessimus dicto domino nostro Episcopo ius nostrum et iuris possessionem assignando deliberata et spontanea voluntate. *Gener* etiam noster dominus *Livtwinus de Svnneberch*, cui centum talenta super eadem decima dederamus de pecunia, pro qua nobis fuerat obligata, ipsam decimam dimisit absolutam renunciando, quicquid ex obligatione sibi per nos facta actionis et iuris conpetere videbatur in decima memorata. In cuius rei testimonium presentes litteras meo et domini *Vlrici de vihoven* et dominj *Johannis de Merswanc* sigillis placuit communirj. Testes autem sunt *S. de Tanneberch*

et . . . de Pouchperch canonicj Patauienses, *Magister Vlricus canonicus Ratisponensis*, Item *Wer. plebanus Wiennensis*, *R. vicedominus et decanus Chremensis*, *Chunradus notarius clericj; Dominus Vl. de vihoven*, *Joh. de Merswanc*, *Al. de Schiltarn*, *R. de sancto Vito*, *R. Pibro*. *Wer. de Mezzenbach*, *O. de Lonstorf*, *Mar. de Monte*, *Pil. impletor* et multj alij fide digni. Datum et actum aput *sanctum ypolitum* anno domini M. CC. LXXX. primo, VIII. Kalendas Nouembris.

Mon. boic. XXIX. II. 542.

DLXXXI.

1281. 19. December. Passau. — *Wichart, Bischof von Passau, überträgt dem Propste Chunrat zu Ranshofen die Besserung der Geistlichen in Kirchberg auf dem jenseitigen Ufer des Innflusses.*

NOs *wichardus dei gracia ecclesie patauiensis episcopus* presentibus profitemur, quod dilecto nobis in christo fratri *Chunrado uenerabili preposito Ranshouensi et archydiacono nostro maticensi* correctionem clericorum et rectorum in *chirichperch* ecclesie ex ista parte *eni* de certa sciencia duximus conmittendam uolentes et districte precipientes, vt sacerdotes quilibet et clerici, qui in eadem ecclesia pro tempore fuerint, si reuerenter obediant et suam correctionem subeant cum reuerencia debita et condigna (sic). Datum *patauie* anno domini M°. CC°. LXXXI. XIIII. kalendas Januarii.

Aus einem Pergament-Codex Sæc. XIV. in der k. baier. Staatsbibliothek.

DLXXXII.

1281. 31. December. — *Otto von Offenhausen verpfändet an Ulrich und Dietlin von Weidenholz eine halbe Hube zu Peuerbach.*

Nouerint vniuersi presentem paginam inspecturi, quod ego *Otto de offenhůsen* obligaui *vlrico fratrique suo Dietlino de waidenholtz* vocatis medium mansum meum jn *pevrbach* prope forum locatam manu domini mei *senioris wichardi de polleheym* pro VI°. talento et pro duplici semine bis in anno seminando frumenti videlicet et avene tali laudamento subiecto, quod, si a festo natiuitatis domini huius anni per tres annos pecuniam ipsis non persoluero prenarratam, eorum erit hůba pretacta, superaddent quoque mihi tantum, quantum preciosior videbitur *Chunrado de ymperdorf*

nominato, qui si non fuerit, secundum consilium alicuius alterius amicorum suorum superaddere mihi debent, si plus valuerit, quam ipsi desuper prestiterunt. Huius rei testes sunt *Vlricus de ymperdorf, Chunradus holtzmannus, Otto de Bepach, werenhardus de Harchirchen* et alij quam plures, quibus cognitum est hoc factum. Actum anno domini M°. CC°. LXXXI°. post Natiuitatem dominj jn die sancti Siluestri pape.

Orig. auf Perg. mit Siegel. K. k. geheimes Hausarchiv.

DLXXXIII.

1281. — *Agnes, Witwe des Rapoto von Valkenberg, tritt dem Kloster Baumgartenberg das Eigenthumsrecht auf einem Gute zu Putzingen ab.*

Notum sit omnibus tam nunc existentibus quam futuris tenorem presencium cognituris, quod nos *Agnes* relicta quondam domini *Rapotonis de Valchenwerch* ob anime nostre nec non mariti nostri Rapotonis ac filij nostri *Cadoldi* remedium et salutem delegauimus fratribus in *pomgartenberge* jus proprietatis in quodam predio in *putzingen*, quod in eodem nos constat hactenus habuisse, filijs nostris *hadmaro et Rapotone* consensum nobis prebentibus in hoc facto. Igitur ne huic nostre donacionis effectui quisquam in posterum ausu valeat temerario contraire, presentes litteras ipsis dedimus Sigilli nostri munimine roboratas. Huius rei testes sunt *venerabilis dominus Eber, Abbas in Zwetl, frater Rapoto prior loci eiusdem, frater Leo conuersus domus eiusdem, Harbo, Wichardus, Heinricus, Milites Perhardus de Windorff, Chunradus et Heinricus frater eius de Windistei, Chunradus notarius de Elsaren, Ditwinus et Rudolfus frater eius filij Greslerij, Chunradus et perhardus frater eius filij calhohi militis.* Acta sunt hec Anno domini M. CC. LXXXI.

Aus dem Copialbuche des Stiftes Baumgartenberg vom Jahre 1511.

DLXXXIV.

1281. Limbach. — *Mechtild von Neitperg gibt mit Zustimmung ihres Gemahles Gotschalk dem Gundakar (von Starhemberg) ihrem Bruder ihren Antheil am Schlosse Luftenberg.*

Ego *Mechtilidis de Neitperg* scire cupio universos, ad quos pervenit præsens scriptum, quod partem *Castri Lufftenberg* me contingentem una cum possessionibus et omnibus pertinentibus ad

eandem *Gundaccaro* Fratri meo cum voluntate Domini *Gotschalcki* Mariti mei tradiderim exceptis bonis etc. etc. Datum *Limbach* Anno Domini 1281.

Hoheneck II. 515.

DLXXXV.

1281. — *Weikhart der Ältere von Polheim verpfändet an Ulrich von Weidenholz mehrere Güter.*

Nouerint vniuersi, quod ego *senior de pollenhaim wichardus* obligaui *vlrico de weidenholz* curiam jn *waiting* et feodum jn *ôde* et vnum feodum jn *crenzing* pro XII. libris sibi in carnipriuio persoluendis, quo die, si bona non redemero prenarrata, ipsa a me feodaliter obtinebit secundum quatuor virorum discussionem, ex parte mea sit *Laorius* et *waldmannus*, ex parte sua sit *Chunradus de ymperdorf* et alter *pylgrimus*. Quibus quatuor *Otto de weppach* superadditur ita, si discutere nequiuerint IIII. supra scripti. Actum anno domini M°. C°C°. LXX°XI. cum testibus prius dictis.

Orig. auf Perg. mit Siegel im k. k. geheimen Hausarchiv.

DLXXXVI.

1282. 1. Jäner. — *Bernhart und Heinrich von Schaunberg schenken dem Kloster Wilhering ihre Besitzung in der unteren Mumenau und den Dienst von sechs Höfen.*

Unicum est oblivionis remedivm scriptura, que calumpniis inponit silencivm et contentionis nodum explicans, rei geste loquitur ueritatem. Ea propter nos *Wernhardus et Heinricus fratres de Schovnberch* Notum fieri cupimus vniuersis visuris tenorem presentivm, presentibus pariter et futuris, quod ob honorem gloriose virginis Marie et in remedivm anime patris nostri domini *Heinrici* felicis memorie possessiones nostras sitas in *inferiori Muemenowe*, videlicet duo feoda et duas areas et vnam aream in *superiori Mvmenowe* cum omnibus pertinentiis suis, agris, pratis, pascuis et aliis vsibus, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, quemadmodum *Hvgo de Winchel* quondam a nobis habuit iure feodali, contulimus et dedimus Ecclesie Sancte Marie virginis in *Wilheringen* et fratribus ibidem deo famulantibus iusto titulo proprietatis cum omni iure et libertate, quo progenitores nostri nobis reliquerant, liberaliter et

absolute in perpetuum possidendas. Et ut uirtutis stimulo in donis nostris crescere videamur, relaxauimus et dedimus supradicte ecclesie et antedictis fratribus omne ivs nostrum et seruicium de sex subscriptis areis, quod habuimus, quarum due site sunt in *Hicing*, due in *Tenen*, vna in *Paeschingen* et vna in *Offtheringe*, videlicet de qualibet vnam metretam avene et duos pullos et dvos denarios, volentes et decernentes, ipsas areas ut ceteras dicte sepius ecclesie possessiones esse liberrimas et solutas. Vt autem Huiusmodi votiva liberalitatis nostre donatio perpetui roboris obtineat firmitatem, presentes literas super ea conscriptas accedente consensu pariter et voluntate *iuuenum de Schovnberch Heinrici et Wernhardi* dedimus dictis fratribus sigillorum nostrorum roboratas munimine cum testibus subnotatis. Sunt autem Testes dominus *Levtoldus et Heinricus fratres dicti de Chvnring, dominus Chonradus de Svmerowe, dominus Vlricus Longus et dominus Vlricus et Chvnradus dicti de Capella, dominus Chvnradus de pilhdorf: Ministeriales curie (?) fuerunt Chunradus stalo, Hertnidus et Rvdolfus de Lihtenwinchel, Vlricus et Levtoldus de Mitterberch, Lvdwicus, Ditricus et Rvdolfus dicti schyver* et alii quam plures. Datum et actum Anno domini M. CC. LXXXII. In Circumcisione domini.

Orig. auf Perg., die zwei Siegel verloren. Stiftsarchiv Wilhering. — Stülz, Wilhering 551.

DLXXXVII.

1282. 18. Jäner. — *Otto Wolfstein gibt dem Kloster St. Florian für den lebenslänglichen Genuss der Hube jenseits der Wiese Prül (heut zu Tage Schilhub in der Nähe des Stiftes) zwei Prädien zu Bruck und Lorch.*

Cum genus humanum ad malum semper existat pronius quam ad bonum, necesse est, ut facta quelibet caucione litteraria perhennentur. Proinde ego *Otto dictus wolfstain* scire cupio vniuersos, quibus presens pagina ad audiendum oblata fuerit uel legendum, quod, cum status siue disposicio Hv̊be trans pratum, quod *Prv̊l* dicitur, situate propter uicinitatem *Ecclesie sancti Floriani*, cui ius proprietatis conpetit in eodem, animo meo ad faciendam ibidem residenciam plurimum conplaceret, vniuersis ibidem Dominis feruenti desiderio supplicaui, ut receptis equiualentibus redditibus ipsam Hv̊bam michi et uxori mee Domine *Elyzabeth* conferrent titulo personali. Victus igitur Conuentus meis precibus memoratus eandem Hv̊bam nobis

ambobus iure precario contulerunt. Nos uero in reconpensacionem dictorum prouentuum ad officium Infirmarie, ad cuius administracionem prefata Hv̊ba spectare dinoscitur, duo predia, vnum in *Prvk* soluens annuatim VII. solidos et alterum in *Lorich* habens in redditibus vnum talentum proprietatis titulo dedimus perpetuo possidenda Sic videlicet, ut nec in hiis prediis Ecclesie vsibus iam traditis nec in Hv̊ba mihi et uxori mee prefate iure personali collata quisquam heredum nostrorum, quos forte dominus adhuc nobis prouiderit, sev quispiam nostrorum Consanguineorum aliquid ius nobis defunctis sibi debeant in perpetuum uendicare. Et ut factum huiusmodi robur obtineat perpetue firmitatis, presentem Litteram cum appensione sigillorum *trium Dominorum de volchenstorf*, uidelicet domini *Ottonis de Chrevtzen*, Domini *Chunradi de Styria*, Domini *Heinrici de volchenstorf*, cum proprio caream sigillo, Ecclesie tradidi memorate Testibus adnotatis, qui sunt prefati domini de volchenstorf, quorum sigilla littere sunt appensa, *Dominus Berchtoldus de Harthaim*, *Dominus Ditricus de Ebilsperch*, *Dominus Livtoldus de Wald*, *Arnoldus et Albertus wolfstain*, *vlricus de Sinzenperg*, *Syfridus de welchling*, *Hainricus Jacober*, *Heinricus Tobler*, *Ditricus Walich*, *Herwordus de Chremsdorf* et plures alii, qui eidem facto interfuerunt, audiuerunt pariter et uiderunt. Acta sunt hec anno domini Millesimo CC. LXXXII. In die beate Prisce virginis.

Orig. auf Perg., mit drei Siegel, im Stiftsarchive zu St. Florian.

DLXXXVIII.

1282. 29. Jäner. Ens. — *Wernher von Schlierbach schenkt dem Spitale am Pührn drei Huben in Sautarn und empfängt selbe auf Lebenszeit wieder zu Erbzins.*

In nomine domini AMEN. Cvm propter labilem memoriam hominum dona, que piis ecclesiarum locis fiunt, necesse sit scriptis et testibus perhenniri, Ego *Wernherus de Slirbach* notum esse cupio tam presentibus quam fvturis, Quod ego *ecclesie Hospitalis Sancte MARIE in Pyrno monte* pro remedio anime mee omniumque progenitorum meorum tres Mansos sitos in *Savtarn* donaui libere et absolute iure proprietario et perpetuo possidendos, Nvllo mihi uel aliquo parentum meorum in eisdem mansis iure aduocacie reseruato. Vervm vir discretus *Chunradus provisor dicti hospitalis* memoratos

Mansvs post meam donacionem mihi contulit pro tempore vite mee possidendos tali condicione, vt annvatim in Natiuitate beate Marie virginis LX. denarios vsvalis monete predicte ecclesie soluam, Post obitum vero mevm iam dicti mansi cum omnibus iuribus et bonis quesitis et inquirendis ad predictam ecclesiam revertentur. Huius rei testes sunt *dominus Vlricus de capella, capitanevs Stirensis ciuitatis, iudex provincialis superioris Austrie, dominus Hainricus de Havnvelde, Dominus Wichardus de polnhaim, dominus Gotfridus et Vlricus fratres de Trvhsen, Wichardus de Silberwerche, Phylippus de polnhaim, Johannes de Ror, dominus Gotfridus viceplebanus de Chyrchdorf* et alij quam plures fide digni. Et ne super hac donacione mea aliqua dubietas in posterum oriatur, presentem litteram Sigilli mei mvnimine roboravi. Datum in *Aneso* Anno domini M° CC° LXXXII° IIII^{to} kal. Febrvarii.

Orig. auf Perg. mit einem Siegel im k. k. geheimen Hausarchive.

DLXXXIX.

1282. 2. Februar. — *Ulrich, Abbt von Altenburg bezeugt, dass der Garstner Zinsmann Dietlin dem Burgrechte auf Gütern in Mödring bei Horn zu Gunsten des Klosters Garsten entsagt habe.*

Nos *vlricus dei gratia Ecclesie Altenburgensis Abbas* presentibus litteris declaramus, quod *Dietlinus* Colonus Ecclesie *Gerstensis* residens in *Moderich iuxta Hörn*, qui se in eisdem bonis ius, quod vulgariter purchreht dicitur, allegabat habere, renuntiauit huic ipso juri, idem . . . vnacum vxore sua *Livkardi* nomine nullo herede reclamante penitus eorundem ita, quod post eorum duorum obitum dominus abbas *Gerstensis* dicta bona debet et potest in sue Ecclesie vtilitatem redigere qualemcunque. In Cuius rei testimonium presentes litteras scribi iussimus nostri Sigilli mvnimine roborantes Testibus subnotatis: *Dominus ChvnRadus noster Cellerarius. Dominus ChvnRadus dictus Strenicher, Dominus ChvnRadus dictus . . . . zeldorfer, vlRicus der Wienner, HeinRicus Magister Curie in Chrems, Ortolfus de Gauelenz, Ortolfus der Chersperger* et alii quam plures. Datum Anno domini M° CC° LXXX. Secundo in Purificatione beate virginis.

Orig. auf Perg. mit Siegel. Stiftsarchiv Garsten.

DXC.

1282. 19. Februar. Steyr. — *Otto von Zelking überlässt sein Recht auf ein Lehen im Garstner-Thale, genannt unter dem Pühel, dem Spitale am Pührn.*

In nomine domini amen. Cum propter labilem hominum memoriam necesse sit scriptis et testibus perennarj, que piis ecclesiarum traduntur locis, Ego *Otto de Zellingen* (sic) notum esse cupio tam presentibus quam futuris, quod ego ius, quod mihi competebat in vno feodo sito in *valle Gerstensi*, quod vulgariter *vnder dem pûhel* nuncupatur et *heinricus filius quondam Rûtarij* a me ivre feodalj possedit et *ecclesie hospitalis sancte Marie* vendidit *in Pyrno monte*, ob remedium anime mee dicto hospitalj contuli et legaui, empcionj eidem et vendicionj liberum et voluntarium presens consensum presentibus confirmaui et presentes literas sigillj mei munimine roboraui. Huius rej testes sunt *dominus vlricus de capella tunc capitaneus Stirie ciuitatis et judex prouincialis supra Anasum, dominus Heinricus de hawvelde, dominus wernherus de slierpach, poppo de Grônenburch* et alij quam plures fide dignj. Datum in *stiria ciuitate* anno domini M°. CC°. LXXXII. XI. kalendas marcij.

Orig. auf Perg. mit Siegel im k. k. geheimen Hausarchive.

DXCI.

1282. 2. März. St. Florian. — *Chunrat von Capellen reversirt, dass ihm Propst Ulschalk von St. Florian einige Zehente beim Schlosse Ebelsberg lebenslänglich gegen einen jährlichen Zins von drei Schillingen verliehen habe.*

Ne ea, que geruntur in tempore, simul labantur cum tempore, oportet ea litterarum testimonio stabiliri. Proinde ego *Chunradus de Capella* tenore presencium manifesto, quod dominus *Vlschalcus venerabilis prepositus* Totusque Conuentus *domus sancti floriani* specialis dileccionis intuitu michi meeque vxori *Munzle* quasdam decimas prope *castrvm Ebelsperg* sitas Ad eorum infirmariam pertinentes, quas *heinricus de pasche* ab eisdem prius titulo personali tenuit, taliter contulerunt, vt magistro infirmarie III. solidos vsualis monete tempore, quo uixerimus, annuatim in festo beati Martini soluere debeamus, Nobis uero uiam uniuerse carnis ingressis eedem decime sine contradictione qualibet heredum nostrorum ad dictam Ecclesiam libere reuertantur. Sed ne forte in posterum heredes

nostri in prescriptis decimis aliquod ius sibi uelint uel ualeant uendicare seu eciam Ecclesiam occasione huiusmodi molestare, presentem litteram de hiis conscriptam sibi tradidi appensione sigilli proprii nec non sigillorum domini *Vlrici senioris de capella* et fratris mei domini *Vlrici* pariterque *Heinrici de volchenstorf* communitam. Huius rei testes sunt *Heinricus de Volkenstorf, dominus Leutoldus de wald, Dominus Ditricus officialis, Dominus Otto wolfstain, Heinricus de dietreiching, Otto de Vzing, Ditmarus wolfstain, Engelschalcus aput valuam, Heinricus Tobler* et plures alii, qui eidem facto interfuerunt, audiuerunt pariter et uiderunt. Actum et datum Anno domini M°. CC°. LXXXII°. VI°. Nonas Martii in *domo sancti Floriani*.

Aus einem Pergament-Codex Sæc. XIV. im Stiftsarchive zu St. Florian.

DXCII.

1282. 15. März. Krems. — *Zeizmann, Bürger in Krems, erlässt gegen eine jährliche Leibrente dem Kloster Garsten eine Geldschuld von 60 Pfund etc.*

Ego *Zaizmannus Ciuis in Chremsa* Scire desidero inspectores presentium vniuersos, quod pro debito Sexaginta librarum, in quo dominus *Fridericus* pie recordacionis *Gerstenensis* Ecclesie Abbas mihi pro dicta sua Ecclesia et Conuentu permansit ante suum obitum negligens exsolutor, Sui successoris domini *Marquardi* venerabilis Abbatis annuens precatorie voluntati talem admisi pro dicto debito conpositionem dilecte vxoris mee *Elizabeth* et filie mee necnon *Ottonis* eiusdem mariti mei Generi siue aliorum heredum consensu plenario accedente, quod videlicet ipse dominus Marquardus Abbas et Conuentus michi ad dies meas in die beati Cholomanni Sex libras wiennenses annis singulis porrigere tenebuntur et ad hoc anno quolibet vite mee in die beati Nycolai mihi porrigent XXX^ta caseos Enstalenses. Post obitum vero meum ipsum dominum Abbatem et Conuentum dimitto testimonio huius scripti a tali debito VI. librarum et caseorum liberaliter absolutos pro eisdem debitis nullis meis heredibus responsuros, sed volo ea debita Gerstenensi Ecclesie remanere in anime mee remedium et salutem. Est et alia interposita condicio pro cautela, quodsi aliquo annorum aput me prescriptum exsolucionis diem beati Cholomanni transierint negligentes, vinum suum, quod eodem anno habuerint apud *Chremsam*, nisi huic fauorem addiderim

deducendj, debeo detinere quodque mihi persoluendum fuerit, impedire. Et ut talis conditionis forma vtrique parti rationabiliter ac inuiolabilis obseruetur, in testimonium euidentius et cautelam duxi presens scriptum sigillo domini mei venerabilis ***Abbatis Ecclesie Medlicensis Gerungi*** necnon et proprii [sic] munimine roborandum Hijs Testibus subnotatis: ***Chunrado de Rözendorf, Ditrico Notario, Swikero Chremense Scolastico*** et alijs fide dignis. Datum in ***Chremsa*** Anno M°. CC°. LXXXII°. in Dominica passionis domini Judica me deus.

Orig. auf Perg. zerrissen. Die Siegel verloren. Stiftsarchiv Garsten.

DXCIII.

1282. 31. März. Wien. — *Wernhart von Schaunberg übernimmt den Schutz der Land- und Wasserstrasse zwischen Passau und Eferding bis künftigen Weihnachtstag.*

Ich *Wernhart von Schovnberch* begih an disem brief vnd tvon chvnt gemain allen den, di in vernement, daz ich von mines lieben Herren bevelhvng ***Bischof Wichardes von Pazzowe*** vnd ouch bevelhvng ***Graven Albrehts des landes pflegäres von Oesterich*** mich angenomen han den schermen bediv wazzers vnd landes vnd der strazze niderhalb *Pazzowe* vntz hin ze ***Everding*** vnd daz ich in beden gelobet han bediv lant strazze vnd wazzer bevriden vnd beschermen, als verr ich immer mag vnd sol, von dirre zit vntz voff di wihnaht. Daz ich den vrid vnd ouch den scherm dest baz verenden mvg, hat mir min Herre von Pazzowe geantwurt vf di selben zit vnd vf min triwe sin Burgen ***Morspach*** vnd ***Wesen***, di sol ich vntz vf di Wihnaht inne haben durch des landes schermen. di selben Pvrge vnd swes ich von im gewoltiget wird, sol ich im vf di vorgenanten Zit wider antwurten in sin gewalt an all ansprach vnd an vurzog, des han ich im mein triwe gegeben vnd han diselben triwe gesworn ze behalten, des sol ouch er hintz minen triwen warten. So gib ich im diesen brief dar vber, ob er in der vrist niht en waer, des got niht engeb, daz ich vf di selben vrist ze wihnahten dem Capitel ze Pazzowe oder sinem nahchomen, ob ieman da zwischen mit rehter wal erwelt wurd, diselben Burg vnd veste vnd swaz ich von im inne han, antwurten sol an alle arge list vnd an vurzoch vnd an all ansprach. Wär aber ich niht in der vrist, so sol min bruoder

an miner stat laisten, swaz ich gelobt han, vnd die veste wider gebn an allerlaie vurzoch; dar vber git er sinen brief vnd sin Insigel. Des gelvbs vnd der taiding geziwg sint *Her Wernhart von Prambach der Pfarrer ze wienne*, *Her Heinrich von Inn der chelnär von Pazzowe, Her Rinalt der vitztvm vnd Techent von Chrems, Her Johann von Merswanc, Her Heinrich von Radekk, Her Chunrat der Lantschribär, Her Durich ab dem Kalmberg vnd sin svn des lantschribers aidem, Her Chunrat von Kalmberg, Her Cehlevb der rihter ze winne*, *der Rvchendorfär der Rihter*, *Her Otto Hern Haimen svn* vnd ander biderb livt. Daz ist getan ze *Wienne* Nach Christes geburt vber Tovsent iar, zwai hundert iar vnd zwai vnd ahzech iar an dem Eretag in der Osterwochen.

Mon. boic. XXIX. II. 544.

DXCIV.

1282. 6. Mai. Wien. — *Albrecht, Graf von Habsburg, Landesverweser von Österreich und Steyer, verleiht die halbe Veste Luftenberg, welche ihm Heinrich von Hag aufgesandt, dem Schwiegersohne Chunrad's von Hag Rech genannt.*

Nos *Albertus Dei gratia de Habspurch et de Kyburch Comes, Lantgravius Alsatie*, *Illustris Romanorum regis primogenitus et ejusdem per Austriam et Styriam Vicarius generalis* Ad universorum notitiam deferimus profitentes, quod, cum *Heinricus de Hag* medietatem *castri Luftenberch*, quam a nobis ratione terre Austrie tenebat in feodum, nobis resignaverit et devote petierit, ut generum fratris sui *Chunradi de Hag dictum Rech et* uxorem ejus *Mechthildim* nomine de eadem parte dicti castri nobis oblata cum suis pertinentiis infeodare de nostra gratia dignaremur, nos supradicti Heinrici de Hag petitionibus favorabiliter inclinati medietatem castri predicti cum suis attinentiis et juribus universis, quam idem Heinricus nostris manibus resignavit, memorato Rech et uxori sue Mechtildi contulimus feodali titulo possidendam, dantes has nostras literas sigilli nostri munimine roboratas in testimonium super eo. Datum *Wienne* pridie Nonas Maii Anno domini Millesimo, ducentesimo, octogesimo secundo.

Kaltenbäck, österreichische Zeitschrift 1837. 204. — Hoheneck II. 788 und III. 574.

DXCV.

1282. 16. Mai. Steyr. — *Revers des Ulrich von Capellen, dass das Gut zu Trestorf, welches ihm der Abbt von Garsten auf Lebensdauer verliehen, nach seinem Tode an das Kloster zurückfallen müsse.*

Ich *vlrich von Chappell hern Pilgrims svn* vnd *Elzpet min hovzfrowe* tvn chvnt an disem priefe allen den, die in hôrent oder sehent, daz vns min herre *apte Marchart ze Gersten* vnd sin Convent hat verlichen daz gvt datz ze *trestorf*, da die vier man avf sitzent, mit alle dev, daz dar zv gehoret, ze vnser baider tagen, die weile wir leben, mit so getaner beschaidencheit, daz wir im vnd dem gotshavse svllen dienen alle iar an vnser frowen tag, als si geborn wart, sechtzig pfenning vnd svllen daz selbe gvt an nichte verchvmbern dem gotshavse ze schaden weder mit verchavffen noch mit versetzen noch mit leichen. Ist aber, daz wir daz gelv̂bde zebrechen vnd daz gvt verchvmbern, so ist iz ledik von vns vnd ist dem goteshovse ertailet mit allem rechte vnd haben da mit nimer ze schaffen noch dar vf ze sprechen. vnd swenne wir nicht mer sein, so svllen vnser chint noch vnser erbin noch dehain vnser frevnt dehain ansprach noch dehain vodervng haben avf daz selbe gvt. Datz ditze gelv̂bde stæte beleibe vnd nicht verchert werde von dehainer missehelvnge, da geben wir disen brief vber versigelten vnd bestætten mit mins hern insigel *aptes Offen von Glv̂nich* vnd mit dem vnserm vnd mit den Miner zwaier vetern hern *vlrichs* vnd *Chvnrates von Chappell* vnd mit mins geswein insigel *Gvndakers von Losenstain* vnd hern *Marchartes des prevhaven* vnd mit den gezevgen, die hie geschriben sint: *Her Perchtolt prevhaven, Her Otto von Osterberch, vlrich scheche, Otto von Zening, vlrich von Tv̊rsendorf vnd sin bruder ditmar, Josep, Heinrich Ponhalm vnd sin bruder Marchart, Ditmar der schachær, Pernger der svltzer, Haintzman, Heinrich pfenninch, Ortel der Chersberger, Ortel des Rogendorffær aidem* vnd ander gezevg genvge, den daz chvnt ist, daz iz geschach ze *Steir* nach Christes gebvrt vber tavsent iar, zwai hvndert iar vnd zwai vnd achtzig iar an dem hailigen abent ze pfingsten.

Orig. auf Perg. mit drei Siegeln. Stiftsarchiv Garsten.

DXCVI.

1282. 24. Mai. Wien. — *Heinrich von Volkenstorf gibt dem Grafen Albert von Habsburg, Landesverweser von Österreich und Steier, einen Revers bezüglich der Wiedererbauung seines Schlosses Volkenstorf.*

Ego *Heinricus de volchensdorf* ad vniuersorum noticiam desidero peruenire tenore presentium profitendo, quod dominus meus jllustris *Comes Albertus de Habspurch* serenissimi domini mei Romanorum regis primogenitus et eiusdem per Austriam et Stiriam vicarius generalis michi duxit de sua gracia indulgendum, quod castrum meum *volchensdorf*, quod destructum fuerat, reedificem tali pacto, quod de eodem castro per me uel per meos homines nullus religiosorum uel secularium hominum vllo vnquam tempore molestentur et quod seruiciis predictorum dominorum meorum videlicet Romanorum regis et sui primogeniti comitis alberti de Habspurch omni tempore deuote et fideliter adherebo, ad que omnia me obligo liberaliter et libenter presencium testimonio litterarum. Datum *Wienne* IX. kalendas Jvnij Anno dominj millesimo ducentesimo octogesimo secundo.

Orig. auf Perg. mit Siegel im k. k. geheimen Hausarchive. — Kurz, Ottokar und Albrecht II. 198 coll. I. 80.

DXCVII.

1282. 1. Juli. Wien. — *Albrecht, Graf von Habsburg, Statthalter von Österreich und Steyer belohnt im Auftrage seines Vaters die Verdienste Alber's von Pucheim mit Verleihung der Veste Klaus etc.*

Nos *Albertus dei gracia de Habspurch et de Kyburch Comes, Lantgrauius Alsacie, Illustris Romanorum Regis primogenitus et eiusdem per Austriam et Styriam Vicarius generalis* ad vniuersorum noticiam deferimus profitentes, quod nos attendentes grata et fidelia, que dilectus fidelis noster *Albero de Pucheim* domino et patri nostro Serenissimo Regi Romanorum et nobis impendit obsequia et in antea impendere poterit graciora, eidem *Alberoni* ad mandatum serenissimi patris et domini nostri predicti nobis mandantis, quod sibi de aliquo Castrensi feudo, sicut honori suo congrueret, deberemus liberaliter prouidere, Castrum in *Clusa* cum officio et prouentibus bonorum in *Ischel* nomine et iure Castrensis feudi duximus assignandum condicione tamen huiusmodi subinclusa, quod quandocunque principi terre *Austrie* supradictum Castrum una cum

redditibus prenotatis repetere et retrahere placuerit ab eodem, extunc idem princeps, qui tunc pro tempore fuerit, memoratum *Alberonem de Pucheim* uel ipsius heredes in septingentis talentis denariorum Wiennensium tenebitur expedire. In cuius rei testimonium presentes litteras sibi dari iussimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum *Wienne* kalendas Julii, Anno domini Mill. CC. LXXXII.

Kurz, König Ottokar und Albrecht II. 199.

DXCVIII.

1282. 19. Juli. Lozperch. — *Revers Ulrich's vom Eck, Bürgers von Freistadt, dass er entweder bis St. Michaelstag zwölf Schillinge Dienstes vom Preuhofe an St. Florian bezahlen oder denselben verloren haben wolle.*

Ego *Vlricus dictus an dem Ek* Ciuis in *libera Ciuitate* Notum facio vniuersis presentes litteras inspecturis, quod, cum dominus *Ainwicus* Camerarius et Canonicus *domus sancti Floriani* pro censu annuo videlicet XII. solidis denariorum wiennensium, quos per biennium non persolui de Curia dicta *Prevhof*, me inpeteret aliquociens, ut debebat, et ego ex diuersis defectibus, quos per idem biennium sustinui, dictum censum exsoluere non valerem, eidem mediante auxilio amicorum meorum institi diligenter, ut defectus et sterilitatem anni adtendens me de predicti biennii censu absolutum dimittere dignaretur. qui inclinatus meis et amicorum meorum precibus duxit taliter annuendum, quod quandocunque de cetero annuatim in festo beati Michahelis archangeli sepedictum censum videlicet XII. solidorum usualis monete sibi et Ecclesie sancti Floriani predicte non persoluero, ex tunc Curia Preuhof predicta vacabit sepe dicte Ecclesie sine contradictione qualibet absolute nec ego nec heredes mei de cetero quicquam iuris nobis vendicabimus in eadem nec in predicta solucione in sepedicto termino facienda me inpedimentum aliquid nisi aquarum invndacio euidens uel persone mee captiuitas aliquatenus excusabit, quibus cessantibus infra octo dierum spacium subsequencium dictum censum soluere non tardabo, alioquin, ut predixi, perdidi omne ius, quod habeo in curia supradicta. In cuius rei testimonium et cautelam presentem litteram dedi nobilis viri domini mei de *Levbolfinge Capitanei* et *Ciuitatis libere* sigillorum robore communitam cum testibus subnotatis, qui sunt hii: *Dominus Fridericus Castor*, *Hainricus Swainpech*, *Ortolfus Chersperger*, *Otto Chersperger*, *Vlricus dyabolus*, *Hainricus*

Tobler, *Herbordus an dem Ek*, *Chunradus Chaufman*, *Chunradus Ekker*, *Chunradus Panifex*, *Hainricus denarius*, *Chunradus filius Chalhohi* et alii quam plures. Actum in *Lôzperch* anno domini M° CC° LXXXII. in dominica ante festum beate Marie Magdalene.

Orig. auf Perg. mit zwei Siegeln im Stiftsarchive zu St. Florian.

DXCIX.

1282. 29. Juli. Tuln. — *Weikart, Bischof zu Passau gibt den Brüdern von Schönberg einen Lehenbrief über die ihm nach dem Tode Ulrich's von Neuhaus heimgefallenen Lehen.*

Nos *Wichardus dei gracia ecclesie Patauiensis episcopus* presentibus profitemur et constare volumus vniuersis, quod ob deuotionem et sinceritatis constanciam, quam ad nos et ad nostram patauiensem ecclesiam habent et in futurum pollicentur habere *fratres de Schônnberch Reimbertus* videlicet et *Hadmarus*, omnes decimas, quas infra terminos parrochiarum in *Wichartslag* et in *Waltchirchen* ab ecclesia nostra Patauiensi in feudo habuit dominus *Vlricus de Nevnhovs*, que per mortem ipsius nobis vacare ceperunt, ipsis R. et H. fratribus prenotatis de Schônnberch, sicut debuimus et de iure potuimus, contulimus in feudum et iure, nomine ac titulo feudalj. In cuius rei testimonium presentes sibi damus litteras nostro sigillo munitas. Datum et actum *Tulne* anno domini M. CC. LXXXII. IIII^to^ kalendas Augusti.

Orig. auf Perg. mit Siegel. K. k. geheimes Hausarchiv.

DC.

1282. 22. August. Wien. — *Zeugnissbrief von Hartneid von Wildon, Albert von Puchheim, Werner von Schlierbach und Ortolf von Trewenstein, dass Heinrich von Ernvels in seinem letzten Willen dem Spitale am Pührn drei Mark Einkünfte, nämlich eine Hube in Stemnitz, eine in Dölach und ein Lehen in Luezen vermacht habe.*

Nos *Hertnidus de Wildonia Marschalcus Stirie*, *Albertus de puechaim*, *Wernherus de slierbach*, *Ortolfus de Trewenstain*, *vlricus de wildonia dapifer stirie* simul vna voce presentibus profitemur et notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod nobilis vir quondam *Heinricus de Ernuels* amicus et cognatus noster karissimus felicis memorie ob salutem anime sue et in remis-

sionem peccatorum suorum ***hospitali gloriose virginis Marie in Pirno monte*** in vltima voluntate vite sue sub testimonio litterarum suarum ac honestorum virorum, qui aderant, trium marcarum redditus videlicet vnum mansum in ***Stemnitz***, vnum mansum in ***Dólach***, vnum feodum in ***Luezen*** de suis propriis redditibus et ad eum ex prima successione legittime deuolutis nullo contradicente disposuit et legauit eidem iure proprietario perpetuo seruituros, vt sui et omnium parentum suorum ibidem apud altissimum memoria celebris iugiter habeatur. Huius donacionis votiue et felicis testes sumus et in testimonium euidens et serenum nostra sigilla apposuimus huic scripto. Datum et actum ***Wienne*** anno domini M°. CC°. LXXXII. in octaua assumpcionis gloriose virginis Marie.

Orig. auf Perg. mit vier Siegeln, ein fünftes fehlt, im k. k. geheimen Hausarchive.

DCI.

1282. 1. September. Protivins. — *Leutold, Ulrich und Rueger die Prueschinken stiften zum Kloster Hohenfurth einen Mansus in Neuzadling.*

Quoniam deprecatio iusti assidua et deuotio multum valent felixque memoria summum bonum, Nos igitur ***Leutoldus, Ulricus et Reugerus fratres dicti de Prueschinchen*** venerabilis Abbatis nec non totius conuentus ***Altouadensis ecclesie*** ordinis Cisterciensis sancte deuotioni inuolui cupientes felicique memorie nos humiliter committentes, notum esse uolumus vniuersis, quibus exhibitum fuerit presens scriptum, quod eidem ecclesie predicte in Altouado mansum situm in ***Neuzadling*** cum omnibus suis redditibus et usibus pretaxatis, soluentibus annuatim uidelicet VI. metretas siliginis, vno modio auene, VI. solidis denariorum Viennensium siue porco, talento etiam pro Steura nec non alijs minutis seruitiis, a nobis ibidem super altare gloriosissime virginis Marie iuste et rationabiliter delegatum concedimus et donamus perpetuo possidendum. Vt autem hec donatio permaneat inconuulsa et rata omnimodis teneatur, presentes sibi literas cum appensione nostri sigilli dedimus et munimine roboratas, Testibus etiam subnotatis: ***D. Wernhardo de Schaumberch seniore nec non fratre ejus D. Henrico filiisque eorum Henrico seniore et Wernhardo juniore, D. Hanrico de Rosenberch, D. Joanne venerabili plebano in Netolitz, D. Urso capellano nec non Rudolpho notario Prueschinchorum*** et alijs quam pluribus fide dignis. Datum

anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo in *Protivins* in die S. Aegydij confessoris.

Orig. auf Perg. mit einem angehängten weissen Wachssiegel, auf dessen einer Seite zwei Flügel mit der Umschrift: S. Ulrici Prueschinghi, auf der andern aber ein in zwei Theile getheilter Schild mit der Umschrift: S. Leutoldi Prueschiug, sichtbar sind. Stiftsarchiv Hohenfurt.

DCII.

1282. 15. September. Beuern. — *Heinrich, Abbt und die Conventualen zu Michel-Beuern geben bekannt, dass sie ihr Bergrecht zu Chrizendorf in Österreich der Kirche und den Brüdern zu Ranshofen gegen die Einkünfte der letzteren in Wiesse als Tausch gegeben haben.*

Nos *Hainricus* dei gracia Abbas totumque collegium fratrum jn *Peowern* ordinis sancti Benedicti Salzpurgensis dyocesis omnibus presentem paginam inspecturis volumus fideliter esse notum, Quod nos ex unanimi et concordi nostri Capituli voluntate omne ius nostrum montanum siue in vino et denariis, quod in *Chrizendorf Austrie* habuimus, libere ac quiete in plenaria possessione dedimus Ecclesie *Ranshouensi* et fratribus ibidem liberaliter inperpetuum pro conmutatione reddituum eorum in *wiêsse* nobis connexorum et pro XX talentis salzpurgensis monete et modio frumentj, qui tunc pro X talentis eiusdem monete et LXXX denarijs emebatur, ipsum ius montanum cultum siue incultum, quesitum et inquirendum integraliter dedimus Ecclesie pretaxate, prouentus eiusdem iuris ciuilis siue montani est annuatim XLIII urne vini et XXIIII^or denarij de quadam vinea ibidem et XLV denarij de duabus areis ibidem et tres denarii ad tres urnas vini adduntur. Ne autem hec nostra donatio uel pocius conmutatio uel contractio per nos aut nostros successores quoscumque, jmmo precipue per nostrum dyocesianum (sic) Episcopum sev aduocatum possit atque debeat aliqualiter inmutarj odio, contencione, querimonia, appellatione, presentem litteram sigillorum nostrorum robore amicabiliter roboratam dedimus pro testimonio firmissimo ac cautela Ecclesie Ranshouensi, que nobis speciali fraternitate et intima dilectione est ab initio et perenniter copulata. Huius rej testes sunt *dominus vlricus de haunsperg, fridericus montanus, dominus wernhardus custos, dominus ainwicus, hainricus plebanus jn lamprehtzhausen, meinhardus sacerdotes et dominus fridericus, qui tunc fuit ad sanctum petrum salzpurge.*

Hij sunt sacerdotes et fratres nostre Ecclesie: *hainricus dyaconus nostrj locj*, *hainricus subdyaconus de wichsé*, *Chunradus conuersus nostrj locj*. de nostra familia: *Dietmarus*, *vicentius*, *hainricus*, *symon*, *fridericus cocus* et alij quam plures fide digni. Acta sunt hec Anno domini M° CC° LXXXII° in die beatj Nicomedis in nostra Ecclesia in *peowern* ad noticiam firmissimam hominum futurorum Amen.

Orig. auf Perg. mit zwei schon beschädigten Siegeln. Schlossarchiv Eferding. — Cf. Filz, Michaelbeuern 792.

DCIII.

1282. 2. November. — *Ulschalk, Propst von St. Florian, bestimmt einige Güter des Klosters zur Anschaffung von Kirchenzierden.*

Cvm iuxta varietatem capitum sensus etiam hominum varientur, liquet, quod plerique successores facta precedentium, quamuis iusta et rationabiliter reprobantes consueuerunt multociens infirmare, necessarium igitur esse dinoscitur, ut ea, que geruntur ab hominibus, litterarum testimonio perhennentur. Proinde nos *V̊lschalcus prepositus* totusque conventus *Domus sancti Floriani* ad noticiam tam presentium quam futurorum tenore presentium volumus pervenire, quod, cum Monasterii ac aliarum rerum ad diuinum cultum pertinentium carentia amaritudinem cordium nobis non modicam generaret nec quisquam reformationi eiusdem daret operam pro nostre desiderio voluntatis, manus proprias tandem mittentes ad fortia, de communi consilio duas vineas, quarum vna *Stezenpach*, altera *Stranaz* nuncupatur, quas a quibusdam laicis, qui eas pheodali tytulo ab eadem nostra Ecclesia longo tempore prius possederant, pro pecunia prompta absoluimus, ad opus nostri Monasterii tradidimus perpetuo seruituras. Item vineam in *Haytal* et Predium quoddam in *superiori vrônlevten* situm, que a domino *Lvtwico plebano de Gv̊etav*, qui eadem ab ecclesia nostra habet in pheodo, in obligationem pro pecunia operis, ne ad extraneos ulla necessitate inminente deuoluentur, accepimus, eidem operi indulgemus. Insuper donationem Huebe in *Mos* site, qvam Dominus *Ditterícus Wolfstain*, dum se in nostro reciperet collegio, de consensu fratris sui *Alberti* ad idem opus pro remedio anime sue legauit, predicto operi confirmamus volentes, ut de hiis et aliis prouentibus, quos forsan dominus illis

superaddere dignabitur, siqua in posterum conpleto etiam opere diruta fuerint vel confracta, Magister operis per conventum electus debeat restaurare. Et ne quispiam prelatorum nobis succedentium factum huiusmodo audeat vel valeat postmodum retractare, in ratihabitionem perpetuam presentem litteram scribi fecimus sigillorum nostrorum Karakterem inprimentes. Actum et Datum anno Domini M°. CC°. LXXXII°. Qvarto Nonas Nouembris.

Orig. auf Perg. mit zwei Siegeln. Stiftsarchiv St. Florian.

DCIV.

1282. 9. November. — *Urkunde der Bürger zu Krems über das Vermächtniss eines gewissen Zeizmann von fünf Pfund Pfenningen zu einem Seelgeräthe bei der Kirche zu Baumgartenberg.*

Quoniam mutabilitas temporum humanas acciones frequenter consueuit facere mutabiles et caducas, prouide a sapientibus ad perpetuacionem memorie scripturarum remedium est inuentum. Hinc est, quod nos vniuersitas ciuium de *Chrems* ad singulorum noticiam tam presencium quam futurorum cupimus peruenire testimonio huius scripti, quod domina *Elizabet relicta Zaizmanjn* quinque libras reddituum wiennensis monete, quas idem Zaizmannus in vltima voluntate adhuc racionis et sensuum compos Ecclesie in *Poungartenperg* ob anime sue remedium ordinauit, quarum dimidietas videlicet tercia dimidia libra in festo Notiuitatis domini et altera dimidietas in festo Pasce de Pomario sito ex opposito contra curiam decimalem in *Stain* annis singulis exsoluetur procuratoribus ecclesie memorate jn eisdem terminis conferre promisit cuiuslibet contradiccionis obstaculo procul moto, jnterclusis condicionibus subnotatis, quod, si eadem domina E. negligens exstiterit in soluendo peccuniam prenotatam, pars pomarij equiualens redditibus supra dictis vacabit Ecclesie in Poungartenperg simpliciter et precise, dummodo probabiliter constiterit, ipsam dominam a possessoribus pomarij eandem peccuniam percepisse. Si vero ipsam non percepit, debet fideliter et efficaciter laborare, vt dicta ecclesia a detentoribus habeat summam peccuniarum pretactam. Ceterum si dictum Pomarium propter inundacionem sew impulsum aquarum defensionem vel emendacionem indigere ceperit, domnus Abbas uel eius legitimus procurator primitus requisitus vnacum alijs in ipso pomario jus obtinentibus expensas necessarias facere non negabit. Tandem adiectum fuit, quod, si fratres dicte

ecclesie in eodem pomario porcionem Juris ipsis contingentem vendere decreuerint, ipsam dominam E. super hoc primo requirere et sibi pro precio debito et condigno in empcionem acquiescere tenebuntur, quod si recusauerit ad vendendum, cuicumque voluerint, habebunt liberam facultatem. In cuius rei testimonium presentes literas de huiusmodi testamento ac ecclesie solucione percipienda in certis terminis annuatim plenam facientes memoriam et expressam conscribi fecimus et Sigilli Ciuitatis nostre munimine conumuniri (sic) assignantes easdem ecclesie sepe dicte in memoriale perpetuum atque Robur, Nominibus testium annotatis nichilominus, que sunt ista: *dominus henricus de hag, dominus Erbo de Egennburga Milites, Siboto frater Gossonis tunc judex, Rude quondam judex, Irnfridus filius Gossonis, Walchunus frater suus, Engelbertus gener Tairmanni, Vlricus de Winchel, Vlricus filius suus, Vlricus gener eiusdem, Hilperus de Stain, Wichardus, heinricus Velserius, Ebero, Gebhardus, Ebero, Wichardus.* Acta sunt hec Anno domini M. CC. LXXXII. Quinto Ydus Nouembris.

Aus dem Copialbuche von Baumgartenberg vom Jahre 1511.

DCV.

1282. — *Otto von Offenhausen verpfändet dem Ulrich von Aschach vier Zehenthäuser für drei Pfund Pfenninge.*

Nouerint vniuersi presentem paginam inspecturi, quod ego *otto de offenhavsen* manv domini mej *wichardj iunioris de polhaim* obligauj *vlrico de aschach* pro XI. talentis denariorum wiennensium quatuor domos decimales, primum sitam *ad vlricum de curia* et secundum in *spechinge*, vltima duo in *spilwerperig*. jn cuius rej testimonium ego wi. de polhaim hanc litteram sibi dedi mei sigilli munimine confirmatam. Actum anno dominj M°. CC. LXXXII.

Orig. auf Perg. mit Siegel. K. k. geheimes Hausarchiv.

DCVI.

1282. — *Espin von Wolfstein gibt tauschweise dem Kloster Wilhering einen Hof an der Leiten statt eines andern beim Schlosse Wolfstein, Marchorn genannt.*

Quum humana condicio semper mobilis uidetur ad instabilitatem, ideo facta in perpetuum duratura, ne aut obliuione pereant aut

uitio instabilitatis hominum retractari valeant, perpetuis necessario debent confirmationibus conmuniri. Innotescat igitur tam presentibus quam futuris, quod ego *Espinus dictus de Wolfstein* cum pleno consensu domine *Gertrvdis* vxoris mee et amicorum nostrorum, videlicet domini *Wolflini* de dicto castro et aliorum, cum bona etiam voluntate *Gneussonum*, *Wernhardi* videlicet et *Heinrici* et aliorum heredum omnium eiusdem stirpis concambium feci cum ecclesia sancte Marie virginis in *Wilhering* et fratribus deo ibidem famulantibus, dando eis possessionem meam empticiam dictam *an der leiten* sitam iuxta *Sibotonem* quondam prouincialem iudicem dictum *forstarium* pro quodam predio sito in *Marhorn* iuxta dictum castellum in *Wolfstein* tali conditione nichilominus mediante videlicet, ut, si aliquis heredum meorum uel parentum prefate vxoris mee conmutationem antedictam infirmare seu contradicere presumpserit, asserens forte, supradictam possessionem hereditario iure ipsum contingere, memorati fratres de Wilhering sepedictum predium in Marhorn tam diu possideant, quousque talis calumpnia per me meisque sumptibus totaliter fuerit conplanata. Ad ampliorem autem huius conmutationis mee certitudinem et confirmationem presentes litteras super eo conscriptas sigillis dominorum meorum *Wernhardi* videlicet et *Heinrici Nobilium de Schovnberch*, cum proprium sigillum non haberem, munimine roboratas dictis fratribus assignaui. Huius autem rei testes sunt *dominus Wolfelinus de wolfstein*, *Ludwicus Schiuer*, *Ludwicus et Vlricus fratres dicti de Ludwegstorf*, *Wernhardus Walch*, *Hermannus Gneusso* et hii de mililitibus (sic), *Herbordus de Perndorf*, *Chunradus dictus Aevschær*, *Wernhardus et Heinricus fratres dicti Gneussen*, *Marquardus de Grůbe*, *Wulfingus officialis de Wessenberch* et alii quam plures. Acta sunt hec Anno domini M. CC. LXXXII.

Orig. auf Perg. Die Siegel verloren. Stiftsarchiv Wilhering.

DCVII.

1282. — *Raffold von Planchenpach stiftet sich mit der Gabe einer halben Hube in Grunt etc. einen Jahrtag zu Ranshofen.*

EGo *raffoldus de planchenpach* vniuersis presentia intuentibus cupio fore notum, quod in extremitate vite mee, dum infirmitate valida laborarem, ob remedium anime mee nec non predecessorum

meorum delegaui *Ecclesie Ranshouensi*, in qua iam dudum michi elegeram sepulturam, libere dimidiam hubam in *Grunt* soluentem annuatim dimidium talentum, Item in *viertail* LX. denarios redditvum tali modo, vt ad usus altaris sancti iohannis, in quo debent reliquie beati achatij recondi reuerenter, quas uiuens consueuj deuocius honorare, proueniant a dicto predio denarii XXX. Item XXX denarii residui debent cedere ad prouisionem luminis capelle sancte marie ob hoc, ut ipsa domina nostra pia uirgo, quod ieiunium sibi in sabbatis promissum et minime perchdolor persolutum anime mee misericorditer indulgeat et ignoscat. Item ambulantem equum meum et cultitram nec non cuilibet dominorum meorum canonicorum ranshouensium denarios XXX. specialiter ordinauj et dominabus in claustro denarios LX, ut prouide singulis diebus per annum pro salute mea missa pro defunctis, nisi sollempnitatis officium obstiterit, celebretur et alias in oracionibus suis memores mei fiant. ne igitur hec, que intentione bona et consciencia perfecta salubriter sum testatus, per alicuius heredis mei temeritatem valeant reuocari, presentem litteram cum testibus subnotatis scribere procurauj sigillj mej munimine roboratam. Testes sunt *dominus chunradus venerabilis prepositus ranshouensis, Heinricus plebanus sanctj mychahelis, perngerus plebanus in provnow, fridricus plebanus in nivnchirichen, chunradus in planchenpach sacerdotes, dominus Fridricus de sigenhaim, fridricus sveuus, vorihtlibz, otto scriptor harum* et alij quam plures fide dignj. Acta sunt hec anno domini millesimo CC°. LXXX. secundo.

Aus einem Pergament-Codex des 14. Jahrhunderts in der k. baierischen Staatsbibliothek.

DCVIII.

1282. — *Heinrich, Archidiakon der obern Mark, bezeugt, dass er den vom Pfarrer zu Bramberg präsentirten Ulrich, zu Lichteneck als beständigen Vicar eingesetzt habe.*

Hainricus dei gratie (sic) *Marchie Superioris archidyaconus, plebanus sancti Dyonisij* vniuersis presentem litteram inspecturis salutem et veram in domino caritatem. Que geruntur in tempore, ne simul elabantur cum tempore, scripturarum solent testimonio perhennari. Nouerint igitur tam posteri quam presentes, quod ad presentacionem domini *Friderici plebani de Pramperch* dominum

Vlricum virum ydoneum et discretum in ecclesia *Liehteneke* pro perpetuo vicario instituimus et rectore sibique amministracionem tam in spiritalibus quam in temporalibus concessimus in eadem auctoritate domini nostri venerabilis archiepiscopi Salzpurgensis. Vt autem nostra institucio seu perpetuacio a nemine in posterum valeat violari, predicto domino vlrico nostras concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno domini M°CC°LXXX. Secundo.

Orig. auf Perg. Das Siegel verloren. Stiftsarchiv Reichersberg.

DCIX.

1282. — *Albert Chlosner reversirt, dass er den Hof zu Schretendorf nur auf Lebenszeit vom Kloster Ranshofen inne habe.*

Ego *Albertus Chlosnar* profiteor publice presentibus et protestor me habere predium, quod dicitur *Schretendorf*, ab *Ecclesia Ranshovense* tantummodo pro diebus vite mee et non amplius tali pacto, ut annis singulis eidem Ecclesie de eodem XXX. denarios non obmittam solvere quoquomodo, me autem mortuo et defuncto ipsum predium ad Ecclesiam Ranshovensem libere revertetur, Nec quisquam heredum seu amicorum meorum sibi quicquam iurisdictionis usurpabit in eodem. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo meo roboratam et confirmatam tradidi preposito Ranshovensi et confratribus ibidem, ne eis in posterum per quemquam ulla possit calumpnia super eo vel violentia suboriri. testes sunt *Altmannus, Ulricus, Hainricus Domini de Leowolving, Poppenberger Judex de Griezbach, Plebanus de Erring Joannes, Dominus Otto de Schalichin* et alii quam plures Anno MCCLXXXII.

Mon. boic. III. 346.

DCX.

1282. — *Heinrich, Abbt zu Lambach, verleihet Heinrich dem Sohne eines gewissen Eberl einen Theil des oberen Gutes im Gaysteig zu Erbrecht.*

Uetustate temporum omnia dilabuntur, que posteriorum memorie scripto non fuerint conmendata. Hinc est, quod nos *Heinricus dei gratia abbas* totusque Conuentus *Lambacensis* ecclesie tam presentibus quam futuris hac pagina damus scire, nos vnanimi consensu *Heinrico filio Eberlini* et uxori eius *Juditte* cunctisque heredibus

ipsorum partem superioris predij in *Gaystaig*, quam ab heredibus conparauit, iure hereditario contulisse, tali interposita conditione, vt ipsi singulis annis in Natiuitate beate virginis pro seruicio XX. denarios, pro stevra culture XIII. denarios, pro aduocatia quatuor et unum pullum soluere non obmittant. Et ne ullus audeat enigrare hoc, literam damus nostris (sic) sigilli munimine roboratas (sic) Testibus, qui aderant, subnotatis. Actum anno domini M° CC° LXXXII°

Aus einem Codex im Stiftsarchive zu Lambach.

DCXI.

Circa 1282. — *Alber, Hadmar und Erchenger von Wesen bezeugen, die Hube in Wenpach dem Chunrat von Capellen und seiner Hausfrau gegeben zu haben.*

Ich *Alber von Wesen* vnd *Hadmar* vnd *Erchenger* mein průder tůn allen den chunt, die disen brief ansehent oder lesent, di nu sind oder her nach chůnftig werdent, daz wir herren *Chunraten von Chapell* vnd ver *Minsla* seiner hausfrawen die hub datz *Wenpach* haben geben ze rechtem aigen vnd schullen der ir gewer sein an aller stat, da si sein bedurffen. Vnd ist, daz in dar an icht ab get, daz schullen si haben auf allew dew vnd wier haben. Daz in daz ståt vnd vnuerchert beleib, geben wier in disen brief ze einem vrchůnd versigelt mit ståtichait vnserr Insigel vnd mit den zeugen, die hie geschriben stent: *her Ott von Volkenstorf*, *her Hainreich von Lonsdorf*, *her Otte von Lonstorf*, *her Ruger von Hůtt*, *her Rudolf von Alharting*, *Hainreich von Dietreiching*, *Hainreich von Dietreiching*, *her Hainreich von Alharting*, *her Otte von Dietreiching*, *Reicher von Perchaim.*

Ich *Alber von Wesen* vnd *Hadmar* vnd *Erchenger* mein průder tůn chunt allen den, die disen brief an sehent oder lesent, di nu sind oder noch chůnftig werdent, daz wier herren *Chunraten von Chapelle* vnd seiner Hausfrawen vrawn *Minsla* zu aller der ståtigung, vnd wier in haben getan an vnserm brief auf der Hůb ze *Wenpach*, daz wir in die selben hub auch setzzen fur funftzikch phunt wienner phenning vnd wär, daz in an der aigenschaft icht abgieng, von swelchen sachen daz waer, so schol her Chunrat von Chapelle vnd

sein Hausfraw vraw Minsla haben fumftzig phunt wienner phenning auf der vorgenanten hůb vnd sein auch der ier gewer an aller der stat, vnd si sein bedůrffen. Daz in daz stăt beleib vnd vnuerchert, geb wier in disen brief ze v̊rchunde versigilt mit vnserm Insigil vnd mit den zeugen, die hie geschriben stent: *her Ott von Volkenstorf, her Hainreich von Volkenstorf, her Hainreich von Lonstorf, her Otte sein průder, her Dietreich der Amman, her Perchtolt von Harthaim, Ruger der Hůtter, Hainreich von Dietreiching, Reichker von Perchaim.*

Aus einem Pergament-Codex des 14. Jahrhunderts im Stiftsarchive zu St. Florian.

ANHANG.

I.

1251. 25. Februar. Wels. — *Abbt und Convent zu Kremsmünster vererbrechten an Friedrich von Palsenz einen Hof bei Sibenbach.*

In nomine domini Amen. *Ortolfus dei gratia abbas in Chremsmunster* et Conuentus. Cum humane fragilitatis condicio semper sit mobilis ad instabilitatem, necessarium est et dignum, ut res geste perpetuo mansure, ne vitio instabilitatis et processu temporis in contradictionem aliquam venire ualeant et obliuionem, certis litterarum testimoniis roborentur. Cunctis itaque tam presentibus quam futuris christi fidelibus presenti scripto duximus intimandum, quod nos communi consilio et assensu *Friderico de palsenz* et omni posteritati sue curtem apud *Sibenbach*, que nuncupatur *in dem Ceileh*, cum omnibus pertinentiis suis, ad custodiam ecclesie nostre pertinentem, hereditario iure contulimus ad censum duodecim solidorum annuatim soluendorum wiennensium monete, tali mediante ac interposita pactione, quod singulis annis ecclesie nostre custodi, ad quem eadem curtis pertinet, sex solidi de predicto censu in Natiuitate beate Marie virginis et reliqui sex solidi in festo beati Andree Apostoli persoluantur. Et quandocumque huiusmodi census in premissis et statutis terminis datus non fuerit, tunc ultra Quatuordecim dies proxime secuturos Sexaginta denarii pro satisfactione, que vvlgo wandel appellatur, dentur etiam (cum) censu debito et statuto. Si vero idem census contumaciter sine legitimo impedimento detentus fuerit vnum annum, ac etiam datus non fuerit secundo anno, ex tunc eadem cum omnibus, que ad ea pertinent, precise sine tocius contradictionis impedimento in liberam ecclesie nostre possessionem redeat ac dicionem, iure hereditario, quod predicto Friderico ac sue posteritati in eadem curte, ut premisimus, collatum est, penitus cessante. Preterea etiam hanc adiecimus pactionem, vt, quicumque curtis eiusdem fuerit possessor, ille reliquis hominibus in bonis ecclesie nostre in supradicta villa Sibenbach sibi contigua et vicina residentibus inferre

vim aliquam non presumat, nec eis ius ipsorum, quod in campis, in siluis et pascuis ac inviis habere debent, non infringat vel minuat ullo modo, Hoc etiam adiecto, quod si inter possessorem sepe dicte curtis ac inter memoratos homines in bonis ecclesie nostre in prefata villa Sibenbach residentes litem aut aliquid questionis de bonis ecclesie nostre contingeret suboriri, ad nostram siue nostrorum officiatorum audientiam deferatur, qui illud, prout iusticia dictauerit, ac etiam pro consilio vicinorum determinent et complanent. Vt autem hec nostra collatio simul et interposita pactio nostris temporibus ac sine dubitatione post nos imperpetuum firmiter perseueret, nos eam presenti instrumento, sigillis nostris et dominorum de *Schowenberch* ac etiam domini *Alberonis de Pollnheim* in testimonium confirmamus, ad cautelam habundatiorem testibus annotatis: *Domini de Schowenberch Wernhardus et Henricus, Dominus Albero de pollnheim, Hertwicus de Mvlberch, Chunradus de Aschperch, Heinricus Zant, Ernsto de Stein, Merboto de Ode, Chunradus de Schachen, Hertwicus Zant, Hertwicus de Hecking, Eberhardus Schregier, Hertnidus filius dapiferi, Chunradus de Fůrt, Wernhardus et pernoldus fratres chemnatenses, Heinricus de chlingelprunne, Chunradus rot, Chunradus et Ludwicus fratres de Strachen, Vlricus iudex* et alii plures. Acta sunt hec V. kalend. Martii, Anno dominice Incarnationis MCCLI. Apud *welsam*.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 80.

II.

1252. 21. August. — *Abbt und Convent zu Kremsmünster geben erbrechtlich dem Ulrich von Puch einen Hof zu Galsbach.*

Nos *Ortolfus dei gracia de Chremsmvnster abbas* et omnis eiusdem ecclesie conuentus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presenti scripto duximus intimandum, quod nos communi consilio et assensu *Vlrico cognominato de Pŏch* et uxori sue, filie scilicet *Friderici de Palsentz* et pueris eiusdem ac eorumdem puerorum heredibus et posteritati curtem in *Galspach* ad nostram cameram pertinentem, hereditario iure contulimus liberaliter cum effectu ad censum X solidorum Wiennensis monete nobis inde annis singulis soluendorum, hac interposita pactione, quod annis singulis, ut dictum est, camerario ecclesie nostre, ad quem eadem

curtis pertinet, quinque solidi de predicto censu in Natiuitate beate virginis Marie et residui quinque solidi in festo beati Andree apostoli persoluantur. Si uero in eisdem certis diebus ac terminis antedictis datus non fuerit, ut premisimus, idem census, tunc ultra XIIII dies proxime secuturos LX denarij pro satisfactione, que Wandel vvlgariter appellatur, dentur camerario memorato eciam cum censu debito et statuto. Si autem idem census pluries antedictus detentus fuerit contumaciter unum annum ac etiam altero anno cum satisfactione supradicta non fuerit nobis datus, extunc eadem curtis cum omnibus ad eam pertinentibus sine totius contradictionis impedimento in liberam ecclesie nostre possessionem precise redeat sicut prius, iure hereditario, quod prefato Vl. et uxori sue ac pueris et heredibus eorumdem in ipsa curte, ut premisimus, collatum est, penitus expirante, Insuper hoc adiecto, quod si eandem uxorem Vlrici filiam supradicti Friderici sine heredibus decedere contigerit ex hac uita, tunc curtis eadem pueris prioris uxoris dicti Vl. cedat ex integro illo iure, quod superius est prescriptum. Hanc preterea interponimus pactionem, ut, si inter possessores sepedicte curtis et alios nostros homines sibi uicinos litem aut aliquid questionis contigerit suboriri, illud ad nostram siue ad nostrorum officiatorum audienciam deferatur, qui statim, prout iustitia dictauerit, et pro consilio uicinorum illud determinent et explanent. Vt autem huius nostre collacionis ac interposite pactionis memoria nostris temporibus et post nos in perpetuum sine lite ac sine omni dubitacione firmiter perseueret, nos eam instrumento presenti, nostris sigillis consignato in testimonium confirmamus, testibus subnotatis: *Ernsto et Chunradus de Aschperch*, *Hertwicus de Mvlperch*, *Chunradus de Schachen*, *Ernsto de Stein*, *Merboto de Od*, *Chvnradus de Vůrt*, *Sybrandus de Gelting*, *Heinricus Pernvtzel*, *Heinricus de Chlingelprvnn* et alij quam plures. Acta sunt hec XII. kal. Septembris anno dominice incarnacionis M°. CC°. LII°.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 81.

III.

Circa 1252. 29. December. Wien. — *König Otackar trägt seinen Amtleuten zu Stein und Ibs auf, von dem Kloster Mondsee keine Mautgebühr zu nehmen.*

Otacharus Dei gratia Dux Austriæ et Marchio Moraviæ Officialibus suis in *Stain* et *Ibsa* gratiam suam et omne bonum.

Quia dilectum Nobis Abbatem et Conventum in *Mennse* in Nostram protectionem recepimus et favorem, gratiam sibi conferentes specialem, ut sua victualia singulis annis per Nostras Mutas sine omni exactione libere transducat. Volumus igitur et mandamus, ne quis auso temerario hanc Nostræ Clementiæ donationem ipsi præsumat infringere ullo casu. Dat. *Wienn.* IV. Kal. Januarii.

Chronic. Lunælac. 152.

IV.

1255. 25. Mai. Neapel. — *Papst Alexander IV. überträgt dem Abbte von St. Lambrecht und dem Propste von Seckau etc. die Entscheidung in einem Streite des Stiftes Kremsmünster mit dem Ordinariate Passau wegen Besetzung der Pfarren Vorchdorf und Weisskirchen.*

Alexander episcopus seruus seruorum dej Dilectis filijs . . Abbati de *Sancto Lamberto*, . . Preposito ecclesie de *Sekowen* et . . *Archidiacono superioris Marchie* Salzeburgensis diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis Abbas et Conuentus Monasterij de *Chremsmunster* ordinis Sancti Benedicti Pataniensis diocesis petitione monstrarunt, quod, cum . . decanus *Patauiensis* falso sugessisset bone memorie . . Patauiensi episcopo, quod de *Weizchirchen* et de *Forchdorf* ecclesie eiusdem diocesis ad communem mensam eorundem Abbatis et Conuentus pleno iure spectantes tanto tempore uacauerant, quod ad Episcopum ipsum erat earum collatio legitime deuoluta, Quia idem Episcopus Magistris *Dizoni Ecclesiastico, Johanni et Alberto Canonicis Patauiensibus*, quos dicti Abbas et Conuentus habebant ea ratione suspectos, quod dicti decani Concanonici erant, commisit, ut, si esset ita, ecclesias ipsas Decano conferrent eidem, . . predicti Abbas et Conuentus sensientes, ex hoc indebite se grauari, ad sedem apostolicam appellarunt Ac Scolasticus et Canonici predicti huiusmodi appellatione contempta, tulerunt excommunicationis sententiam in eosdem. Verum predictus decanus asserens, quod idem Episcopus dictas ecclesias uacantes sibi auctoritate ordinaria duxerat canonice conferendas, et in eundem Abbatem et Monachos dicti Monasterij pro eo, quod ipsum, ut dicebat, predictis eclesijs spoliantes, eas in proprios usus conuerterant, excommunicationis promulgarat sententiam, iustitia exigente ad . . *Prepositum sancti Johannis baptiste et Magistrum Eberardum Canonicum Ratisponensem* quasdam felicis recordationis Innocentij pape

predecessoris nostri nullam facientes de appellatione hviusmodi mentionem, super observatione dicte sententie litteras impetrauit, quibus committentibus Preposito *sancti Nicolai Patauiensis* super hoc taliter uices suas ex parte dictorum Abbatis et Conuentus coram eodem Subdelegato, in cuius fuerunt citati presentia, fuit excipiendo propositum, quod, cum huiusmodi littere ante prolationem dicte sententie, de qua in ipsis fiebat mentio, impetrate fuissent, prout erant legitime probare parati nec littere ipse ad futuras questiones possent extendi, dictus subdelegatus per eas procedere de iure non poterat nec debebat, et quia predictus subdelegatus eos super hoc audire contra iustitiam denegauit, ipsi sentientes, ex hoc indebite se grauari, ad sedem apostolicam appellarunt ac dictus Subdelegatus huiusmodi appellatione contempta ipsos fecit excommunicatos publice nuntiari. Quocirca discretioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus uocatis, qui fuerint euocandi, et auditis hinc inde propositis quod canonicum fuerit, appellatione postposita statuatis facientes, quod decreueritis, per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione cessante cogatis ueritati testimonium perhibere. Quodsi non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo uestrum ea nichilominus exequantur. Datum *Neapoli* VIII. kal. Junii, Pontificatus nostri Anno Primo.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 84.

V.

1255. 12. December. Krems. — *König Ottokar erlässt dem Kloster Kremsmünster die Entrichtung des Marchfutters von der Besitzung St. Martinsberg.*

Otacharus dei gratia Dominus Regni Boemie, Dux Austrie et Marchio Moravie Vniuersis hanc litteram inspecturis per Austriam constitutis gratiam suam et omne bonum. Notum esse uolumus vniuersis, quod nos Cenobio siue Claustro ordinis sancti Benedicti in *Chremsmunster* facientes gratiam specialem, ius nostrum in *monte sancti Martini,* quod Marchfûter vvlgariter appellatur, in perpetuum duximus indulgendum. In cuius rei euidens testimonium presentem cedulam sibi dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum in *Cremsa* anno domini M°. C°C°L°V°, pridie Idus Decembris.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 85.

VI.

1255. — *Ulrich von Truchsen gibt dem Kloster Kremsmünster Güter von einem halben Talente jährlichen Erträgnisses als Seelgeräth, sowie zur Sühne für etwa zugefügte Unbilden.*

Quia memoria hominum labilis est et caduca, idcirco nimirum facta perpetuo duratura, ne obliuione hominum evanescant, scripti testimonio ac testium annotatione debent necessario communiri. Hinc est itaque, quod ad noticiam Christi fidelium vniversorum tam presentium quam futurorum cupio deuenire, quod ego *Vlricus de Truhsen* libere et absolute ac sine qualibet contradictione tradidi pleno iure Ecclesie *Chremsmunstrensi* quedam predia de proprio meo ad redditus dimidii talenti wiennensis monete pro remedio anime mee et predecessorum meorum ac etiam pro remedio anime fratrvelis mei *Rudolfi*, quem apud idem Monasterium Chremsmunstrense obtinui sepeliri, Hoc quoque adiecto, quod dominus Abbas ipsius Monasterii *Ortolfus* et omnis Conuentus vnanimiter remiserunt, si quid eis de castro meo *Pernstein* vel de hominibus meis grauaminis atque dampni fuerat illatum. Sunt autem hec predictorum vocabula prediorum: Secus *perndorf* vnum beneficium dictum *in dem zovn* ad Triginta denarios, Secus *pergarn* contiguum vnum beneficium ad triginta denarios, Ibidem proximum beneficium vnum ad Sexaginta denarios. Vt autem hec premissa perpetuo maneant inconuulsa, per presentem feci cum appensione sigilli mei litteram confirmari testibus subnotatis. Huius rei sunt testes *Ernsto*, *Chunradus de Aschperch*, *Ernsto de Stein*, *Heinricus dens*, *Merboto de Ode*, *Heinricus de genelisdorf*, *Offo filius suus*, *Gotfridus et Otacher et Alramus de Lovterbach*, *Hertwicus dens*, *Otto de Glunich*, *Richherus officiatus*, *Růbertus de pǔchchirichen*, *Livtoldus et Heinricus super Graben*, *Rudegerus caupo*, *Chunradus pernsun*, *Gotschalcus villicus de ůdelspurch*, *Richherus villicus de purchstal* et alii quam plures. Acta sunt hec Anno dominice incarnationis MCCLV.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 83.

VII.

1258. 3. Jäner. Viterbo. — *Papst Alexander IV. bestätigt dem Kloster Kremsmünster den Besitz seiner Güter.*

Alexander episcopus servuus seruorum dei Dilectis filijs . . Abbati et Conuentui Monasterii de *Chremunsmunister* ordinis Sancti

Benedicti Patauiensis diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia deuotos et humiles filios ex assueto pietatis officio propensius diligere consueuit et ne prauorum hominum molestijs agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confouere. Quapropter dilecti in domino filij uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas uestras et locum, in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, Specialiter autem terras, domos, redditus, prata, nemora, possessiones et alia bona uestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uobis et per uos Monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Viterbij* III. Nonas Januarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 86.

VIII.

1258. 4. Jäner. Viterbo. — *Papst Alexander IV. bestätigt die durch den Bischof Ulrich von Passau vorgenommene Incorporation der Pfarre Buchkirchen mit dem Stifte Kremsmünster ad proprios usus desselben.*

Alexander episcopus seruus seruorum dei Dilectis filijs . . Abbati et conuentui Monasterii de *Chremsemonasterio* ordinis sancti Benedicti Patauiensis diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Pie postulatio uoluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et deuotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata uires indubitanter assumat. Sane petitio uestra nobis exhibita continebat, quod bone memorie *Vlricus Patauiensis Episcopus* sui Capituli accedente consensu Ecclesiam de *Puchirichin* Patauiensis diocesis, in qua ius patronatus habetis, retinendam in usus proprios uobis et per uos Monasterio uestro, prout spectabat ad eum, pia et prouida deliberatione concessit, reseruata Vicario seruituro perpetuo in eadem pro sustentatione sua et ad debita procurationem diocesani Episcopi et alia onera supportanda de ipsius ecclesie prouentibus congrua por-

tione, sicut in litteris inde confectis dicitur plenius contineri. Nos igitur uestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem Episcopo super hoc pie ac prouide factum est, ratum et gratum habentes id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Viterbij* II. Nonas Januarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 87.

IX.

1258. 4. Jäner. Viterbo. — *Papst Alexander IV. confirmirt die völlige Übergabe der Pfarre Vorchdorf an das Kloster Kremsmünster.*

Alexander . . . . . Sane petitio uestra nobis exhibita continebat, quod bone memorie *Wolfkerus Episcopus Pataviensis* sui Capituli accedente consensu Ecclesiam de *Worihdorf* Pataviensis diocesis, in qua ius patronatus habetis, retinendam in usus proprios uobis et per uos Monasterio uestro, prout spectabat ad eum, pia et prouida deliberatione concessit etc. . . . . . Datum *Viterbij* II. Nonas Januarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 88.

X.

1258. 7. Jäner. Viterbo. — *Papst Alexander IV. bestätigt die dem Kloster Kremsmünster durch den Bischof Reginbert von Passau zugestandene Einverleibung der Kirche St. Martinsberg.*

Alexander . . . . . Sane petitio uestra nobis exhibita continebat, quod bone memorie *Reginbertus Pataviensis Episcopus* sui Capituli accedente consensu ecclesiam in *Monte sancti Martini* Pataviensis diocesis, in qua ius patronatus habetis, retinendam in usus proprios uobis et per uos Monasterio uestro, prout spectabat ad eum, pia et prouida deliberatione concessit etc. . . . . Datum *Viterbij* VII. Idus Januarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 89.

XI.

1258. 7. Jäner. Viterbo. — *Papst Alexander IV. genehmigt die Incorporation der Pfarre Kirchberg mit dem Stifte Kremsmünster, wie sie zu dessen Besten vom Bischofe Diepold von Passau war vorgenommen worden.*

Alexander . . . . . . Sane petitio uestra nobis exhibita continebat, quod bone memorie *Diepoldus Episcopus Patauiensis* sui Capituli accedente consensu ecclesiam de *Chirichperch* Patauiensis diocesis, in qua ius patronatus habetis, retinendam in usus proprios uobis et per uos Monasterio uestro, prout spectabat ad eum, pia et prouida deliberatione concessit etc. . . . . . Datum *Viterbij* VII. Idus Januarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 90.

XII.

1258. 7. Jäner. Viterbo. — *Papst Alexander IV. bestätigt die durch Bischof Rüdiger von Passau geschehene Incorporation der Pfarre Weisskirchen mit dem Stifte Kremsmünster.*

Alexander . . . . . . Sane petitio uestra nobis exhibita continebat, quod *Rudegerus quondam Patauiensis Episcopus* sui Capituli accedente consensu ecclesiam de *Weizchirichin* Patauiensis diocesis, in qua ius patronatus habetis, retinendam in usus proprios uobis et per uos Monasterio uestro, prout spectabat ad eum, pia et prouida deliberatione concessit etc. . . . . Datum *Viterbij* VII. Idus Januarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 91.

XIII.

1258. 1. Juni. Passau. — *Otto, Bischof von Passau überlässt in einer Zeit allgemeiner Noth dem Kloster Kremsmünster auf mehrere Jahre die Einkünfte von Pettenbach zur Vollendung der angefangenen Bauten und zur Befriedigung der nöthigsten Bedürfnisse.*

O. dei gratia ecclesie Patauiensis Episcopus Vniuersis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis Salutem in Domino. Cum omnium Ecclesiarum utilitatibus intendere merito debeamus, illis tamen maxime largitatis exhibere beneficia credimus esse dignum, ut nostre subuentionis respirent aminiculo, que ad nostram Ecclesiam pertinere

nullo interposito medio perhibentur. Quapropter cum Conuentus de *Chremsmunster* propter malum statum terre ad perfectionem sui Monasterij inchoati opere sumptuoso et alia necessaria ministranda non sufficeret, ut patuit euidenter, concessimus eidem de gratia speciali, ut prouentus Ecclesie de *Petenbach* vacantis reciperent ad III. annos; sed quia eiusdem Conuentus defectibus amplius compati nos opportet, de consilio et voluntate nostri Capituli concedimus liberaliter iterato, ut expirante priori termino, cuius in festo beati Georgij iam transacto vnus annus tantum preteriit, predicte Ecclesie de Petenbach prouentus recipiat postmodum per tres annos, ita tamen, ut presbytero, quem illa locauerit, prebendam relinquat adeo competentem, ut ibidem possit iuxta quod debitum fuerit, ministrare et ne quicquam de dotibus decimis uel aliis rebus Ecclesie alienare quoquo modo presumat, medio tempore ipso penitus interdicto, et si contra venerit, concessam sibi gratiam ex nunc carere decernimus, robore firmitatis dantes in testimonium predictorum presentem litteram nostri et Capituli nostrj Sigillorum robore communitam. Datum *Patauie* Anno domini M° CC. LVIII. Kalendis Junij, Pontificatus nostrj Anno Quinto.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 92.

XIV.

1258. 4. October. Ebelsberg. — *Spruchbrief des Bischofes Otto von Passau in einem Streithandel zwischen dem Abbte Berthold von Kremsmünster und dem Pfarrer Johann Calvanus von Weisskirchen.*

Otto dei gratia ecclesie patauiensis Episcopus universis presentia inspecturis salutem in domino. Cum inter dilectos in christo fratres Abbatem et Conuentum de *Chremsmunster* ex parte vna et *Johannem Calvanum* ex altera super Ecclesia in *Weizchirchen* coram nobis Judice super hoc a sede apostolica delegato questio verteretur, Johanne asserente, dictam Ecclesiam sibi collatam legitime sibi competere seque a possessione ipsius fuisse violenter eiectum, ipsis e contrario exhibere paratis testes, Instrumenta et rationes, quibus hanc intentionem suam elidere conabantur, tandem fuit in nos ab utraque parte amicabiliter compromissum, hoc adiecto, ut, si qua partium publicato arbitrio forsitan contradiceret, hec eadem nobis esset ad penam triginta talentorum monete publice obligata. Nos

autem arbitrium promulgauimus in hanc formam, quod abbas eidem Johanni quasi pro redemptione vexationis octo libras in continenti persoluit, Johannes autem ipsam Ecclesiam in Weizchirchen in manus nostras et Abbatis libere resignauit, cedens liti et voluntarie renuntians omnj jurj, quod sibi credebat competere in Ecclesia memorata, nec non et omnibus litteris impetratis uel in posterum impetrandis. In huius autem rei testimonium presens scriptum nostro et partium similiter et Decani *Lavreacensis* et *Heinrici* Notarij sigillis placuit communiri. Actum in *Ebilsperch* anno domini M°. CC°. LVIII. Quarto Non. Octobris, Indictione secunda, Hiis presentibus: *Alberto Cappellano*, *Wernhardo plebano in Nevnchirchen* Clericis, *Vlrico, Sibotone et Arnoldo fratribus de Lonstorf*, *Vlrico de Capella*, *Chunrado de Asperch*, *Rvdgero Prveschinch*, *Alberto Wolfstein*, *Walchvno de Lvfenberch*, *pertholdo de Haidenstorf* militibus et alliis ualde multis.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 93.

XV.

1258 im October. Wels. — *König Ottokar bestätigt und erneuert die Urkunde Herzog Leopold's von Österreich über die Güterrückgabe in Viechtwang an das Stift Kremsmünster.*

Otacharus dei gratia dominus Regni Bohemie, Dux Austrie, Marchio Morauie Vniuersis presentia inspecturis in perpetuum. Dilectus nobis *Bertholdus abbas in Chremsmunster* nostre celsitudini supplicauit, quatenus subscriptum Priuilegium a bone memorie *Levpoldo Duce* Monasterio suo concessum dignaremur eidem per nostre renouacionis gratiam confirmare. (Hier folgt die Urkunde Herzog Leopold's dat. Salchenau am 4. Jäner 1189.) Nos igitur, quod ab eodem duce ac memoratis Comitibus in hac parte pie ac prouide factum est, ratum et gratum habentes, possessiones superius expressas antedicto monasterio in Chremsmunster per hanc nostre Celsitudinis paginam iure perpetuo duximus confirmandum. Testes: *Otto Patauiensis Episcopus*, *Chunradus Frisingensis Electus*, *Hermannus Abbas de Altah*, *Otto et Chunradus Comites de Plein*. *Heinricus et Wernhardus de Schavmberch*, *Wocho de Rosenberch*, *Chunradus de Zecking*, *Lvdwicus et Wernherus de Zelking*, *Albero et Wichardus de Polnheim*, *Vlricus de Chappell*, *Vlricus de Lobn-*

stein, Sighardus et Rvdgerus de Piber, Siboto et Arnoldus de Lonstorf. Ernestus et Chunradus de Asperch, Merboto de Oed. Ernestus de Stein, Heinricus et Otto de Ahleiten, Otto de Chvstilwanch et alii plurimj. Datum in *Wels* per manum *magistri Arnoldi prothonotarij nostrj*, In mense Octobri, Anno dominj M° CC° LVIII. Indictione . . . .

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 94.

XVI.

1258 im October. Wels. — *König Ottokar bestätigt und erneuert dem Kloster Kremsmünster das Diplom Herzog Friedrich's II. von Österreich über die Gabe jährlicher Renten und Erlassung des Vogtrechtes.*

Otacharus dei gratia Dominus Regni Bohemie, Dux Austrie, Marchio Moravie Omnibus presentia inspecturis in perpetuum. Diuinam maiestatem cupientes in suis honorare ministris, seruorum dei peticiones presertim fauorabiles benigne duximus exaudire. Exhibuit itaque nobis uenerabilis abbas de *Chremsmunster* subscriptum privilegium bone memorie *Friderici* Ducis petens, illud per nostre celsitudinis gratiam confirmarj. (Nun folgt die Urkunde vom 25. April 1236.) Nos autem, quod ab eodem Duce salubriter in hac parte factum est, ratum et gratum habentes eandem remisionem curis aduocatie per hanc concessionis gratiam antedicto monasterio in Chremsmunster iure perpetuo confirmamus. Testes: *Otto Patauiensis Episcopus, Chunradus Frisingensis Electus, Hermannus abbas de Altah, Otto et Chunradus Comites de Plein. Heinricus et Wernhardus de Schowenberch, Wocho de Rosenberch, Chunradus de Zecking. Lvdwicus et Wernherus de Zelcking, Albero et Wichardus fratres de Polnheim, Vlricus de Capella, Vlricus de Lobenstein, Siboto et Arnoldus de Lonstorf. Ernestus et Chunradus fratres de Asperch. Merboto de Oed. Ernsto de Stein, Heinricus et Otto de Ahleiten* et alij plurimj. Datum in *Wels* in mense Octobris anno domini MCCLVIII. Indictione secunda.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 95.

XVII.

1258 im October. Wels. — *König Ottokar bestätigt abermals das Privilegium vom 25. April 1236.*

Otacharus dei gratia Dominus Regni Bohemie, *Dux Austrie et Marchio Morauie* omnibus presentia inspecturis in perpetuum. Cupientes Ecclesiarum indempnitatibus prouidere earumque profectibus intendere cum effectu, iustas earum petitiones benigne duximus exaudire. Supplicauit itaque sublimitati nostre *Bertholdus uenerabilis abbas in Chremsmunster*, quatenus priuilegium a bone memorie *Friderico* Duce suo concessum monasterio dignaremur eidem per nostre renouationis gratiam confirmare, cuius tenor per omnia talis erat. (Nun folgt die Urkunde vom 25. April 1236.) Nos igitur iustis ipsius Abbatis inclinati precibus, quod ab eodem Duce in fauorem monasterij in Chremsmunster pie ac prouide in hac parte factum est, ratum et gratum habentes, illud ei per hanc nostre concessionis gratiam duximus confirmandum. Testes: *Otto Pataviensis Episcopus, Chunradus Frisingensis Electus, Hermannus Abbas de Altah, Otto et Chunradus Comites de Plein, Heinricus et Wernhardus de Schowenberch, Wocho de Rosenberch, Chunradus de Zecking, Ludwicus et Wernherus de Zelcking, Albero et Wichardus de Polnheim, Vlricus de Kapell, Vlricus de Lobenstein, Siboto et Arnoldus de Lonstorf, Chunradus et Ernestus de Asperch, Merboto de Oed, Ernestus de Stein, Heinricus et Otto de Ahleiten, Otto de Chvstelbanch* et alij plurimj. Datum in *Wels* In Mense Octobris Anno domini MCCLVIII. Indictione Secunda.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 96.

XVIII.

1259. 1. Februar. Anagni. — *Papst Alexander IV. bestätigt die Einverleibung der Pfarre Weisskirchen mit dem Stifte Kremsmünster.*

Alexander episcopus seruus seruorum dei Dilectis filijs.. Abbati et Conventui Monasterii de *Cremismunster* ordinis sancti Benedicti Patauiensis diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio uestra nobis exhibita

continebat, quod bone memorie *Rudgerus Patauiensis Episcopus* Monasterij uestri paupertatem attendens parrochialem ecclesiam de *Weizchirchen* Patauiensis diocesis, in qua ius patronatus habetis, uobis Capituli Patauiensis ad id accedente consensu in usus proprios deputavit, reseruata perpetuo Vicario in ea seruituro de ipsius ecclesie prouentibus congrua portione, ex qua potest commode sustentari ac Episcopalia, Archidiaconalia et alia consueta onera supportare, prout in litteris inde confectis sigillatis sigillo ipsius Episcopi plenius dicitur contineri. Nos itaque uestris supplicationibus inclinati, quod super hoc prouide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Anagnie* kalendis Februarij, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 97.

XIX.

1259. 10. April. — *Abbt und Convent zu Kremsmünster vergleichen sich mit den Herren von Traun über die Rückgabe eines von diesen innegehabten Lehens, des Hofes zu Gozoltsau.*

Nos *Bertoldus dei gratia Abbas in Chremsmunster* et Conventus ibidem notum facimus vniuersis presentia inspecturis, quod nobilis vir dominus *Haertnidus de Traun* et filius suus *Vlricus* Curiam in *Gozoltsawe* ad manus nostras resignauerunt, quam antea a nobis iure possederant feodali, Hac tamen condicione interposita, quod nos debemus sex scaffia siliginis post Natiuitatem beate Marie infra VII dies de Curia nostra in *vischen* et in Epiphania porcum vel pro eo dimidium talentum annis singulis eis dare, donec aliquod feodum tali censui equivalens nobis uacet, quod dum ipsis contulerimus, a solutione census expressi erimus absoluti. Si autem feodum uacans census maioris extiterit, pro tali superhabundancia facient, quod hiis IIII personis placuerit, videlicet *Domino Vlrico de Chirichweg*, *domino Chunrado de Asperch*, *domino Merbotoni de Oed*, *Henrico de Ahliten*, quorum in hac parte stare arbitrio promiserunt.

Si uero feodum minus soluerit, nihilominus illud recipient ita, quod de censu memorato tantum defalcare tenentur, quantum collatum predium ipsis soluit. In cuius etiam rei testimonium presentem ipsis litteram porreximus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Testes: *dominus Vlricus de Chirichweg camerarius, dominus Chunradus vicarius in Weizchirchen, Chunradus de Asperch, Merboto de Oed, Henricus de Achliten, Hertwicus dens, Dittmarus posacch, Otto von dem Vransen, Hertnidus de Nentzing, Rehno, Otto liber de Chôstelbanch, Richerus, Chunradus, Wernhardus, Heinricus villici* et alij quam plures. Actum anno domini Millesimo CCL. VIIII. IIII. idus aprilis.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 98.

XX.

1259. 10. April. — *Verzichtbrief Hertnid's und Ulrich's von Traun auf das Lehen zu Gozoltsau.*

Ego *Haertnidus de Traun* per presentia profiteor et protestor, quod ego et filius meus *Vlricus* Curiam nostram in *Gozoltsaw* ad manus domini Abbatis de *Chremsmunster*, a quo ipsam in feodo habuimus, resignauimus et ipse in Natiuitate sancte Marie nobis infra VII dies de Curia sua *vischen* sex scaffia siliginis et in Epiphania porcum uel pro eo dimidium talentum singulis annis donet, dum quod aliquod uacans sibi beneficium nobis conferat supradicto censui equippollens. Quomodo autem fiat, si feodum maius uel minus fuerit censu, et alia in littera nobis ab ipso porrecta plenius continetur.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 99.

XXI.

1259. 21. Juni. Altach. — *Hermann, Abbt von Niederaltach erneuert die zwischen seinem Kloster und Kremsmünster schon früher bestandene Verbrüderung in Bezug auf Messopfer und Gebete für verstorbene Mönche.*

Venerabilj in Christo patri et domino *Bertholdo abbati Monasterij Chremsmvnstrensis* et eiusdem Ecclesie religioso Conuentuj

Hermannus dei gratia abbas in Altah inferiori et Conuentus ibidem fraternam in domino karitatem. Cum ab unius parentele principio nostri et uestri monasteriorum propago descenderit, dignum est, ut moderna successio seruet et renouet antique sue originis vnitatem. Quare fraternitatem, que inter nos olim fuisse dicitur, si tamen uobis placet, renouandam duximus in hunc modum, quod singulis annis post dominicam, qua cantatur: Domine, in tua misericordia, proxima uacante feria generaliter pro omnibus defunctis in uestro monasterio aput nos et pro nostris defunctis in uestro pulsatis campanis officium unum fiat, uidelit uigilie ex integro, ut est moris, et in mane missa una publice in Conuentu. Preterea ad unam priuatam missam ipso die singuli prespiteri teneantur, alij inferiorum ordinum litterati, Quinquaginta psalmos dicant et qui litteras nesciunt, tociens Pater noster; Idem quoque per omnia fiet, quociens nobis alicuius uestrum sev uobis alicuius nostrum fuerit obitus nunciatus. Supradictis autem de communi consensu et beneplacito adicimus, quod reuerentie vestre venerabilis pater et domine Bertholde nunc abbas nos ad hoc singulariter obligamus, ut, cum nostro collegio uester transitus innotuerit, tantum pro uobis facere teneamur in tricenario et aliis, quantum pro uno prelatorum nostrorum defuncto facere consueuimus, ut et uos et vester Conuentus ad idem teneamini domino et patri Hermanno nostro nunc abbati, cum suus obitus fraternitati uestre fuerit nunciatus, Sperantes, quod hec spiritualis fraternitas perpetua fiat inter nos confederatio nostras connectens ecclesias indissolubili uinculo karitatis. Datum in *Altah* Anno domini Millesimo, Ducentesimo, Quinquagesimo, Nono, XI. kalend. Julij.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 100.

XXII.

1260. 24. April. Spital am Pyhrn. — *Berthold, Abbt von Kremsmünster und Hertwig von Klaus vergleichen sich über Zehente im Garstenthale.*

Nos *Bertoldus dei gratia abbas in Chremsmunster* Notum facimus vniuersis presentia inspecturis, quod, cum nos a consanguineo nostro *Hertwico de Chlavs* decimam in *Gaerstenthal* redimeremus, que sibi a predecessore nostro pro centum talentis fuerat obligata,

inter nos lis super detentione decime culture hospitalis et collatione eiusdem Curie fuit oborta, que tandem in istos, videlicet dominum *Bernhardum Hospitalarium*, Dominum *Chunradum de Asperch*, *Henricum de Ahliten*, *Henricum de Turri* voluntarie ex utraque parte est arbitris permissa. Qui arbitri omnes lites super hiis et aliis inter nos et Haertwicum habitas taliter complanarunt, quod dictus Hærtwicus redempte decime per biennium recipiat vsufructus et det in continenti libras XV, quod et fecit. Insuper quinque libre sunt remisse ad sue arbitrio voluntatis, vnum autem annum ex dicto biennio de precedenti habere debuit delegatione, Secundum pro redemptione vexationum omnium ea pro predictis denariis retinebit. Quo vero expleto biennio nec ipse nec aliquis sibi consanguinitate vel affinitate attinens quicquam iuris habebit in decima supradicta, Sed eadem ad usus ecclesie libere et sine contradictione qualibet reuertetur. Vt autem illud firmum permaneat, presens instrumentum sigillo nostro et sigillo hospitalis de *pirn* pro Haertwico, qui sigillum non habuit, placuit communirj. Testes: *Dominus Bernhardus hospitalarius*, *Dominus Chunradus plebanus de Chirchperch*, *Dominus Chunradus de Aschperch*, *Heinricus de Ahliten*, *Ditmarus de Ottstorf*, *Otakaro (sic) et alrammus fratres de Lautterbach*, *Henricus de Turri*, *Vlricus de Lapide*, *Vlricus de Tuedich*, *Otto de Chustelbanch dictus liber* et alii quam plures. Actum in *domo hospitalis* Anno domini Millesimo CCLX. In Festo Georij.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 101.

XXIII.

Circa 1265. 15. Juni. Nutschitz. — *König Ottokar übernimmt persönlich die Vogtei über die oberösterreichischen Klöster, wie diese sie früher den österreichischen Landesfürsten freiwillig bereits übertragen hatten.*

Otacharus dei gratia Boemie Rex, *dux Austrie et Stirie et Marchio Morauie* viris venerabilibus Abbatibus, Prepositis et vniuersis Claustralibus *super Anasum* constitutis gratiam suam et omne bonum. Euacuatis in mente nostra ex parte aliqua, que fuerunt parulj, ad conscientiam recurrimus et mature deliberacionis obtutibus intuemur, quod Claustrorum Aduocacias, ad quas principes Austrie ipsa Claustra spontanee elegerunt, metipsi tenere debeamus et

maiestatis nostre amminiculo gubernare taliter, quod apud homines meritum reportemus et gloriam apud deum. Quare vniuersitas vestra scire debet, quod ab hac die inantea deffensioni et vtilitati Claustrorum vestrorum intendere personaliter volumus cum affectu pariter et effectu nec in hac parte ulli hominum conmittere vices nostras. Cum enim idem onus taliter sit nostris humeris alligatum, quod deo super eo respondere specialiter teneamur, in ipso ponentes anchoram spei nostre confidimus et speramus, quod vestris vtilitatibus et commodis protectionis nostre Scuto omni Loco et tempore vniuersis vobis et singulis succurrere debeamus. Datum in ***Nutschitz*** in die sancti viti.

Urkundenbuch von Kremsmünster Nr. 102.

XXIV.

1277. *Erklärung der Städte, Ritter und Knappen in Österreich, dass sie den von König Rudolph kundgemachten Landfrieden durch zehn Jahre getreu halten wollen.*

WIR die Stete vnd Ritter vnd chnappen von dem lande ze Osterrich Tv̊n allen den chunt, die disen brief ansehent vnd veriehen offenlich, daz wir vor vnserm herren dem hohen vnd dem gewaltigen dem *Rômischen Chvnig Rudolfen*, der ze allen ziten ein mêrer ist des Riches, gesworen haben vnd mit vnsern eiden vns gebunden haben, daz wir mit aller vnser maht, mit allen vnsern sinnen vnd mit allen vnsern triwen dem lantfride ze zehen iaren chreftichlich zv̊ gestên wellen vnd mit vleize weren wellen vnd mit triwen behalten wellen mit allen den aufsaetzen, als er aufgesatzt ist und als iz an disen brief geschriben ist. Des ersten so sei wir des enein worden durch scherm des landes vnd ze schaffen fride vnd gnade, daz die lantherren vnd wir die Stêt, ritter vnd chnappen, die dem lande zv gehôrent vnd die der landesherre gerne haben wil vnd die im ouch gerne dienen wellent, drittehalb tausent man haben svln beraiter mit eisengewant zehelfe dem rômischen chvnig vnd sinem sv̊n, den er bei dem lande lat, vnd ze einem scherm disem lantfride. Swer der ist, der den lantfride stôren wil, er sei hoh oder nider, den sol man des ersten laden fvr den landesherren vmb daz vnpilde, daz er getan hat. chv̊mt der zu dem tag auf minne vnd auf reht, als im der landes-

herre geit vnd gebiutet, so sol man im des gvnne, mag er mit minne oder mit reht ledich werden vnd abchomen. chvmt auer er niht, als er geladen wirt, so svln die lantherren vnd wir die Stet, Ritter vnd Chnappen auf in varen vnd auf sinen schaden mit als vil levten, als man danne zerât wirt, vnd svln auch die varen an des landes schaden vnd svln von im nimmer chomen noch von sinem schaden an des landesherren vrloub, er bezzer daz vnpilde, daz er getan hat, vnd lêg allen den ir schaden vnd ir chost ab, die auf in gevaren habent, als verre er immer mûg. Swer der ist, der in disem vride niht sein wil vnd in disen gelubden, er sei hoh oder nider, den sol der landesherre vnd alle die, die disen vride vnd ditze gelubde gesworen habent, auz dem vride lazzen vnd man sol allen levten gegen im rihten vnd im sol nieman rihten, swaz er ze chlagen hat. Swer der ist, der mit den lantherren vnd mit vns den Steten, Rittern vnd chnappen niht envert, swenn iz der landesherre an in vodert, auf des schaden, der den vride hat zebrochen, dem sol der landesherre fvr sich gebieten vnd sol daz rihten gegen einem Dienstmanne nach der lantherren rât, gegen den Steten vnd gegen Rittern vnd den chnappen nach der herren rât, die des landes rat gesworen habent, vnd nach der Stet, der Ritter vnd der chnappen rât, als man danne enein wirt, chvmt auer er fvr den landesherren niht, als er geladen wirt, so sol man in angriffen als ienen, der den vride zebrochen hat. Swer die vbersagten levte vnd die levte, die in des landes aehte sint, behaltet oder haimt, auf den sol man varen als auf einen, der den vride zebrochen hat. Wir binden vnd setzen ouch in disen aufsatz, er sei hoh oder nider, swer der ist, der sich in ein einvnge zû dem andern gesatzt hat mit eiden oder mit gelubden oder mit brieuen oder mit widerwette oder swie die bant heizzen, die von ieman auf ein einunge ergangen sein, daz diu selben gelubde vnd devselben bant gar ledich sein vnd ouch gar auferhaben so, daz nieman mer deheiner einunge zv̊ dem andern gebunden sei, want alle, die in dem lande sint, die sol zv̊ einander binden diser lantfride so, daz sein einen iglichen man genûgen sol. darzû hat iz ouch der Romisch chûnich Rudolf mit vrag vnd mit vrteil erlanget vnd ervolget, daz alle ainung vnd alle diu bant, diu dehein ainung gemachen mohten, fvder svln sein vnder herren vnd vnder armen in den Steten vnd in allem dem lande. Swer sich ouch nv̊ in disem lantfride mit deheiner slahte gelubde oder mit deheinen banden zû dem andern satzte, er

si hoh oder nider, dem sol der landesherre fůr sich gebieten: mag er sich sein vor im niht entreden nach der lantherren vrteil oder nach ir rat, so sol man vber in rihten als vber einen man, der den lantfride vnd disen aufsatz zebrochen hat. J.

Orig. auf Perg. mit den Siegeln der Städte Neustadt, Krems, Stein, Linz und Laa. K. k. geheimes Hausarchiv. Bei Kurz, Österreich unter den Kônigen Ottokar und Albrecht II. p. 190.

Orts-Verzeichniss *).

A.

*) A. bedeutet Anhang.

B. P.

C. Ch. K.

D. T.

E.

F. V.

G.

H.

I. Y.

L.

M.

N.

O.

Q.

R.

S.

U.

W.

Z.

Personen-Verzeichniss.

Päpste.

Cardinäle, päpstliche Legate und Beamte.

Ottauianus, sanctae Mariae in via lata diac. Cardinalis. a. 1247. 21. I. 137. CXXXIV.
Oto, sancti Nicolai in carcere Tulliani diac. Cardinalis. a. 1236. 27. XI. 33. XXIX.
Oto, Portuensis et sanctae Rufinae episcopus. a. 1247. 21. I. 137. CXXXIV.
Otto bonus, sancti Adriani diac. Cardinalis. a. 1275. 1. IV. 429. CDLXV.
Rainerius, sanctae Mariae in Cosmidin diac. Cardinalis. a. 1236. 27. XI. 43. XXXIX.
Rainaldus, Ostiensis et Velletrensis episcopus, Cardinalis. a. 1236. 27. XI. 43. XXXIX.
Rudolfus, archiepiscopus Salisb., apostolicae sedis legatus. Siehe die Erzbischöfe von Salzburg.
Stephanus, sanctae Mariae trans Tiberim tituli Calixti presb. Card. a. 1236. 27. XI. 43. XXXIX.
Simon, tituli sancti Martini presb. Cardinalis. a. 1275. 1. IV. 429. CDLXV.
Sinibaldus, tituli sancti Laurentii in Lucina presb. Cardinalis. a. 1236. 27. XI. 43. XXXIX.
Ubertus, sancti Eustachii diac. Cardinalis. a. 1275. 1. IV. 429. CDLXV.
Ulricus, archiepiscopus Salisb., apostolicae sedis legatus. Siehe die Erzbischöfe von Salzburg.
Wilhelmus, basilicae duodecim apostolorum presb. Card. a. 1247. 21. I. 137. CXXXIV. a. 1249. 14. VI. 157. CLVII.

Patriarchen von Aquileja.

N. N. a. 1237. —. II. 54. XLIX. a. 1237. —. III. 58. LI.

Erzbischöfe.

Colozka.

B. cancellarius Hungariae. a. 1254. 3. IV. 204. CCX.

Trier.

Theodericus. a. 1237. —. II. 51. XLVIII. 54. XLIX. a. 1237. —. III. 58. LI.

Mainz.

Sifridus. a. 1237. —. II. 51. XLVII. 53. XLVIII. 54. XLIX. a. 1237. —. III. 58. LI. a. 1237. —. IV. 61. LIV.
Wernherus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius. a. 1276. 26. IX. 441. CDLXXX. a. 1276. 15. X. 445. CDLXXXIV. a. 1276. 5. XII. 452. CDLXXXIX.

Salzburg.

Dietmarus II. a. 1266. 8. IX. mem. 348. CCCLXXI.
Eberhardus I. a. 1231. 3. VIII. mem. 3. II. a. 1233. 24. IV. 13. XI. a. 1273. 20. I. 395. CDXXIX.
Chunradus II. a. 1231. 3. VIII. mem. 3. II. a. 1233. 24. IV. 13. XI. a. 1273. 20. I. 395. CDXXIX.
Adalbertus III. a. 1231. 3. VIII. mem. 3. II.
Eberhardus II. apostol. sedis legatus. a. 1231. 3. VIII. 2. II. 4. III. a. 1233. 12. III. 11. X. a. 1233. 1. VI. 16. XIV. a. 1237. —. II. 51. XLVII. 54. XLIX. a. 1237. —. III. 58. LI. a. 1237. —. IV. 61. LIV. a. 1242. 22. IX. 117. CXIII. a. 1242. 23. IX. 118. CXIV. a. 1246. 13. V. 128. CXXVII. a. 1249. 9. I. mem. 153. CLIV.
Philippus electus, apost. sedis legatus. a. 1249. 9. I. 153. CLIV. a. 1255. 10. IV. 215. CCXX. a. 1255. 13. IV. 215. CCXXI. a. 1262. 1. XII. 293. CCCX. a. 1264. 13. IX. 325. CCCXLIX. a. 1266. 20. II. 345. CCCLXVIII.
Ulricus, apost. sedis legatus. a. 1262. 24. VII. 288. CCCVI. a. 1263. 15. VI. 308. CCCXXX. Siehe auch den Bischof Ulrich I. von Seckau.
N. N. a. 1267. 18. III. 352. CCCLXXIV.
Fridericus II. apost. sedis legatus. a. 1273. 31. VII. 398. CDXXXIII. a. 1274. 31. XII. 413. CDLIII. a. 1276. 26. IX. 441. CDLXXX. a. 1276. 25. XII. 456. CDXCII. a. 1277. 3. IV. 464. DIII. a. 1278. 14. VI. 484. DXXVI. a. 1279. 15. III. 494. DXXXV. a. 1279. 5. VI. 498. DXXXIX. a. 1279. 6. VI. 499. DXL.

Bischöfe.

Pacta.

Philippus. a. 1248. —. VI. 147. CXLVI.

Bamberg.

Otto I. a. 1252. 18. X. mem. 185. CXCIV. a. 1264. 16. VI. 319. CCCXLII.
Engelbertus. a. 1252. 18. X. mem. 185. CXCIV. a. 1264. 16. VI. 319. CCCXLII.
Eberhardus II. a. 1146. 55. L.
Hermannus II. a. 1279. 17. IX. mem. 503. DXLIV.
Otto II. a. 1237. 31. III. mem. 60. LIII. a. 1252. 18. X. 185. CXCIV. a. 1259. 25. X. 264. CCLXXIX. a. 1264. 16. VI. 319. CCCXLII. a. 1279. 17. VI. 500. DXLI.
Tiemo. a. 1259. 25. X. mem. 263. CCLXXIX.
Egbertus. a. 1233. 1. V. 16. XIII. a. 1236. —. VII. 40. XXXVIII. a. 1237. —. II. 51. XLVII. 53. XLVIII. 54. XLIX. a. 1237. 2. III. 55. L. a. 1237. —. III. 58. LI. a. 1237. 31. III. 59. LIII. a. 1237. —. IV. 61. LIV. a. 1238. 1. VI. 66. LIX. a. 1239. 6. IX. 72. LXVI. a. 1259. 25. X. mem. 265. CCLXXIX.
Poppo. c. a. 1240. 90. LXXXV.
Heinricus. a. 1252. 18. X. 185. CXCIV. a. 1253. 1. IV. 197. 200. CCIV. a. 1254. —. II. 203. CCVIII. a. 1254. 17. XI. 211. CCXV. a. 1254. 22. XI. 212. CCXVI. a. 1257. —. III. 240. CCL. a. 1259. 18. X. mem. 262. CCLXXVII. a. 1259. 25. X. 265. CCLXXIX. c. a. 1275. 434. CDLXXI.
Bertholdus. a. 1259. 18. X. 261. CCLXXVI. 262. CCLXXVII. 263. CCLXXVIII. a. 1259. 25. X. 263. CCLXXIX. a. 1264. 27. IV. 315. CCCXXXVIII. a. 1264. 12. VI. 318. CCCXLI. a. 1264. 16. VI. 319. CCCXLII. c. a. 1275. 434. CDLXXI. a. 1276. 6. X. 442. CDLXXXI. a. 1276. 25. XII. 456. CDXCII. a. 1278. 22. VI. 486. DXXVII. a. 1278. 24. VI. 486.

Passau.

Brixen.

Kiemsee.

Freising.

Gurk.

Lavant.

Herbordus, ordinis fratrum minorum. a. 1274. 29. VIII. 407. CDXLIV.
G. (erhardus.) a. 1277. 3. IV. 464. DIII.

Leodiensis.

Nicenus. a. 1266. 8. IX. mem. 348. CCCLXXI.

Olmütz.

Bruno episcopus et capitaneus Stiriae. a. 1254. 3. IV. 205. CCX. a. 1262. 20. XII. 297. CCCXIII. a. 1265. 21. IV. 335. CCCLVIII. a. 1265. 26. IV. 340. CCCLIX. a. 1269. 12. VI. 365. CCCXC. a. 1276. 22. XI. 447. CDLXXXVII.

Regensburg.

Sifridus, imperialis aulae cancellarius. a. 1235. —. VI. 29. XXVI. 31. XXVII. a. 1237. —. II. 51. XLVII. 53. XLVIII. 54. XLIX. a. 1237. —. III. 58. LI. a. 1237. —. IV. 61. LIV.
Albertus I. a. 1248. 18. VII. 148. CXLVII.
Leo. a. 1271. 25. V. 382. CDXIV. a. 1276. 25. XII. 456. CDXCII. a. 1277. 3. IV. 464. DIII. a. 1277. 22. IV. 465. DV. a. 1277. 13. VI. 470. DIX. a. 1278. 14. VI. mem. 484. DXXVI.
Heinricus II. a. 1278. 14. VI. 483. DXXVI. a. 1281. 17. VI. 531. DLXXVII.

Seckau.

Heinricus I. a. 1240. 9. VIII. 82. LXXVI. a. 1241. 10. II. 97. XCII. a. 1241. 25. IX. 104. XCIX.
Ulricus I. a. 1253. 1. IV. 197. 200. CCIV. Siehe auch den Erzbischof Ulrich von Salzburg.
Wernhardus. a. 1274. 29. X. 410. CDXLVIII. c. a. 1275. 434. CDLXXI. a. 1277. 3. IV. 464. DIII. a. 1279. 15. III. 494. DXXXV.

Wirzburg.

Bertholdus. a. 1276. 15. X. 445. CDLXXXIV. a. 1276. 22. XI. 447. CDLXXXVII.

Kathedral-Clerus.

Bamberg.

Albertus, praepos. a. 1257. —. III. 240. CCL.
Bertholdus, praepos. ecclesiae s. Stephani. a. 1237. 2. III. 57. L.
Heinricus de Geroltsekke, praepos. a. 1259. 18. X. 262. CCLXXVII. a. 1279. 17. IX. 505. DXLIV.
Chunradus decanus. a. 1278. 24. VI. 488. DXXVIII.
Emicho, decanus. a. 1276. 6. X. 443. CDLXXXI. a. 1279. 17. IX. 505. DXLIV.

Canonici.

Albertus dictus Rindesmul. a. 1259. 18. X. 262. CCLXXVII.
Eberhardus, magister, de Herwipoli. a. 1257. —. III. 240. CCL.
Eberhardus de Schawenberch. a. 1259. 18. X. 262. CCLXXVII.
Heinricus de Rutmarsberc. a. 1237. 2. III. 57. L.
Johannes, scolasticus. a. 1276. 6. X. 443. CDLXXXI.

Capellani et notarii.

Albertus capell. a. 1241. 108. CII.
Albero capell. a. 1252. 18. X. 186. CXCIV. a. 1264. 16. VI. 320. CCCXLII.
Philippus sacerdos, capell. a. 1237. 2. III. 57. L.
Crafto notar. a. 1237. 2. III. 57. L.
Chunradus capell. et notar. a. 1237. 2. III. 57. L. a. 1278. 22. VI. 486. DXXVII. a. 1278. 24. VI. 488. DXXVIII.
Wernhardus, capell. et notar. a. 1278. 22. VI. 486. DXXVII. a. 1278. 24. VI. 488. DXXVIII.

Passau.

Heinricus, praepos. a. 1232. 2. II. 8. VI. a. 1240. 31. I. 77. LXXI. 78. LXXII.
Liutprandus, tumpraepos. a. 1241. 25. IX. 104. XCIX.
Meingotus de Waldeck, praepos. a. 1253. 1. IV. 200. CCIV. a. 1256. 5. IV. 227. CCXXXV. a. 1256. 24. VI. 228. CCXXXVII. a. 1256. 8. VIII. 231. CCXXXIX. a. 1258. 257. CCLXX. a. 1260. 10. I. 267. CCLXXXI. a. 1260. 21. II. 269. CCLXXXIII. a. 1260. 9. III. 270. CCLXXXIV. a. 1260. 16. VIII. 272. CCLXXXVII. a. 1261. 20. XI. 281. CCXCIX. a. 1262. 15. XII. 296. CCCXII. a. 1264. 9. IV. 314. CCCXXXVII.
Wichardus, praepos. a. 1272. 27. VI. 389. CDXXI. a. 1274. 27. XI. 412. CDLI. a. 1276. 13. VIII. 438. CDLXXVII. a. 1278. 17. III. 482. DXXIII.
N. N. de Chirchpereh, praepos. c. a. 1280. 13. IV. 518. DLVIII.
Albertus, decanus. a. 1253. 20. IV. 202. CCV. a. 1256. 5. IV. 227. CCXXXV. a. 1256. 8. VIII. 231. CCXXXIX.
Poppo, decanus. a. 1260. 16. VIII. 272. CCLXXXVII. a. 1261. 10. VI. 280. CCXCVI. a. 1262. 15. XII. 296. CCCXII. a. 1264. 9. IV. 314. CCCXXXVII. a. 1264. 3. VIII. 322. CCCXLV.
Chunradus decanus. a. 1232. 2. II. 8. VI. a. 1236. 45. XL. a. 1237. 2. VI. 63. LVI. a. 1242. 7. VII. 113. CVIII. a. 1248. 8. I. 151. CLI.
Otto, decanus. a. 1276. 13. VIII. 438. CDLXXVII. a. 1278. 17. III. 482. DXXIII.
Wernhardus, decanus. c. a. 1280. 13. IV. 518. DLVIII.
N. N. der Heidendorfer, Dechant. a. 1281. 14. IX. 535. DLXXIX.
Chunradus, tumplebanus et archidiaconus. a. 1231. 7. III. 2. I. a. 1232. 2. II. 8. VI. a. 1236. 45. XL. a. 1237. 2. VI. 63. LVI. a. 1242. 7. VII. 113. CVIII.
T. tumplebanus. a. 1256. 8. VIII. 231. CCXXXIX.
Dietmarus, major plebanus. c. a. 1240. 92. LXXXVI. a. 1247. 12. VII. 140. CXXXVII. a. 1248. 20. I. 144. CXLIII.
Gotfridus, tumpleb. et archidiac. a. 1256. 5. IV. 227. CCXXXV.
Poppo, vicedominus. a. 1256. 5. IV. 227. CCXXXV. a. 1258. 11. VI. 249. CCLXII. a. 1258. 3. IX. 252 CCLXV. a. 1260. 10. I. 267. CCLXXXI. a. 1260. 21. II. 269. CCLXXXIII.
Heinricus de Inn, cellerarius. a. 1282. 31. III. 546. DXCIII.

Canonici patavienses.

Capellani curiae Salisburgensis.

Ludwicus, praepos. Secowensis. a. 1266. 20. II. 345. CCCLXVIII.

Seckau.

Chunradus, praepos. a. 1240. 9. VIII. 82. LXXVI.

Ludwicus, praepos., capellanus Philippi electi Salisburg. a. 1266. 20. II. 345. CCCLXVIII.
Ortolfus, praepos. a. 1273. 402. CDXXXIX.
N. N. praepos. a. 1237. 3. I. 47. XLIII. a. 1249. 3. VI. 154. CLVI. a. 1255. 25. V. 566. IV. A.
Chrafto, canonicus. a. 1273. 402. CDXXXIX.

Parochial-Clerus.

Archidiacone.

Austriae. Gerhohus. c. a. 1240. 92. LXXXVI. a. 1247. 12. VII. 140. CXXXVII.
Irnfridus, dec. in Chrems, canon. Patav. a. 1280. 20. I. 515. DLIV. a. 1280. 17. III. 517. DLVI.
Passau. Albertus Boemus, magister, canon. Patav. c. a. 1240. 94. LXXXVIII. c. a. 1245. 130. CXXVIII.
Albertus de Possemunster. a. 1232. 2. II. 8. VI.
Chalhohus. a. 1232. 2. II. 8. VI.
Chunradus. a. 1211. 279. CCXCVI.
Chunradus, tumpleb. Patav. a. 1232. 2. II. 8. VI. a. 1242. 7. VII. 113. CVIII.
Gotfriedus, magister, tumpleb. et thesaurarius Patav. a. 1236. 45. XL. a. 1256. 5. IV. 227. CCXXXV.
L. a. 1254. 4. II. 203. CCVII. a. 1254. 12. IV. 206. CCXI.
Meingotus de Waldeck, tumpraepos. Patav. c. a. 1240. 93. LXXXVIII. a. 1241. 23. I. 96. XCI. a. 1242. 7. VII. 113. CVIII. c. a. 1245. 129. CXXVIII. a. 1258. 257. CCLXX.
Otto de Lonstorf, canon. Patav. c. a. 1240. 92. LXXXVI. a. 1248. 20. I. 144. CXLIII. a. 1250. 8. IV. 163. CLXIV. c. a. 1250. 171. CLXXIV.
Ulricus de Maemminge, canon. Patav. c. a. 1240. 92. LXXXVI. a. 1241. 23. I. 96. XCI. a. 1247. 12. VII. 140. CXXXVII. a. 1250. 8. IV. 163. CLXIV.
Lambach. Otto, cantor Patav. a. 1260. 9. III. 270. CCLXXXIV.
Laureacensis. N. N. c. a. 1240. 12. VII. 80. LXXV.
Dietmarus, praepos. domus s. Floriani. a. 1242. 28. VIII. 116. CXII. c. a. 1250. 117. CLXXIV.
S. canonicus. Patav. c. a. 1280. 524. DLXVI.
Maticensis. Heinricus de Heidendorf, thesaurarius Patav. a. 1261. 10. VI. 278. CCXCVI.
Chunradus, praepos. Ranshofensis. a. 1281. 19. XII. 537. DLXXXI.
Salzburg. Otto, tumpraepos. Salzb. a. 1249. 9. I. 153. CLIV.
Superioris marchiae. N. N. a. 1255. 25. V. 566. IV. A.
Heinricus, pleb. s. Dyonisii. a. 1282. 557. DCVIII.

Dechante.

Sancta Agatha. Dietricus dec. de. a. 1231. 7. III. 2. I.
Albrechtsberg. Pilgrimus dec. in, clericus et consiliarius domni Alberonis de Chunring. a. 1240. 21. III. 79. LXXIII.
Althaim. Fridericus dec. de. a. 1258. 257. CCLXX.
Krems. Irnfridus, canon. Patav., archidiac. Austriae et decanus in —. a. 1247. 13. III. 138. CXXXVI. a. 1253. 20. IV. 202. CCV. a. 1256. 8. VIII. 231. CCXXXIX. a. 1257. 246. CCLVII. a. 1260. 16. VIII. 272. CCLXXXVII. a. 1280. 20. I. 515. DLIV. a. 1280. 17. III. 517. DLVI.
Rinaldus vicedominus Patav. et decanus in —. a. 1281. 25. X. 537. DLXXX. a. 1282. 31. III. 546. DXCIII.
Traischirchen. Eberhardus decan. in. a. 1241. 23. I. 96. XCI.
Ens. N. N. decanus in —. a. 1233. —. IV. 13. XII.
Wernhardus, dec. in. a. 1234. 2. VIII. 24. XXI. a. 1235. 33. XXX.
Otto, dec. de. a. 1242. 28. VIII. 116. CXII.
N. N. dec. in. a. 1249. 3. VI. 154. CLVI.
Laureacensis, decanus N. N. a. 1258. 4. X. 573. XIV. A.
Otto, decanus. a. 1263. 15. V. 304. CCCXXVI.
Guntherus, dec. a. 1275. 27. I. 419. CDLVIII.
Schirfling. (Schyrolving.) Chunradus decanus in —. a. 1278. 24. VI. 488. DXXVIII.

Pfarrer, Vicare und Provisoren.

Alnsvelt. Nanthohus pleb. de. a. 1275. 25. I. 418. CDLVII.
Aspach. Syboto pleb. de. a. 1258. 257. CCLXX.
Aschpaug. Heinricus pleb. de. a. 1255. 222. CCXXVIII.
Auroltzmunster. Heinricus pleb. de. a. 1273. 401. CDXXXVII.
Passau. St. Aegidii ecclesia. Chunradus pleb. de. a. 1277. 8. XII. 477. DXVI.
Perinkyrchen. Heinricus pleb. de. a. 1239. 11. VII. 71. LXV.
Pramperch. Ulricus pleb. de. a. 1255. 222. CCXXVIII.
Otto pleb. de. a. 1281. 21. IV. 529. DLXXIII.
Fridericus pleb. de. a. 1282. 557. DCVIII.
Bretvelt. Chunradus pleb. de. a. 1276. 6. X. 443. CDLXXXI.
Brobstorf. Magister Liupoldus, prothonotarius Austriae. a. 1240. 31. I. 77. LXXI. 78. LXXII.
Provnow. Perngerus pleb. de. a. 1282. 557. DCVII.
Prukke. Heinricus pleb. de. a. 1247. 4. II. 138. CXXXV.
Puchchirchen. Wernhardus, capellanus ducis Bawariae, pleb. in. a. 1277. 13. IX. 475. DXIV.
Ch. viceplebanus in. a. 1277. 13. IX. 476. DXIV.
Pvchel. Heinricus pleb. de. a. 1248. 4. VIII. 149. CXLVIII.

Curial-Clerus.

Kaiserlicher Erzkanzler.

Kaiserliche Kanzler.

Kaiserliche Prothonotare.

Kaiserliche Notare.

Kaiserliche Hofcapellane.

Verschiedene Notare und Schreiber.

Otto, notarius ducis Bavariae. a. 1277. 13. I. 460. CDXCVIII.
Ortolfus, notarius. a. 1263. 313. CCCXXXVI.
Rapoto, notarius ducissae Bavariae. a. 1246. 23. VII. 133. CXXXI.
Reinboto, notarius Heinrici comitis de Ortenberch. a. 1236. 19. V. 39. XXXVII.
Rudegerus, notarius in Chirslage. a. 1255. 222. CCXXVIII.
Rudolfus, notarius Pruschinchonum. a. 1282. 1. IX. 551. DCI.
Sifridus, notarius curiae ducis Bavariae. a. 1273. 20. I. 396. CDXXIX.
Ulricus, notarius Chunradi comitis de Wasserburg. a. 1246. 23. VII. 133. CXXXI.
Ulricus, notarius Alberonis de Chunring. a. 1258. 20. VII. 250. CCLXIII. a. 1258. 25. VII. 251. CCLXIV.
Ulricus Chaergl, magister, notarius curiae ducis Bavariae. a. 1273. 20. I. 396. CDXXIX.
Ulricus, notarius. a. 1281. 7. I. 527. DLXXII.
Waltherus, notarius Ulrici, ducis Karinthiae. a. 1265. 17. III. 333. CCCLVII.
Waltherus, notarius curiae ducis Bavariae. a. 1277. 13. I. 460. CDXCVIII.
Wernhardus, notarius. a. 1270. 28. VII. 379. CDVII.
Witigo, scriba. a. 1273. 401. CDXXVI. a. 1277. 478. DXVII.
Wintherus, notarius curiae ducis Bavariae. a. 1277. 13. I. 460. CDXCVIII.
Wolchuuus, notarius Wernhardi plebani in Puchchirchen. a. 1277. 13. IX. 476. DXIV.
N. N. scriba de Oberaperge. a. 1260. 25. IV. 271. CCLXXXV.

Priester, Diacone, Subdiacone, Cleriker, Capläne.

Albertus scholasticus, sacerdos in Chrems. a. 1257. 246. CCLVII.
Blasius, genere sclavus, ordine subdiac. a. 1239. 9. VII. 70. LXIV.
Chunradus, sacerdos in Chrems. a. 1257. 246. CCLVII.
Chunradus, magister et notarius decani Chremsensis. a. 1257. 246. CCLVII.
Chunradus, notarius et clericus. a. 1281. 25. X. 537. DLXXX.
Chunradus, sacerdos in Planchenpach. a. 1282. 557. DCVII.
Dietmarus, sacerdos in Chrems. a. 1257. 246. CCLVII.
Dietmarus, sacerdos de Hag. a. 1264. 16. VI. 320. CCCXLII.
Dietmarus, clericus. a. 1280. 522. DLXIII.
Durenchardus, capellanus Ulrici, ducis Karinthiae. a. 1264. 22. V. 316. CCCXXXIX.
Eberhardus, sacerdos. a. 1239. 9. VII. 70. LXIV.
Volmarus, sacerdos. c. a. 1250. 175. CLXXX.
Gotfridus, sacerdos in Chrems. a. 1239. 74. LXVII.
Hartwicus, sacerdos in Chrems. a. 1239. 74. LXVII.
Heinricus, diaconus de Horpruke. a. 1239. 74. LXVII.
Heinricus, sacerdos. c. a. 1250. 175. CLXXX.
Heinricus, capellanus Ulrici, ducis Karinthiae. a. 1263. 3. VI. 307. CCCXXVIII. 308. CCCXXIX. a. 1264. 22. V. 316. CCCXXXIX. a. 1265. 17. III. 333. CCCLVII.
Heinricus clericus dictus de Iune, provisor mutae in Oberuberg. a. 1274. 2. III. 403. CDXL.
Hermannus, scolaris Alberonis de Chunring. a. 1258. 20. VII. 250. CCLXIII.
Hirza, sacerdos de Zebingen. a. 1233. 12. II. 11. IX.
Hugo, sacerdos in Crems. a. 1239. 74. LXVII.
Leonhardus, capellanus. a. 1273. 401. CDXXXVI.
Leupoldus, scolaris Ulrici archiep. Salisb. a. 1262. 24. VII. 289. CCCVI.
Otto, clericus. a. 1263. 311. CCCXXXIV.
Ortolfus, capellanus Ulrici ducis Karinthiae. a. 1264. 22. V. 316. CCCXXXIX. a. 1265. 17. III. 333. CCCLVII.
Ortolfus, sacerdos de Wulhaim. a. 1267. 15. VII. 353. CCCLXXV.
Richerus, sacerdos. c. a. 1250. 171. CLXXIV.
S. presbiter. a. 1258. 20. IX. 253. CCLXVI.
Sighardus Dringer, clericus Salzb. diocesis. a. 1249. 3. VI. 154. CLVI.
Simon, capellanus. a. 1281. 10. IX. 532. DLXXVIII.
Ulricus de Tanen, capellanus Gundakari de Storichenberch. a. 1240. 15. IX. 82. LXXVII.
Ursus, capellanus Prueschinchorum. a. 1282. 1. IX. 551. DCI.
Wernhardus de Murspach, clericus. a. 1231. 6. V.

Magister.

Ainwicus, canon. Patav. a. 1248. 20. I. 144. CXLIII.
Albertus Pitshilin. a. 1231. 7. III. 2. I.
Albertus Boemus, archidiac. et canon. Patav. c. a. 1240. 94. LXXXVIII. c. a. 1245. 130. CXXVIII.
Albertus, medicus. a. 1266. 20. II. 345. CCCLXVIII.
Andreas de Rode, praepos. Werdensis, notarius curiae regalis. a. 1277. 13. VI. 471. DIX.
Arnoldus, prothonotar. curiae regis Otacari. a. 1255. 219. CCXXV. a. 1258. 1. II. 247. CCLIX. a. 1258. —. X. 574. XV. A. a. 1262. 30. XI. 293. CCCIX. a. 1262. 1. XII. 294. CCCXI.
Petrus de Vinea, imperialis aulae prothonotar. et regni Siciliae Logotheta. a. 1248. —. VI. 146. CXLV. 148. CXLVI.
Petrus, prothonotar. curiae regis Otakari. a. 1265. 1. I. 332. CCCLVI. a. 1265. 26. IV. 340. CCCLIX. a. 1269. 12. VI. 365. CCCXC.
Chunradus de Lambach. a. 1241. 108. CII.
Chunradus, canonicus et plebanus domus s. Floriani. a. 1261. 25. II. 277. CCXCIV. a. 1270. 25. V. 377. CDV.
Chunradus, curiae Ratisbon. notarius. a. 1278. 14. VI. 484. DXXVI.
Chunradus, scriba Austriae. a. 1279. 25. X. 507. DXLV.
Dietzo, canonicus Patav. a. 1242. 7. VII. 113. CVIII. a. 1247. 1. XII. 142. CXL. a. 1248. 20. I. 144. CXLIII. a. 1253. 20. IV. 202. CCV. a. 1255. 25. V. 566. IV. A. a. 1260.

Regular-Clerus.

Äbte, Pröpste, Mönche, Chorherren etc.

Monachi.

Monachi.

Ritterorden.

Deutscher Orden.

Kaiser und Könige.

Römisch-Deutsche Kaiser und Könige.

Könige.

Herzoge.

Mark- und Landgrafen.

Kanzlei und Hofämter der Herzoge von Österreich.

I. Kanzlei.

Kanzler.

Protonotarii.

Scribae.

Liupoldus, scriba ducis Austriae. a. 1234. 28. VI. 21. XIX.
Meinhardus, scriba ducis Austriae in Aneso. a. 1240. 1. XII. 85. LXXX. a. 1243. 8. XII. 122. CXVIII.
Magister Wilhelmus, scriba Otachari, ducis Austriae. a. 1253. 1. IV. 199. CCIV.
Witigo, scriba Stiriae. a. 1253. 1. IV. 199. CCIV.
Witigo, scriba Anasi. a. 1255. 219. CCXXV. 220. CCXXVI. 224. CCXXXII.
N. N. scriba Anesi. a. 1256. 27. III. 225. CCXXXIV.
Heinricus, scriba Anasi. a. 1257. 7. X. 244. CCLVI. a. 1258. 19. XII. 254. CCLXVIII.
Heinricus de Hage, scriba Anasi. a. 1261. 283. CCC. a. 1272. 24. IV. 386. CDXIX. (Procurator circa Anasum.) a. 1272. 393. CDXXVI.
G., gubernator scribatus Anesi. c. a. 1265. 343. CCCLXVI.
Chunradus, scriba Anasi, scriba per Anasum. a. 1268. 1. VI. 358. CCCLXXX. a. 1269. 11. IV. 365. CCCLXXXIX. a. 1269. 12. VI. 365. CCCXC. a. 1270. 30. IV. 375. CDIII. a. 1270. 19. V. 376. CDIV. a. 1270. 25. V. 377. CDV.
Magister Conradus, scriba Austriae. a. 1279. 25. X. 507. DXLV. a. 1282. 31. III. 546. DXCIII.

Notarii curiae.

Gotschalcus. a. 1240. 31. I. 78. LXXII.
Otto. a. 1240. 24. IX. 83. LXXVIII.
Marquardus. a. 1242. 26. III. 110. CV.
Magister Wilhelmus. a. 1252. 17. II. 181. CLXXXIX. 182. CXC. a. 1254. 17. XI. 211. CCXV.
Magister Gotschalcus. a. 1254. 17. XI. 211. CCXV. a. 1255. 224. CCXXXII.
Magister Arnoldus. a. 1255. 219. CCXXV. a. 1258. 1. II. 247. CCLIX.

Capellani curiae.

Andreas. a. 1240. 31. I. 78. LXXII.
Johannes. a. 1240. 31. I. 78. LXXII.

Medicus.

Magister Simon. a. 1240. 31. I. 77. LXXI.

II. Hofämter.

Marschalci Austriae.

Heinricus de Chuuringen. (Supanus.) a. 1232. 26. IX. 9. VII. a. 1239. 6. IX. 73. LXVI. a. 1252. 190. CXCVIII. a. 1255. 31. VII. 217. CCXXIII. a. 1255. 13. XII. 218. CCXXIV.
Chunradus. a. 1240. 24. IX. 84. LXXVIII.
Albero de Chunringe. a. 1251. 178. CLXXXIV.
Stephanus de Meissau. a. 1280. 15. I. 514. DLIII.

Marschalci Stiriae.

Hertnidus de Wildonia. a. 1282. 22. VIII. 550. DC.

Camerarii.

Ulricus de Hittendorf. a. 1234. 28. VI. 21. XIX.
Otto de Walchunschirchen. a. 1242. 26. III. 110. CV.
Otto de Bertholdesdorf. a. 1262. 30. XI. 292. CCCIX. a. 1270. 19. V. 376. CDIV.

Pincernae Austriae.

Wolfkerus de Parawe. a. 1238. 1. VI. 67. LIX. a. 1239. 6. IX. 73. LXVI.
Hadmarus de Chunring. a. 1239. 6. IX. 73. LXVI.
Albero de Chunringen. a. 1240. 21. III. 79. LXXIII. a. 1252. 30. VIII. 183. CXCIII. a. 1252. 190. CXCVIII. a. 1253. 1. IV. 200. CCIV. a. 1258. 20. VII. 249. CCLXIII. a. 1258. 25. VII. 250. CCLXIV.
Albero de Celking. a. 1262. 30. XI. 292. CCCIX.
Dietricus de Dobra. a. 1262. 1. XII. 293. CCCX. c. a. 1263. 19. V. 306. CCCXXVII. a. 1264. 1. VII. 321. CCCXLIV.
Rapoto de Valchenberch. a. 1269. 7. III. 364. CCCLXXXVIII. a. 1270. 19. V. 376. CDIV.

Pincernae Stiriae.

Heinricus de Chrumpach. a. 1234. 28. VI. 21. XIX.
Heinricus de Habsbach. (Hovspach. Havgspach.) a. 1239. 6. IX. 73. LXVI. a. 1241. 27. X. 106. CI. a. 1247. 4. II. 138. CXXXV. a. 1252. 17. II. 181. CLXXXIX. 182. CXC. 1253. 1. IV. 200. CCIV. a. 1254. 17. XI. 211. CCXV. a. 1255. 13. XII. 219. CCXXIV. a. 1255. 219. CCXXV. 220. CCXXVI.
Bosko de Habespach. a. 1253. 1. IV. 199. CCIV.

Dapiferi Austriae.

Cadoldus de Veldsberg. a. 1239. 6. IX. 73. LXVI. a. 1240. 31. I. 77. LXXI. a. 1240. 13. X. 84. LXXIX.
Heinricus de Greicenstein. (Gritschenstein. Greichsestain.) c. a. 1250. 166. CLXVII. a. 1251. 178. CLXXXIV. a. 1252. 19. III. 184. CXCII. a. 1255. 219. CCXXV. a. 1262. 30. XI. 292. CCCIX. a. 1262. 1. XII. 294. CCCXI. a. 1264. 1. VII. 321. CCCXLIV.
Albero de Chunringen, dapifer de Velsperch. a. 1252. 17. II. 181. CLXXXIX. 182. CXC.
Albertus de Velsperch. a. 1268. 22. III. 356. CCCLXXVIII. a. 1269. 12. VI. 366. CCCXC.
Heinricus de Lengenbach. a. 1264. 2. XII. 327. CCCLII. a. 1270. 27. IV. 374. CDII.
Fridericus de Lengenbach. a. 1269. 7. III. 364. CCCLXXXVIII. a. 1270. 27. I. 370. CCCXCVI. 371. CCCXCVII. 371. CCCXCVIII. a. 1276. 25. XII. 436. CDXCII. a. 1279. 25. X. 507. DXLV.

Dapiferi Stiriae.

Ulricus de Wildonia. a. 1282. 22. VIII. 550. DC.

Verschiedene herzogliche Ämter.

Landrichter. (Judices provinciales.)

Albero de Pollenheym, judex provincialis. a. 1237. 20. II. 48. XLV.
Heinricus de Habspach, judex a duce Ottocharo per Austriam constitutus. a. 1255. 2. III. 214. CCXIX.
Otto de Haselowe, judex provincialis. a. 1262. 1. XII. 294. CCCXI.
Otto Missawarius, judex provincialis. a. 1262. I. XII. 294. CCCXI.
Chunradus de Sumerawe, judex provinciae Austriae superioris. a. 1264. 1. VII. 321. CCCXLIV.
Heinricus comes de Hardekke, judex provincialis per Austriam. a. 1268. 22. III. 355. CCCLXXVIII.
Ulricus de Capella, judex provincialis superioris Austriae. a. 1282. 29. I. 542. DLXXXVIII. a. 1282. 19. II. 543. DXC.

Hauptleute.

Stephanus, dux Sclavoniae et capitaneus Stiriae. a. 1257. 24. V. 242. CCLIV.
Bruno, episcopus Olomucensis et capitaneus Stiriae. a. 1269. 12. VI. 365. CCCXC.
Burchardus de Klinberch, Marschalcus Bohemiae, Capitaneus Anasi, capitaneus Austriae superioris. a. 1275. 15. VIII. 430. CDLXVIII. a. 1276. 3. VI. 435. CDLXXIII.
Heinricus marchio de Hachperch, capitaneus Austriae superioris. a. 1280. 15. VII. 520. DLXI.
Ulricus de Capella, capitaneus Stirensis civitatis. a. 1282. 29. I. 542. DLXXXVIII. a. 1282. 19. II. 543. DXC.
N. N. de Leubolfing, capitaneus liberae civitatis. a. 1282. 19. VII. 549. DXCVIII.
Wichardus de Arenstein, Forstmagister. c. a. 1250. 173. CLXXVII.
Duringus, magister venatorum. a. 1235. 18. IX. 34. XXXI.
Heinricus de Molna, venator. a. 1241. 108. CIII. a. 1269. 7. III. 363. CCCLXXXVIII.

Edle, Ministerialen, Bürger etc.

A.

Abtay. Hertwicus de. a. 1241. 18. II. 98. XCIII. 99. XCIV.
Abensperch. (Abelsperch. Abtsperig.) Ulricus de. a. 1276. 15. XI. 446. CDLXXXVI. a. 1277. 13. I. 460. CDXCVIII. a. 1281. 14. IX. 533. DLXXIX.
Apfental. Meingotus de. a. 1277. 30. I. 461. D.
Aphespach. Fridericus de. a. 1231. 7. V.
Achleiten. (Ableiten. Ahliten. Achliten. Ahlaiten.) Heinricus I. II. de. a. 1254. 23. XI. 213. CCXVII. a. 1258. —. X. 574. XV. 574. XVI. 575. XVII. A. a. 1259. 10. IV. 576. XIX. A. a. 1260. 24. IV. 578. XXII. A. a. 1263. 313. CCCXXXVI. a. 1264. 25. V. 318. CCCXL. a. 1264. 1. VII. 321. CCCXLIV. a. 1266. 4. VI. mem. 347. CCCLXX. c. a. 1266. mem. 351. CCCLXXII.
Otto de. a. 1254. 23. XI. 213. CCXVII. a. 1258. —. X. 574. XV. 574. XVI. 575. XVII. A. a. 1263. 313. CCCXXXVI. a. 1266. 4. VI. 348. CCCLXX. a. 1274. 2. III. 403. CDXL.
Otto, frater Heinrici de. a. 1264. 25. V. 318. CCCXL.
Elisabeth, relicta Heinrici de. a. 1266. 4. VI. 347. CCCLXX.
Bernhardus de, frater Bertholdi magistri hospitalis in Pyrn. a. 1254. 23. XI. 213. CCXVII.
Johannes de. a. 1263. 313. CCCXXXVI. a. 1266. 4. VI. 348. CCCLXX.
Johannes, filius Heinrici de. a. 1264. 25. V. 318. CCCXL.
Ata, nobilis femina, mater Margarethae, Helmwici et Wigandi. a. 1271. 384. CDXVII.
Adam. a. 1249. 4. IX. 159. CLVIII.
Adelwanc. Marquardus vir nobilis de. a. 1233. 17. XV.
Atergeudorf. Alramus de. a. 1249. 4. IX. 158. CLVIII.
Atterasperch. Conradus de. a. 1260. 9. II. 268. CCLXXXII.
Aterse. Alramus miles de. a. 1257. —. III. 240. CCL. a. 1276. 6. X. 443. CDLXXXI. a. 1278. 24. VI. 488. DXXVIII.
Chunradus miles de. a. 1276. 6. X. 443. CDLXXXI.
Chunradus Citzman (Cizeman) officialis et castrensis ecclesiae Babenberg. in. a. 1278. 24. VI. 489. DXXVIII.
Fridericus Saxo, officiarius in. a. 1276. 6. X. 443. CDLXXXI.
Aeberwinus. Siehe Eberwinus.
Aegenkirchen. Siehe Anzenkirchen.
Aevschaer. Chunradus dictus. a. 1282. 556. DCVI.
Ahaim. (Aheim.) Heinricus de. a. 1256 8. VIII. 231. CCXXXIX. a. 1260. 10. I. 267. CCLXXXI. a. 1260. 25. IV. 271. CCLXXXV. c. a. 1260. 276. CCXCIII. a. 1262. 23. IV. 286. CCCIV. a. 1269. 9. VII. 366. CCCXCI.
Manegoldus, frater Heinrici de. c. a. 1260. 276. CCXCIII.
Heinricus, filius Heinrici de. a. 1262. 23. IV. 286. CCCIV. a. 1269. 9. VII. 366. CCCXCI.
Richkerus de. a. 1262. 15. XII. 296. CCCXII.
Hartpertus de. a. 1273. 20. I. 396. CDXXIX.
Ahlat. Bertholdus de. c. a. 1250. 173. CLXXVII. Heinricus de. c. a. 1250. 173. CLXXVII.
Aich. (Aeich. Aiche. Aih.) Heinricus de. a. 1234. 5. II. 19. XVI.
Chunradus de. a. 1242. 15. IV. 111. CVI.
Hartnidus, frater Chunradi de. a. 1242. 15. IV. 111. CVI.
Rudigerus, frater Chunradi de. a. 1242. 15. IV. 111. CVI.
Aichaim. (Aicham.) Dietmarus de. a. 1242. 23. IX. 119. CXIV. a. 1255. 29. IV. 217. CCXXII.

B. P.

C. K.

D. T.

E.

F. V.

G.

H.

J. Y.

M.

N.

O.

R.

U. V.

W.

Z.

Auctor indicis: Ferdinandus Wirmsberger.

Berichtigungen.

Seite	Zeile	statt	lese
Seite 153	Zeile 34	statt index	lese index.
„ 169	„ 1	„ CLXX	„ CLXXI.
„ 213	„ 14	„ Strichperg	„ Steichperg.
„ 215	„ 4	„ Ectusle	„ Electus.
„ 217	„ 10	„ CXXIII.	„ CCXXIII.
„ 259	„ 24	„ Otto von	„ Bischof Otto von.
„ 266	„ 30	„ Alpitrowe	„ Alpitvowe.
„ 269	„ 9	„ e	„ et
„ 273	„ 2	„ Otto	„ Wernhart.
„ 329	„ 18	„ contor	„ cantor.
„ 329	„ 19	„ Reinolnus	„ Reinoldus.
„ 329	„ 25	„ wlungus	„ wuluingus.
„ 386	„ 34	„ 1272. 22. Mai	„ c. a. 1268.
„ 435	„ 10	„ alteralis	„ altera lis.
„ 464	„ 23	„ Auasum	„ Anasum.
„ 496	„ 2	„ Wernhard	„ Wichard.



WIEN.
AUS DER K. K. HOF- UND STAATSDRUCKEREI
1862.


Digitized by Google






Digitized by Google